



Über dieses Buch

Dies ist ein digitales Exemplar eines Buches, das seit Generationen in den Regalen der Bibliotheken aufbewahrt wurde, bevor es von Google im Rahmen eines Projekts, mit dem die Bücher dieser Welt online verfügbar gemacht werden sollen, sorgfältig gescannt wurde.

Das Buch hat das Urheberrecht überdauert und kann nun öffentlich zugänglich gemacht werden. Ein öffentlich zugängliches Buch ist ein Buch, das niemals Urheberrechten unterlag oder bei dem die Schutzfrist des Urheberrechts abgelaufen ist. Ob ein Buch öffentlich zugänglich ist, kann von Land zu Land unterschiedlich sein. Öffentlich zugängliche Bücher sind unser Tor zur Vergangenheit und stellen ein geschichtliches, kulturelles und wissenschaftliches Vermögen dar, das häufig nur schwierig zu entdecken ist.

Gebrauchsspuren, Anmerkungen und andere Randbemerkungen, die im Originalband enthalten sind, finden sich auch in dieser Datei – eine Erinnerung an die lange Reise, die das Buch vom Verleger zu einer Bibliothek und weiter zu Ihnen hinter sich gebracht hat.

Nutzungsrichtlinien

Google ist stolz, mit Bibliotheken in partnerschaftlicher Zusammenarbeit öffentlich zugängliches Material zu digitalisieren und einer breiten Masse zugänglich zu machen. Öffentlich zugängliche Bücher gehören der Öffentlichkeit, und wir sind nur ihre Hüter. Nichtsdestotrotz ist diese Arbeit kostspielig. Um diese Ressource weiterhin zur Verfügung stellen zu können, haben wir Schritte unternommen, um den Missbrauch durch kommerzielle Parteien zu verhindern. Dazu gehören technische Einschränkungen für automatisierte Abfragen.

Wir bitten Sie um Einhaltung folgender Richtlinien:

- + *Nutzung der Dateien zu nichtkommerziellen Zwecken* Wir haben Google Buchsuche für Endanwender konzipiert und möchten, dass Sie diese Dateien nur für persönliche, nichtkommerzielle Zwecke verwenden.
- + *Keine automatisierten Abfragen* Senden Sie keine automatisierten Abfragen irgendwelcher Art an das Google-System. Wenn Sie Recherchen über maschinelle Übersetzung, optische Zeichenerkennung oder andere Bereiche durchführen, in denen der Zugang zu Text in großen Mengen nützlich ist, wenden Sie sich bitte an uns. Wir fördern die Nutzung des öffentlich zugänglichen Materials für diese Zwecke und können Ihnen unter Umständen helfen.
- + *Beibehaltung von Google-Markenelementen* Das "Wasserzeichen" von Google, das Sie in jeder Datei finden, ist wichtig zur Information über dieses Projekt und hilft den Anwendern weiteres Material über Google Buchsuche zu finden. Bitte entfernen Sie das Wasserzeichen nicht.
- + *Bewegen Sie sich innerhalb der Legalität* Unabhängig von Ihrem Verwendungszweck müssen Sie sich Ihrer Verantwortung bewusst sein, sicherzustellen, dass Ihre Nutzung legal ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass ein Buch, das nach unserem Dafürhalten für Nutzer in den USA öffentlich zugänglich ist, auch für Nutzer in anderen Ländern öffentlich zugänglich ist. Ob ein Buch noch dem Urheberrecht unterliegt, ist von Land zu Land verschieden. Wir können keine Beratung leisten, ob eine bestimmte Nutzung eines bestimmten Buches gesetzlich zulässig ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass das Erscheinen eines Buchs in Google Buchsuche bedeutet, dass es in jeder Form und überall auf der Welt verwendet werden kann. Eine Urheberrechtsverletzung kann schwerwiegende Folgen haben.

Über Google Buchsuche

Das Ziel von Google besteht darin, die weltweiten Informationen zu organisieren und allgemein nutzbar und zugänglich zu machen. Google Buchsuche hilft Lesern dabei, die Bücher dieser Welt zu entdecken, und unterstützt Autoren und Verleger dabei, neue Zielgruppen zu erreichen. Den gesamten Buchtext können Sie im Internet unter <http://books.google.com> durchsuchen.



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

H-9585



UNIVERSITY



Digitized by Google

ACTA
ERUDITORUM
ANNO
M D C C VI
publicata.

*Cum S. Cæsareæ & Regiæ Polonicæ Ma-
jestatum Privilegiis.*

L I P S I Æ.

Prostant apud JOH. GROSSII Hæredes,
JOH. FRID. GLEDITSCH,
&
FRID. GROSCHUF.

Typis JOH. SAMUELIS FLEISCHERL.
A. M D C C VI.

1914

1914

1914

1914

1914

N. L.
A C T A
ERUDITORUM,

publicata Lipsiæ

Calendis Januarii, Anno M DCC VI.

SUIDÆ LEXICON GRÆCÆ & LATINÆ.

*Ex MSS. Codd. recensuit, emendavit, notis illustravit, versionem Latinam Porti correxit, indices auctorum & rerum adjecit,
LUDOLPHUS KUSTERUS, Humaniorum Literarum in
Gymnasio Regio Berolinensi Professor.*

Cantabrigiæ, typis Academicis, 1705. Volumina tria in fol. chartæ aug.
Constat 27 circiter Alphab.

Frequentiori eruditorum usu Lexicon Suidæ teri coepit ab anno inde 1499, quo typis Mediolanensibus primum exscriptura fuit. Eam editionem Aldina secuta est anno 1514, ex alio, quod multæ ejus a Mediolanensi discrepantiæ probant, codice MS. expressa. Frobenii inde successit Basileensis A. 1544, nonnisi sphalmatibus & editorum interpolationibus ab Aldina dissidens. Eodem anno prima Suidæ Latina versio Hieronymi Wolfii opera seorsim a Græco textu prodiit, quæ ab ipso recognita emendatio lucem adspexit paulo post Basileæ A. 1581. Tandem Æmilius Portus Genevæ A. 1619 Suidæ textum Græcum, una cum nova sua versione, vel potius paraphrasi, luci publicæ exposuit.

Multa in illa Porti editione, quæ ultima est cæterisque præstantior, a Viris doctis desiderata. Quod neque cum MSS. codicibus, neque cum editis omnibus textum comparaverit, multosque proinde operarum etiam typographicarum errores intactos reliquerit, vel etiam tanquam variantes lectiones annotaverit: quod item in investigandis autoribus, quorum fragmenta adducit Suidæ,

A

das,

ACTA ERUDITORUM

das, vel e quibus, non allegatis eorum faciniis, sua depromsit, nullam adhibuerit diligentiam: imo quod ne ipsum quidem secum ipso Suidam, variis locis eadem repetentem, contulerit: aliaque ejus generis, quorum exempla astatim ab ipso clarissimo Kustero in praefatione novae hujus editionis adducuntur.

Nondum itaque eo ornata hac usque Suidas prodierat, qui dignus esset, ea, quae nunc fruimur, litterarum luce: quem proinde ipsi parare atque induere, Herculeo labore, ingeniique solertia summa, conatus est novam Germaniae nostrae decus, clarissimus Kusterus. Opus ille istud, arduum sane maxime, aggressus est trium codicum imprimis MSS. Bibliothecae Regiae Parisiensis fretus subsidio, quorum primus optimae notae est, aetatemque habet annorum D minimum: tum porro variantium Lectioinum a Joanne Pearsonio olim ex codice Vaticano, & ab amicis quibusdam ex Colbertino, Vossiano & Antwerpiensi codicibus excerptarum: & denique notarum ejusdem Pearsonii, quas integras suis, nomine tribique auctoris addito, Vir clarissimus, juxta cum Portianis, quibus aliquid inesset momenti, inseruit: quod tamen vix numerum facere in vasto notarum, quas ipse adjecit, pelago, facile & primo intuitu inspicientibus patebit.

Qua vero dexteritate istis subsidiis suis fuerit usus, quo eruditionis apparatu, qua ingenii acrimonia, etiam ubi ea defuissent ipsum, puritatem atque nitorem Scriptori suo restituerit, difficile est explicare, experiri praestat. Tria tantum, quae inter evolvendam sese nobis obtulere, afferemus exempla, ut trinum scilicet operis, ut sunt humana, consummati atque perfecti, specimen hic profferet. In voce βληχη̄ ista legimus: Βληχη̄ τὰ τέκνα καὶ ὑδαμῶς τὴν τρέψαν, Delio profecto natatore opus habentia. Expeditissima emendatione βληχη̄ restituit Vir clarissimus, istamque ῥῆσιν ex Eupolidis Δήμοις explicat, ubi Hippocratis cujusdam Atheniensis filii perstringuntur Jambis istis duobus:

Ἰπποκράτης τε παῖδες ἰμβολιμοὶ τινες
βληχη̄ τὰ τέκνα, καὶ ὑδαμῶς τὴν τρέψαν

Sic nempe illi leguntur apud Scholast. ad Aristoph. Nubes p. 180. In posteriore tamen Jambo cum aliquid deesse vel ipsum loquatur anetrum, id Viro doctissimo ita supplere visum:

βλη-

Βληχτὰ τέκνα κ' ὑδαμῶς τῷ νῦν τρέψῃ.

Βληχτὰ autem *balachia* esse animantia nemini ignotum, quæ pecora campi vulgo appellamus : neminique obscurum amplius esse potest, ita verba Suidæ esse vertenda : *filiis bardis & moribus avi minimis accommodari*. Plane etiam intelligi non poterant verba in Δωδεκαδώρῳ ista : *Κυλλητίων ἀνεύσαντες ἔρριξαν, καὶ οἱ δωδεκάδωροι κέρα ἄλλω μακροτέρῳ ποτὶ πλατάνισον ἔπαξαν*. Verum incidit Vir clarissimus, pro sua felicitate, in Epigramma ineditum, ex quo deprompta ista, ubi duo Arcadiæ pastores Panni Cyllenio iuvencam resupinam macistasse, eique duodecim palmorum, h. e. δωδεκάδωρον, cornu dedicatum platano affixisse clavo narratur. Ejus inter alia sunt sequentia :

τὸν κερκὸν δάμαλιν
Πανὶ Φιλοσότῃ Κυλλητίῳ αὐτὸν ἐρεύσαντες

ἔρριξαν, καὶ οἱ δωδεκάδωροι κέρα

ἄλλω μακροτέρῳ ποτὶ πλατάνισον ἔπαξαν.

Unde manifestum est, Suidæ verba ita esse legenda : *Κυλλητίῳ αὐτὸν ἐρεύσαντες ἔρριξαν, καὶ οἱ δωδεκάδωροι κέρα ἄλλω μακροτέρῳ ποτὶ πλατάνισον ἔπαξαν*. Cujusmodi emendationes, adeo planas, in ipsum textum statim receptas haut fuisse non immerito mireris. Sed tertium adhuc tibi debemus exemplum. In voce Παλαμῆδης ultima verba ita se habent, *ὑπολαμβάνω δὲ καὶ τὸν ποιήσαντα*, quem locum mutilum esse animadvertit jam pridem Leo Allatius, eumque ita supplendum existimavit, *ὑπολαμβάνω δὲ καὶ τὸν Ἰλιακὸν πόλεμον ποιήσαντα*, ut sensus sit, bellum Trojanum carmine descriptum a Palamede fuisse : certior vero ducem secutus clarissimus Kusterus codicem Parisiensem, lacunam hanc ita supplevit : *ὑπολαμβάνω δὲ καὶ τὸν ποιητὴν Ὁμηροῦ αὐτὸ τῷτο πεποιηθέναι* (invidiam nempe in præcedentibus Suidas memoraverat, quæ Palamedem ob præclaram scientiam infectati nonnulli fuere) *καὶ μηδεμίαν τῷ ἀνδρὶ μνήμην ποιήσαντα*. Nempe in causâ indaganda Homerici illius de Palamede silentiū, alii quoque solliciti fuere, Apollonius inprimis, quem Achillis de eo Manes interrogasse, apud Philostratum legitimus.

Sed luculenta, quam toti operi Vir clarissimus præmisit, præfatio

ACTA ERUDITORUM

sicco pede non erat praetereunda : in qua de Suida suo ejusque
 Lexico complura diligenter observavit. Suidam nullum extitisse,
 temere nimis Angelum Politianum affirmare, cum ejus non o-
 mnes tantum codices MSS. in operis hujus inscriptione, verum &
 Eustathius meminerit ad Homerum. Cujus fuerit, non constare :
 Samium eum fuisse, male nonnullos ex loco in voce *Σαμοθράκη* col-
 ligere ; nam verba, quae isthuc trahunt, veteris esse Scriptoris, nec
 ad Suidam pertinere. Vixisse eum, quicquid viris magnis, Grotio,
 Wolfio, Caveo videatur, seculo XI, vel XII mi initis sub Alexio
 Commeno, si ab ipso sint Pselli loca, in hoc Lexico, quod a nemi-
 ne hac usque observatum, in vocibus *Γνώριος, Δέσποτης & Ἡγήτο-
 ρος* allegata : illius enim aetatis esse Psellum ; at potuisse loca illa
 post Suidae tempora ab aliena manu inferri, quod de primo sal-
 tem certum sit, qui etiam in codice Paris. non inveniatur. Incertae
 itaque aetatis ipsam quidem esse Suidam, multa tamen ejus Lexico
 sequiore aetate accessisse, vel ex codice Parisiensi optimo liquere, in quo
 multa loca Scriptorum recentiorum, vel plane non, vel margini
 adscripta, idque manu nonnunquam recentiore, compareant. Ma-
 le Gyraldum Suidam Historicum, cujus apud Strabonem, Apolloni-
 um Scholiasten, & Stephanum Grammaticum mentio, cum Lexi-
 cographo confundere. Lexicon ex variis autoribus compilatum
 esse, in quibus tamen Scholiastes Pindari, Theocriti & Apollonii
 non adeo frequentes sint ac Reinesius existimavit Var. Lect. p. 479.
 Scholiaston antiquum Aristophanis totum a Suida fuisse exscriptum,
 non versa vice, auctiora tamen habuisse Suidam illa scholia, quam
 nos hodie, vicissimque scholia illa ex Suida atque aliis a recentio-
 ribus passim esse interpolata ; id quod exemplis monstratur. Ju-
 dicio & *αινεσιμας* in hac compilatione passim desiderari : mendosis
 codicibus saepe compilatorem esse seductum : homonymorum res
 uno tenore, quasi ejusdem essent omnes, saepe referri : res eorum
 quoque, qui nomine sint diversi, quandoque misceri : exempla
 saepe loco plane alieno adduci ; quod tamen interpolatorum potius
 quam Suidae sit vitium. Quod reliquum est, librum multis no-
 minibus, ob Historiam Litterariam imprimis, cujus varia capita at-
 tingat, totque veterum Scriptorum fragmenta, esse utilissimum.
 Cetera, quae de variis editionibus, suisque ad novam hanc ad-
 mi-

miniculis dixit, sub initium hujus *isopias* exposuimus. Finem facit Cantabrigiense Academiæ laude, quæ per quadriennium nidum excludendo huic foetui benigne ei concesserit. Cui nos quoque eam ob rem, tum communi Reipublicæ litterariæ, tum maxime Patriæ nostræ nomine gratias agimus: ejusque meriti, inter cætera in gentiles nostros collata, perennem apud nos memoriam victuram esse, proluxa voluntate, & ad similia officia præstanda parata, pollicemur.

*HENRICI SNELLEN, MEDICINÆ DOCTORIS,
Theoria Mechanica Physico-Medica Delineatio, in qua damnosa
ejus præcepta ad rationis & experientie lancem revocantur,
ac practice emendantur.*

Lugduni Batavorum apud Jordanum Luchtmans, 1705. in 8.

Constat 1. Alphab.

Presentem Theoriæ Mechanicæ Delineationem in duas divisit partes Author Clarissimus, in quarum prima *Baglivum* Medicum Romanum acriter perstrinxit, ejusque *de Fibra Motrice* a nobis in Actis anno 1703 mense Augusto pag. 338 commendatum *Specimen* sub examen vocat, atque refutat: in altera infamem, uti vocat, juvenibus inquisitionem menstrualium muliebrium explodit, in illud fere unicum vires suas intendens, ut demonstret, mechanici ratiociniû factum & abusum, ubi homines factæ suæ tantum adulantes non erubescant omnia gratis repone, quæ nec ipsa natura concedit, nec ars unquam demonstrat, si paucissima, quæ admodum trivialia sint, exceperis.

Quoad primam Partem, quæ contra Clar. Baglivum in medium profert, mittimus, ne contra morem hæctenus a nobis receptum agere videamur, in quo Autoris hypothesis Theoretico-Practica consistat, breviter delineaturi. Existimat igitur solida fluidis originam debere suam, illaque his undique stipari, imo ex iisdem consarcinari. Particulas solidas materiam, portiones materiæ immerfas ventum æthereum, aut ignem, aut aquam subtilissimam vocat. Materiæ assignat quietem, vimque omnem & potestatem resistendi, & pro tempore retinendi portiones spirituales. Portionibus adscribit motum, omneque mo-

mentum actionis, quæ observatur in materia. Materię quantitatem molem vel massam nominat; qualitatem vero inquit in molis dispositione & conformatione varia, quæ præsertim exteriores & ambientes illas superficies istius molis spectat, postmodum poros & tubulos fingit ex molis nexu, situ & ordine. Portionum quantitatem in collectione quadam majori & minori mobilissimarum particularum reperit. Qualitatem vero maximam considerat in materia levissima, associata spiritali immersæ portioni, quæ cum in sua persistat forma, omnibus suis accidentibus stipata, eam exinde spiritalis actionis directionem ad speciales quosdam motus limitari & disponi ab illa materia resistente putat. Materiana insuper ejusque portiones se mutuo afficere supponit, ita tamen, ut quædam inter hæc duo relatio sit, nunc majoris, nunc minoris resistentiæ, aut actionis. Solidam tamen materiam magis pati a fluida portione, quam hanc ab illa, nec tamen materiam immunem esse resistentia, illius motum retardante, akerante, detorquente, ipsique sese adjungente, ac una cum liquida portione ad actus varios concurrente defendit. Primam coalitionem, productionem vel generationem illius massæ debere existimat parti fluidæ levissimis solidis imprægnatæ, hujusque constanti aut debili resistentiæ suam tribuere conformationem, ex quadam minimarum superficiuncularum aptitudine materię ad se invicem accedentis & adaptandæ, ita tamen, ut materia ipsa portioni spiritali intermixtæ suum debeat ornatum & culturam nobiliorem. Portiones hæc generaliter sumtas dividit in tres partes, qualitate sua distinctas, in aqueas subtiles, in ramosas oleosas acres, & in rigidas salinas. Omnes hæc portiones momenta suarum actionum limitata offerre addit, respectu materię, cui occurrunt; duas equidem priores benigniores in suo opere existere, ultimam vero violentam esse & sæpius sibi fingere & vi parere aditum in materiam, Hasque portiones posse adesse vel abesse judicat pro quantitate & qualitate majori vel minori in ipsa materia, easque posse infinitis modis alterari ex portionibus illis variis, quæ aliunde adveniunt. In statu p. n. prædominium superbum & noxium nostræ machinæ hujus illiusve portionis aut materię supponendum esse docet. Modo enim particulæ aquosæ luxuriant, & omnes effectus fiunt lan-

languidi & torpidi portionum spiritualium, humores turgescent, partium solidarum tonus enervatur, & momento actionis necessariae destituitur; tum autem partes serosae sunt exaltandae, ferique abundantia discernenda. Modo portio sulphurea seu ramosa peccat, & vel nimiam partium acrium, inflammationis auctorem, velocitatem, vel retardationem partium incrassatarum aut in figura sua depravatarum, vel serosarum motum intestinum concitat, ubi modo illa eligenda sunt remedia; quae portionum immersionem in ipsa materia promovent, ita ut momenta motuum & actionum in illis fluidis ac solidis retardentur; qualia sunt aquae, terrae sive graves, sive mucaginosa, absorbentes & involventes, & vena secanda; modo purgantia & medicamenta fluidiora, & quae figuram partium depravatam corrigunt, ut tincturae minerales & extracta animalium atque vegetabilium locum inveniunt. Modo particulae salinae abundant, vel una cum ramosis, per balsamica, & spiritu veloci acido instructa alexipharmaca corrigendae; vel una cum aqueis, per mera absorbentia fixiora, aliquando etiam spiritibus ardentibus armata, oleoque subtili praedita emendandae, non neglectis vomitoriis, purgantibus, diureticis & diaphoreticis; vel una cum terrestribus, salino austero vel muriatico sapore imbutis, per salia, aquosa, sale & oleo non destituta, & oleosa spirituosius juncta alteranda.

Nec defuit, in quem in altera Parte calamum stringat Autor. Est hic *Johannes Freind*, cujus in *Emmenologia* placita in *Actis nostris anno antecedente mense Martio pag. 174* tradidimus. Quae controversiae nos non admodum morabuntur, nostro officio nos satis fecisse credentes, si indicaverimus, ex illorum classe Medicorum esse Autorem, qui in fermentationem fluxus menstrui causam rejiciunt. Putat enim, loca, in quibus fermentum delitescit, esse glandosa glandularum corpuscula, cum vasis excretorii, utpote, quae motui & liberationi partium spiritualium sint aptissima; quamvis sanguis suum etiam conferat munus, & spiritus animales, a quibus partium facultates primum imperium acquirunt, quoniam humores ad independentiam majorem horum ope deducuntur, moderamen autem ulterius acquirunt a portionibus variis, per motum extricatis & coacervatis, quae suo accessu reliquam

materiam stimulant, & ad fervorem, id est ad fortiorem sensibilitatemque motum, cogunt; hancque sententiam nec circulanti sanguini, nec sensui communi repugnare existimat, jubetque perpendere, vascula sinuosa & glandulas fermentum hoc continentes aliquo modo ab aestu sanguinis esse remotas, ejusque aggeres esse oppositos ex fibris, valvulis & musculis sphinctericis in glandulis, unde maximum confusionis periculum præcaveatur. Multo minus credendum esse asserit, hoc fermentum extinguï; ex eodem enim fonte novam ei suppetere suppellectilem, ex quo vires exhaustas recuperant ex morbis convalescentes. De novo enim restaurari sanguinem, & renovari per alimenta, ut jacturæ denuo resistere possit, eumque tempus quoddam requirere, antequam spiritualibus illis nobilitetur portionibus, hasque non simul & semel posse communicari lymphæ & partibus solidioribus, sed tantum per vices, cui luxurianti motus illi debeantur. Organa excretoria sanguinis menstrui statuit glandularum vaginalium vesicularium, vascula excretoria in vaginam hiantia. In his enim minima est resistentia, quoniam naturaliter pro lymphâ excernenda laxa tantum connivent, & dum sanguis orgasmo quodam a spirituum copiosiori influxu & acrimonia lymphæ, præsertim vaginalis tempore menstruationis turget, hæc copiosior in horis profluens sanguini e glandularum cavitatibus per propria vasa per motum intestinum humorum dilatata viam aperit; hujus enim momentum multo majus est, quam humorum copiarum. Circa tempus menstruationis hæc Autoris est sententia: Machina humana tenella ad pubescentiæ levioris terminos usque mollis, flexilis & aquea est, fibræ patentiores, magis perviæ & perspirabiles existunt, quæ facillime humores, eo tempore magis serofos, admittunt, & dimittunt per omnes poros, canales, tubulos, utpote minus resistentes actionum etiam leviorum momentis. Lubricitas vasorum, serosorum humorum status, villorum flexilitas, ubi motui illius machinæ vegetativæ succurrunt, simul loculos extensos per illam vegetationem replere coguntur, quod fieri nequit, nisi per materiam quantam satis tenacem, & glutinis instar balsamicam, spirituali portione minore in quantitate instructam, quæ in eo statu minus excernitur, ex materia debilius attributa, minus oleosa, magis

MENSIS JANUARIi A. MDCCVI.

gli aquæ. In pubertatis flore ex materia copiosius congesta, sensim firmiori reddita, æque in fluidis ac solidis partibus durities crescit, unde angustiora sunt vasa & simul retinendæ & subigenda materiæ fluidæ constantiora, cum totius machinæ decore. Lubricis igitur & mollioribus fuga permanente sua, oleosis & tenacioribus aliis injiciuntur vincula, quibus coercita ope fluoris & resistentiæ magis ac magis attenuantur, in portione subtili accrescunt, momentaque majoris actionis acquirunt, ut sensui ac motui majori tandem perfectiori maturitatem suam nunc adepta inserviant. Illo ipso tempore vigor conspicitur, postquam diluens serum non tam potens adest, ut spirituum vim intercipiatur; tunc enim in ipsa vasa fit arctatio, hæc raro cum apertura & ruptura eorum minus resistentium, resultans ex copia illarum portionum materiæ antehac immerfarum, nunc per fortiorem attritionem emerfarum. Exiliores autem partes cum angustissimos poros & canaliculos in glandulis petant, necessario hæc tenui sua substantia redundare faciunt illa loca, vasculaque inflari ad intumescentiam quandam partium, minimatum coguntur, quæ postmodum aut sua effundere opus habent, aut vicina loca comprimunt, & angustant, quod semper in motum proxime adiacentium, dein remotiorum humorum redundat. Hi spiritus aut hæc portiones subtiles natæ ex quadam contemperatione materiæ subtilissimæ, aeris, salis irretiti in materia, ad oleosam naturam accedente, sensum & motum cum calore interno augent, texturas in fluidis majus spatium exigentibus replent & distendunt, tandemque magnitudinem ictuum & nisum materiæ accelerant, ut vasa minus resistentia locum suum pro fluxu menstruo in mulieribus cedere cogantur. Ratio mensium deficientium in vetulis hæc esse videtur Authori: quia in minimis vasculis & glandulis humidam spirituale deficit, aut saltem non luxuriat, adeoque opitulari nequit fluori, & velocitati sanguinis, ut solebat, quoniam fibræ minus teniles & sensiles sunt, & vasorum oscula callosa durioraque redduntur, ipsaque humorum massa in parte serosa lentior crassiorque evadit, calorque naturalis portionumque e materia emersio minor conceditur, quæ omnia motui intestino & irritationi seu stimulo naturali adversantur.

G. G. L. DE LINEÆ SUPER LINEA INGESSU,
 quæque tribus speciebus, motu radente, motu provolvitionis,
 & composito ex ambobus.

Linea ad Lineam incidit, si illa spectata ut mota, hac ut quiescente, altera alteram durante motu contingat; & quiescens dicitur *Basis*.

TAB. I.
 Fig. I.


Si Linea eodem semper puncto suo super alia incedat, non nisi *Radere* ipsam dicitur, velut, si super linea *ABCD* incedat linea *LMN*, puncto *M* in basi *ABCD* persistente. Abradat enim eminentiolas, si quæ ponuntur basi adhaerere; cum alias Linea, quæ continue suum mutat punctum contactus, adeoque *provolvitur*, eatenus non tam abrasat has eminentiolas, quam deprimat; & cum linea super linea tantum provolvitur, dici potest, alteram ab altera *Lambi*.

Si Linea radens angulum *LMC* vel *NMB* ad basin *ABC* faciat assignabilem, fieri potest, ut inter radendum circa punctum radens *M* tanquam centrum titubet, adeoque non incedat sibi parallela, veluti si *LMN* situ ad priorem parallelo emota ponatur inter procedendum, punctum tamen *M* in *Basi* remaneat.

Sed si Linea radens *KLMNP* angulum nullum assignabilem faciat ad basin *ABCD*, id est, si ambo polygona constituent curvas in puncto *M* radente se mutuo contingentes, neque plus quam unam in puncto contactus rectam tangentem habentes, necesse est Lineam radentem suis vestigiis ubique parallelam incedere. Ponamus enim punctum radens esse *M*, in quo *Basis* pars *BC* tangatur. Et quoniam ambe lineæ *ABC* & *LMN* sunt... curvæ, quæ se mutuo tangunt, habebunt etiam eandem sectam tangentem, eamque ex hypothese unicam, quæ adeo ad curvam angulum assignabilem non faciet. Itaque & curvæ ad se invicem angulum assignabilem non constituent. Hinc vero sequitur, curvam *KLMN* puncto eodem *M* per basin *ABC* incedentem non posse curvare, seu angulum inter ambas curvas factum assignabiliter variare, adeoque nec angulos eorundem plani lineæ mobiliter rectorum in alium locum transecturum, quibus immotam *FGH* respiciebant, hac translatione assignabiliter diversos fieri ab iis, quæ facere in priore situ. Sit enim in plano curvæ radentis, quod una cum

7
B


Fig. 5.




2L

3L

Fig. 2.





cum ipsa moveatur, punctum I, & iungatur recta IK. Dico, hanc sibi manere parallelam durante motu. Assumatur enim immobilis recta HG in plano immobili, per quod ipsum planum mobile semper incedat. Producta recta KI, usque dum ipsi HG (productæ, si opus) occurrat in F, dico, si motus sit radens, angulum HFK non posse variari, licet KLMP aliorum transferatur. Nam curvas rursus concipiamus ut Polygons, immobile ABCD, mobile KLMP. Cum ergo totum KLMP rigidum censei possit, non potest nutare, seu rotari circa M, nisi alius fiat angulus LMC. Sed cum is sit infinite parvus, non sufficiet ad assignabilem nutationem, ut LM sese convertens circa M applicetur ad CB, sed ulteriori rotatione opus erit. Ita vero si ponas amplius nutare lineam radentem, necesse est, ut punctum M erigatur a basi, punctis L & K successive ad basin depressis, quibus & successive, tanquam sustentantibus centrâ innitetur radens Linea, ac circa ea gyrabit: cum tamen supposuerimus, punctum M continue basi manere applicatum. Idem est, si rotatio fieri ponatur in contrariam partem, ut non L, sed N ad basin deprimatur. Utroque igitur modo angulus LMC vel NMB assignabiliter mutari nequit, quantumcunque duret motus, modo punctum M semper in basi manere debeat, adeoque nec recta KI ipsi lineæ radenti rigide connexa, seu cum ea mobilis ad rectam HG (ipsi immobilis lineæ ABCD rigide connectibilem, seu cum ea immobilem) angulum KFH assignabiliter variare potest.

Hactenus de motu radente potissimum diximus. Sed, si iisdem positis curva KLM super curva BCD velut basi ea lege incedat, ut punctum M dictam lineam KLM sustentans, (seu quo ea basin tangit,) non idem incedat per plura basios puncta, sed motetur, alio continue puncto curvæ mobilis ad aliud punctum basis, parsque aliaque parte mobilis ad aliam partem basis applicata; necesse est, ut Curva KLM rotetur circa prius punctum sustentans M, donec aliud, nempe L, basin attingat. Ita hoc iam erit punctum sustentans novum, super quo facta gyratione prius M a basi elevabitur in alteram partem. Hoc motu continuo dicetur curva super basi non nisi *provotvi*, dicetur etiam altera alteram lambere, & tunc contingat, partes basios ac partes

mobilis Curvæ, quæ provolutione jam defunctæ sunt, inter se æquari; pars enim parti, latus polygoni lateri alterius polygoni congruit, nec una pars unius plusquam una alterius congruenter applicatur. Insuper si punctum aliquod constans exempli gratia curvæ provolutæ in eodẽ plano annexum ponatur, illud describet *Trochoidem* I (i) cui normalis erit recta MI a puncto sustentante ad punctum describens ducta. De quo motus genere jam multa apud Geometras habentur. Potissimæque ejus species sunt, quæ dant lineas *Cycloïdales* & *Epicycloïdales*.

Denique Curva mobilis KLM super basi BCD incedere potest *motu composito ex radente & provolvente*, si, dum M procedit in BC versus D, simul LMN nutet & gyretur circa M, donec L attingat BCD, & loco ipsius M subeat puncti sustentantis vicem, & mox itidem (ut prius fecerat M) simul & procedat in basi, & tamen centrum sit gyrationis Curvæ KLM, per quam tunc M a basi elevetur. Et ratio inter celeritates gyrationis & motus radentis seu paralleli determinabit speciem hujus incessus, in quo nec motus est parallelus ut in pura radente, neque arcus bascos & Curvæ mobilis contactu defuncti inter se sunt æquales, ut in puro provolvente: nam quantus motus radentis incessus hinc immissi est Longitudo, qua arcus curvæ incedentis deficit ab arcu bascos percurso. Punctum autem constans in plano curvæ mobilis designatum, ut J, non jam Trochoidem describet, sed Lineam factam compositione ex motu parallelo seu æquali cum motu radente puncti sustentantis (qui motus toti plano mobili communis est) & ex motu proprio gyrationis, quem exercet punctum describens J circa punctum sustentans; qui motus nonnisi eisdem plani punctis communis est, quæ tantundem a puncto sustentante absunt.

Hic motus plerumque a rotis exercetur, cum simul trahuntur & volvuntur, quod sit præsertim, cum axis non satis est lubricatus, quæ causa est aliquando; ut pene tanta sit difficultas in gyratione, quanta in procedendo: unde etiam rotæ non sunt fidem satis median longitudinem itineris suis conversionibus mensurandi. Ideoque etiam, si quis puram provolutionem desideret, id est, si quis Cycloïdem accurate describere velit, vel Epicycloïdem (cum circulus super circulo volvitur) vel etiam Trochoidem aliam quam

TAB. I.
Fig. 2.

quancunque; non sufficit rotam libere incedere, sed necesse est filum vel catenam rotæ circumdari, quæ inter provolvendam, evolvetur, & extensa remaneat in basi. Veluti si rotæ pars TV provoluta per QR ibi reliquerit funis QRX partem QR, dum pars RX adhuc rotæ sit affixa; continuata vero provolutione similiter applicari debeat dicta pars RX basi reliquæ RS.

Porro Curva, quæ basin non nisi radit, adeoque vestigiis suis parallela incedit, singulis punctis plani sui mobilis describet lineas basi similes & æquales seu congruentes. Nam rectæ 1N, 2N, 3N, respectivè parallelae & æquales sunt ipsis 1M, 2M, 3M, id est, rectis AB, BC, idemque est de motu puncti L, quod de motu punctorum M & N. Et si quis agnoscat, quævis plani mobilis puncta ut L & N describere lineas congruas inter se, idem ei dicendum erit de puncto sustentante M, nempe describere lineas prioribus congruas, cum punctum N ipsi inassignabiliter vicinum assumi possit, adeoque in ipsam tandem incidere intelligatur. Quia autem M describit basin, utique lineæ a punctis L & M descriptæ, Basi congruent.

Mechanice efficiemus, ut Curva in basi non incedat, nisi radente motu, si ex puncto I recta IΛ educta sit, quæ ipsi HG normaliter occurrat ad β; crassitie ipsius rectæ materialis HGF radente infra planum paginæ, & crassitie ipsius IΛ cadente supra: & præterea ex recta rigida IΛ exeat normaliter alia recta rigida seu regula βα, cadens semper inter ipsas rigidas immobiles GH, γμ, inter se parallelas, per Hy connexas, nec magis invicem remotas, quam ut βα exacte inter eas labi seu ultro citrove ire possit. Ponamus regulam βα, servato angulo recto, posse ascendere & descendere in ipsa IΛ. Ita βα libertatem habebit duplicis motus, unius horizontalis (si placet) quo incedit secundum ipsam GH, alterius verticalis, quo prorsum & retrorsum ire potest in recta IΛ. Cum ergo recta αβ maneat semper sibi in directum, & recta IΛ sit semper ei normalis; utique recta IL semper suis vestigiis parallela erit, adeoque & Curva KLMN motu parallelo movebitur; dumque interim semper applicatur basi, radet eam eodem semper puncto M. Si basis esset circulus, figura super basi incedens radendo moveretur eo motu, quem *Hobbius* olim vocavit circula-
rem simplicem, & de quo quædam ingeniosè jam tum observa-

TAB. I
Fig. 3.

Fig. 2.

ut in *Elementis de Corpore & in Problematibus*, & inter alia, quod, dum qualibet recta in plano sic moto designata, manet suis vestigiis parallela, necessario durante motu quævis puncta plani describant lines inter se æquales & similes. Sed nos addimus, eundem esse hunc motum cum motu Curvæ aliæ uno puncto suo radentis.

Cæterum sive motus sit pure radens sive pure provolutorius, sive ex utroque compositus, nihil refert, utrum sit obradens, an subradens; obvolutorius, an subvolutorius; id est, utrum Curvæ mobilis convexam, an concavam faciem Curvæ immobilis radat vel lambat. Convexa autem facies Curvæ ab alterius Curvæ convexa & concava, sed concava & recta non nisi a convexa tangi potest, adeoque & radi vel lambi.

Porro notandum est, motum *evolutionis*, quem excogitavit *Hugenius*, & motum *coevolutionis*, quem addidit *Dn. de T.* & cujus utilitates ad construenda Optica & alia problemata ego primus ostendi, esse casus speciales motus *pure provolutionis*.

TAB. I.

Fig. 2.

Nam idem est ac si ponas rectam rigidam super basi volvi, simulque filo affixo regi, ne radere possit basin. Ponamus filum QRX extremo quidem X curvæ TVX affixum esse, extremo autem Q rectæ QRS seu regulæ $WQRS$; Curvam autem (contra quam ante) esse basin immobilem, supra qua incedat recta rigida seu regula $WQRS$. Hæc primum in situ (W) (Q) (R) (S) posita tangat basin in puncto X , in quod incidit (S), filo toto adhuc existente in regula; quæ deinde volvatur super basi curvilinæ XVT , per arcum ejus XV , donec puncto suo R eam tangat in puncto ejus V , relicta parte fili XR in dicto basis arcu XV , reliqua fili parte RQ manente in Regula QS . His positis manifestum est, dum regula super Basi circulari provolvitur, simul huic ipsi Basi obvolvi filum, eamque motum obvolutionis esse tantum contrarium motui evolutionis, & punctum in regula sumtum ut W , hac provolutione regulæ vel obvolutione fili describere Curvam W (W): quæ eadem curva etiam per evolutionem describetur, dum (remota regula, vel manente, ut lubet) filum WQ continuo tensum, & Curvam VS tangens, ita movetur, ut portio ejus RX a Curva VX devolvatur. Pro motu

autem *coevolutionis* simili ratione representando opus est, duas regulas rigidas solum inter se partiri, ita tamen, ut de una in aliam transire possit, sed ope styli ad ambas regulas in puncto, ubi se secant, implicitam teneatur. Et quamvis duae rigidae rectae se proprie secare (sua nempe crassitie) non possint, aequivalentes tamen effici potest, dum una sub alia transit, & superioris ima, inferioris summa recta pro ipsa regula rigida assumuntur, filumque semper ad duarum istarum rectorum intersectionem stylo applicatum tenetur.

Postremo, quotiescunque una eademque linea rigida movetur in eodem plano, diversisque suis sitibus tanquam totidem Curvis concurrentibus intelligitur formare novam Curvam omnes illos situs tangentem; perinde est, ac si curva rigida mobilis incedat super ea, quam suorum situum concursibus format, tanquam basi, motusque erit modo pure radens, modo pure provolvens, modo denique, ut plerumque fit, compositus, prout conditiones a nobis praescriptae observabuntur.

Si fingeretur Curva mobilis KLMN dentibus intercisa, basi vero esset obvoluta sibi loco catenae, cujus articuli dentibus responderent, ita ut inter volvendum dentes articulis infererentur, catenula solo motu radente volutioni admisso propelleretur, vel potius traheretur in basi: quod etsi ad Mechanismum accuratum, non sit aptum, inservit tamen ad distinctionem motus radentis & provolutorii melius intelligendam. Pars enim baseos, quam extremitas catenulae protractae percurrere intelligitur, detracta a toto arcu baseos, dabit arcum baseos, arcui curvae mobilis inaccessa jam defuncto aequalem, modo ab extremo catenae inceperit inaccessa. Haec dudum meditata ut ederemus, occasio invitavit.

TAB. I.
Fig. 1.

ARCHITECTURE MILITAIRE, OU L'ART DE FORTIFIER
les Villes, de quelle aspierte ou figure qu'elles soient, suivie d'un Abrégé de Geometrie, par le Chevalier DE SAINT JULIEN.

b. c.

ARCHITECTURA MILITARIS, SIVE ARS

muniendi urbes cuiuscunque situs ac figura, una cum Compendio Geometria.

Hæc Comitum, apud J. van Millinge, 1707. 2.

Consistit plag. 11² & 30 Tabulis æneis.

Nihil Auctor eorum omittit, quæ ad hanc Artem plene percipiendam requiruntur. Quare cum *cap. 1* finem Architecturæ Militaris indicasset, qui est impedire invasionem hostium, & cum exiguo hominum numero ingenti militum armorum catervæ resistere; mox *cap. 2* axiomata generalia proponit, subjunctis animadversionibus in eadem in *cap. 3*, & explicatis *cap. 4* terminis, specialia *cap. 5* subdit, examinatis quoque quæstionibus problematicis *cap. 6*, ad quas alii affirmative, alii negative respondere solent, quales sunt: utrum præstet, fossas esse profundas & minus latas, an latas & minus profundas? num fossæ aqua repletæ præferri debeant sicis? &c. Jactis hisce fundamentis, *cap. 7* declarat, ad quodnam præcipue respexerint præcipui ævi nostri Ingeniarii, *Erard* nempe, *Marollois*, *de Ville*, *Comes de Pagan*, *de Vauban*, *de Coeborn*, *de Bombelle* & *de Lorini*, quorum constructiones *cap. 9* exhibet, unico schematico illustratas in *Tab. 8*, additis Tabulis ad quasdam conficiendas necessariis, quarum usum *cap. 10* edocet, cum *cap. 8* multa differuisset ad tales constructiones perficiendas necessaria. Quoniam vero tam in veteribus; quam recentioribus munitendi formis, multos notavit defectus, *cap. 15* expositos, quorum notitiam 30 annorum studium & 20 annorum experientia, quos itineribus per Europam ad visenda & examinanda præcipua munimenta institutis tribuit, ipsi facile suppedabat; excogitavit ipse methodum, dimidio sumtuum compendio maximas Europæ urbes muniendi, easque cum militibus præsidariis mediocrium urbium contra numerosum exercitum defendendi: quam *cap. 11* exponit. Ea in compendio huc redit. Vid. Tabula 19; quæ nobis est fig. 4. Tab. I. Latus externum constanter assumit 240 sexpedarum Gallicarum, idque dividit in duas partes æquales. Ex centro Polygoni ad medium lateris externi agit perpendicularem DE, atque ex C in F transfert $\frac{1}{10}$ ipsius AB. Inde per punctum F ducit rectas AF & BF, lincas nempe de-

TAB. I.
Fig. 4.

defensionis majores, faciendo FI & FO 70 sexpedarum, ductaque chorda OI ex ipsius medio P ducit lineas defensionis minores PA & PB. Facies AL & BK facit $\frac{2}{10}$ ipsius AB, junctisque punctis O & L, item I & K, rectis OL & IK, alas determinat. Ne autem defensio ex chorda reddatur inutilis ob majorem propugnaculorum distantiam (vid. Tab. 20, quæ nobis est figura 5, Tab. I.) in medio chordæ A intra fossam cryptam (quam vernaculo idiomate *caponiere* vocat) more Vaubaniano excitat, quemadmodum intelligitur ex *Artis nostris anni 1692 p. 338*. Alam KI in 5 dividit partes, & $\frac{2}{5}$ auriculæ KS, $\frac{3}{5}$ alæ retractæ TV assignat, quam more Vaubaniano rotundam efficit. Fossam ante angulum propugnaculi 20 facit sexpedarum, eamque cum faciebus parallelam ducit. Duplicem chordæ præstruit parmulam. Primæ capitalis EF est 45 sexped. facies 15, fossæ latitudo BF 10; alterius capitalis BG 35, ejus facies cum faciebus primæ aguntur parallelæ, fossæ latitudo est 12 sexped. Receptus militares (*places d'armes*) formaturus CR facit 15, & DR 20 sexped. eos utrinque tegit lorice transversis 5 sexped. longis & 3 latis, in medio M format reductum. In collis tandem excitat suggestum (*le cavalier*) quemadmodum ex schematico apparet.

TAB. L
Fig. 5.

De hac muniendi methodo non nostrum, sed Autoris ipsius judicium exhibemus ex cap. 12. Ostendit nempe, quod polygonum suum sit, ad polygonum plerorumque recentiorum, ut 16 ad 9, adeoque fere ut 2 ad 1; quod suggesta tormentorum hostilia (*les batteries*) parum obesse possint alis, cum hostis viam coopertam tenens ab ala propugnaculi oppositi absit fere 200 sexped: quod crypta chordæ præstructa, cum 10 tormenta majora & 100 scopetarios capiat, sit usus prorsus admirandi in fossa & faciebus defendendis: quod duplex parmula sumtus nonnisi ordinarios requirens alas propugnaculorum tegat, & vires hostiles retardet: quod denique suggesta collis præstructa & casis armatis instructa cum mille homines ab igne hostili tutos & 20 tormenta majora capiant, fere impossibile reddant, ut hostis propugnaculum occupet. Orthographia, quam in eodem capite tradit, est ab aliorum Autorum proposito prorsus diversa, quemadmodum nuda inspectio schematici

C

tismi

TAB. I.
Fig. 6.

visini (Tab. 21, quæ nobis Fig. 6, Tab. I.) docet. Cum enim sit longa experientia didicisset, altitudinem operum notabiliter impedire defensionem, dum primis statim obseſſionis diebus ab hoste destruantur, alis saltem salvis; ita eadem excitari vult, ut non videantur, nisi hoste in fossam delato.

Cap. 13 Methodum muniendi loca irregularia novam tradit. Locum scilicet includit vel quadrato vel parallelogrammo, isti circumscribens circulum, huic ovalem ex 4 arcibus circularibus compositam, arcuum centrum intra parallelogrammum pro arbitrio determinans, prouti scilicet circumstantiæ singulares arcus requirunt vel magis, vel minus amplios. Hinc in circumferentiam circuli vel ovalis transfert latus polygoni 145 aut 150 circiter sexpedarum dans, ut numerum sexpedarum augendo vel imminuendo, totam peripheriam in æquales aut fere æquales partes dividat, atque ita circula vel ovali polygonum muniendum inscribit. Latus quodlibet polygoni in 5 partes æquales dividit, assumendo $\frac{1}{5}$ pro collo, & alas ita erigit, ut cum chorda constituent angulum 200 circiter graduum. Quodsi jam angulus polygoni ope instrumenti transportatorii deprehendatur 20 circiter graduum, longitudini alæ 17 vel 18 tribuit sexpedas; si 208 gr. 20; si 220, 24; si 130, 25; si 135, 26; si 140, 27; si 144, 28; si 147, 29; si 150 & ultra, 30. Tandem lineas defensionis vel ex angulo alæ, vel ex alæ secundariæ aliquot sexpedarum assumunt, si alias angulus propugnaculi foret nimis obtusus, extremitate ducit. Ita obtinentur propugnacula ad sensum regularia & recessibus commoda. Vitiâ inde vulgaris methodi exponit, atque insuper monet, si in sua methodo numerus propugnaculorum multiplicetur, eandem imminui, si utamur methodo superius pro urbibus amplis muniendis tradita. Sub finem capituli casus quosdam particulares, qui in praxi occurrere possunt, atque cautelas necessarias adijcit.

His absolutis, c. 14 de constructione castellanorum agit, quorum collis & alis eandem magnitudinem tribuendam esse contendit, quæ iisdem tribuitur in munimentis. Postquam cap. 15 defectus in munitionibus veteribus & modernis, uti jam superius monuimus,

MENSIS JANUARIII A. MDCCVI. 19

mus, notavit; methodum exponit parandi loricas nunc usitatis præstantiores. Praxin offensivam & defensivam cap. 16 declarat, & cap. 17 de operibus campestribus disserit: cap. 18 de iis tractat, quæ ad munimentorum extructionem necessaria, ac cap. 19 demum exponit, quid de urbibus mediocribus muniendis sentiat.

Subjiciuntur fundamenta quædam Geometrica; quæ Architecturæ militari intelligendæ sufficiunt.

Sächsisches Medaillen-Cabinet. Anderer Theil der Albertinischen Linie.

h. e.

NUMMOPHYLACIUM SAXONICUM. PARS SE- CUNDA LINEÆ ALBERTINÆ.

Sumptibus Christiani Wermuthii, numismatum Sculptoris.
Prostat Francofurti ad Moenum apud Knochium,
& Lipsiæ apud Stockium, 1705. 4.

Constat Alphab. 1, plag. 16, & figuris æneis 35.

PRiorem *Lineæ Ernestinæ* tomum, in Saxonia Amplissimi Ten-
zelii Numismatica, alter tomus *Lineæ Albertinæ* nunc excipit,
cui introitus in vicem præmittitur responsio ad Epistolam Nobilis-
simi Herzi, tomæ Ernestino primo, ut suo loco nuper indicavi-
mus, præfixam, in qua Noster amice admodum modo approba-
tionem sui operis ab isto factam grata mente agnoscit, modo ob-
servaciones aliquot curiosas ab eodem suppeditatas Supplemento
imposterum edendo reservat, modo ad objectiones ejus nonnullas
modeste respondet, ac tunc statim ad telam suam ulterius perte-
xendam nova cum industria se confert, sumto initio ab Electore
Christiano I, terminoque statuto in beatissimo vitæ *Jo. Georgii I*
Electoris termino.

Christiani I numismata omnium Saxonorum elegantissi-
ma appellat, & post exhibita illa, quæ Christiani effigiem Patris
Augusti imaginè junctam sùnt, ea recenset, quæ in nuptias hu-
jus cum Sophia solenniter celebratas cusa fuerunt; a quibus tamen
illud discernit, quod Christianum Electorem & Sophiam Electoris

C 2.

CON-

Conjugem in perigræphe nominat. Licet enim postica ostendat manus duas conjunctas e nubibus prodeuntes corculumque tenentes, inter binos rutæ ramos gladiosque Electorales, cum cæteris, addita inscriptione: **NIL CHARITATE DULCIUS FIDEQUE NIL CELEBRIUS**; alii tamen, quam nuptiali, occasione nummum istum destinatum censet, & charitatis fideique laude Conjuges hos Electorales celeberrimos esse apud Scriptorum, memorat. In rebus ad solum Electorem attinentibus, nummos iconicos cum illius tantum effigie distributos fuisse observat, interque hos primo loco illum nominat, in cujus adversa, gallina Hennebergica insignibus Electoralibus primo omnium addita conspicitur. Illud numisma, cujus postica duos habet leones erectos sibi que oppositos, qui dextrum pedem anteriorem conjungunt, sinistroque alter scutum Electorale, alter Ducale tenent, imminente pileo Electorali, sub quo symbolum tribus lineis: **FIDE. SED. VIDE.** haud dubie respicere ait homagium, quo Electoratus Ducatusque Saxonicus (quantum hujus possedit Elector) stipulata manu & juramento, arctissime A. 1586 novo Principi conjuncti fuerunt. Pariter ad homagium pertinere innuit oviforme illud, quo Electoris icon solita inscriptione decoratur, averfa autem virtutes Principem subditosque decentes nominat & conspectui exponit, Concordiam puta, Justitiam & Prudentiam. Anno 1587, die 6 Februarii, Rudolphus II Imperator Electoris Christiani Legatis feuda Imperii contulit. Qua occasione aureum Numismatum genus, in Domo Saxonica nondum hætenus receptum, abs eo illatum fuisse dicit, cujus duas figuras exhibet, in quarum utraque effigies quidem congruit solita forma, inscriptione, annoque 1587 notata, averfa, autem utrobique crucem sistit majusculam, in cujus quatuor angulis minor nummus quatuor habet insignium scuta, gladiis Electoralibus, ferto rutaceo, leone, aquilaque signata. Major quindecim provinciarum parmulas per circuitum sibi invicem opponit. Quærit ergo, undenam hæc crux in medio? & secus, atque alibi fecerat, respondet, cum hæc aurea numismata ad aureorum Portugalliorum pondus decem ducatorum accedant, cruce eadem non immerito pariter notari. Hinc quæ causa fuerint numismata in *Diatas* vel *Comitia Provincialia* ab eodem Electore instituta,

me-

memorat. Occasione ducatorum, in quibus Elector armatus stans conspicitur, communissimum *Ducatorum* nomen in lectoris gratiam explicat, istudque non a Ducibus, sed a moneta Ducatus Apuliz, cusa a Rogerio Rege Sicilia A. 1140 & Ducatus nomine insignita, derivat, quæ post. sub Joanne Dandulo, qui Ducatum inivit A. 1280, auro expressa, & ab adjecto lemmate: *Sic tibi, Christe, datum, quem tu regis, iste DUCATUS*, nomine hoc vulgari nuncupata fuerit. Notabilis est nummus, qui novendecim provinciarum parmulas per circuitum disponit; ex eo enim Autor Nobilissimus conjicit, Christianum Electorem eo jam tempore, A. 1590, insignia Juliaci, Cliviz, Montium, Marcæ & Ravensbergæ, citra cujusquam contradictionem, inter sua collocasse. Tandem ad nummos Christiani Electoris exequiales venit, horumque tot genera, quot Principum Saxoniorum nulli, vel ante vel post, eidem obvenisse innuit, & quid circa illos observandum veniat, pererudite explicat.

Post Christianum, numismata sequuntur trium foeminarum, utpote *Sophia* Electricis, & duarum ex ejus filiabus, *Sophia*, Ducissæ Pomeraniz, & *Dorothea*, Abbatissæ Quedlinburgicæ, quarum illam seniore filiarum Christiani superstitum, hanc autem minimam fuisse constat. Sed circa hæc Lectorem hand detinebimus, cum potius *Christianus II* ad se nos vocet. Orsus ab ejusdem homagialibus Noster, inter hæc & istud refert, quod trium Principum fratrum imaginibus decoratum, in averfa Dresdam representat, cum ponte celebri Albi imposto, supra quam volans Angelus schedulam tenet, cujus lemma: *DA PACEM DOMINE*, ab altero schedulæ extremo dependet scutum Electorale, & ab altero Ducale Saxonicum, quod numisma equidem alibi, ex aliorum opinione, ad Ordinem novum a tribus illis Fratribus fundatum retulit, hæc vero aliud huic Ordini seu Societati peculiariter consecratum proponit. In duobus aliis non tres amplius icones, ut in præcedentibus, simul exhibentur, sed una facie, solus Electoratus heredis Christiani, & sub ea parmula gladiatorum Electoralium sistitur; altera duorum reliquorum Fratrum, quorum capitis imminet rutæ Saxonicæ scutulum. Causam esse notat, quod primogenitus regimen Electorale proximo esset suscepturus, sed

priusquam id fieret, etiam nomina inscriptionesque antecedentium
 numismatum retenta fuisse. addit, appposito Anno 1601. Inspertit
 hoc loco quaedam de numismate iconico, tam nomine, quam an-
 no designato, in quo tamen Christiani facies habitusque satis appa-
 ret, & in postica Alexandri M. caput conspicitur. Quam con-
 iunctionem nemini miram videri posse iudicat, qui cogitaverit,
 Christianum suo tempore in exercitiis equestribus paucos habuisse
 pares, indeque apud externos etiam commendatum fuisse. Quan-
 quam & fortassis respectus habitus fuerit ad formam humana pe-
 ne augustiorem Alexandro tributam, & in Christiano nostro re-
 apse quoque observatam. Ex quo Christianus, die suo natali,
 23 Septembris, anno 1601, Electoratum suscepit, numisma-
 cum memorat, quod inter alia deponit referat ex Prov. IX,
 10, lemma: INITIUM SAPIENTIAE TIMOR DOMI-
 NI; quod dictum noster praecipue adamaverit, & symbolum sibi
 constituerit, & albis praeterea saepius inscripserit. Multus dehinc
 Amplissimus Autor est in describendo illo nummo, qui in testi-
 monium administrationis Electoratus, a Friderico Wilhelmo sum-
 ma cum laude peractae, cufus fuit, & hinc in describendis homagii
 occasione anno 1601 vulgatis pergit, feudorum quoque susceptio-
 nem in thaleris memoratam allegans. Inter reliqua imprimis o-
 culo attentiori lustrari merentur, quae pacificum Christiani II ani-
 mam, variis in casibus haec latius recensitis declaratum, manifestant,
 & aliud, quo summa summorum tunc in Imperio Romano Prin-
 cipum cum Electore hoc pacifico concordia significatur. Numi-
 smata exequialia quatuor dum delineare aggreditur, famam Electro-
 ris prius vindicat adversus communem, sed atrocem calumniam,
 eum obiisse inter pocula. Quamquam enim negari non possit,
 ab adolescentia illum, potationibus, ab aliis tamen potius seductum,
 quam proprio instinctu actum, indulgisse, acri etiam censori, Da-
 nieli Eremitae, propterea notatum; hoc tamen erratum huma-
 num tandem agnovisse illum plurimumque correxisse monet, pro-
 ut & die mortuali sacrum sermonem attentis auribus perceptum
 in prandio repetierit, cumque comantem apoplexia pridem ab
 ipso praedicta corripere, pia aliquot suspiria devotus emisit.

Antequam ad novum Electorem progrediatur, in hisce
 num-

MENSIS JANUARI A. MDCC VI 23

nummis indagandis atque exponendis felicissimus Autor, decem interspergit numismata *Hedwigis*, Christiani II conjugis, & aliqua *Augusti*, fratris Christiani natu minimi, sed qui ante medium Johannem Georgium, multis annis improbis obiit, ac *Elisabethæ* hujus uxoris, numismata repræsentat; post quæ cum suis longo ordine introducitur *Joannes Georgius I*, unicus Albertini stemmatis propagator, sine quo id plane exaruisset. Hic A. 1601 iter Italicum aggressus est, pro cuius felici introitu cûsum Noster autumat numisma, Principem sub ignoto habitu peregrinatum referens. In postica Angelicus quasi Comes scutum Saxonicum palmarium tenet, addito symbolo: SCOPUS VITÆ MEÆ CHRISTUS. In ejus ex Italia reditum, sub Februarii finem A. 1602 feliciter factum, cûsum ait numisma, in quo iconi adjiciatur distichon: *JOHANNES, Italia rediens tellure, GEORGI, Dux Saxo, calæ frontis honore clemens.* Postica nullam habet epigraphen, sed annum solum 1602 penes insignia, quæ inter Burgraviatus Magdeburgensis scutum est, solè alias Electori proprium, forte non sine futuræ successiõis omina. Post nuptiale, quod conjicit, numisma, proximum statim locum sanciscitur exequiale in primam Johannis Georgii conjugem *Elisabetham Sibyllam*, Friderici, Ducis Württembergici, filiam; sed luctum mollis connubiale in nuptias cum secunda conjugem, *Magdalena Sibylla*, Alberti Friderici, Marchionis Brandenburgici, linæ Borussiae, filia celebratas. In numismatibus Vicariatus Imperii, post mortem *Rudolphi II* a Johanne Georgio administrati, testibus tam felicem se fuisse Autor innuit, ut non solum integros, dimidios, quadrantes & semiquadrantes Imperiales, auro etiam expressos, cum minori auro nummo, reperiret, sed triplicia quoque numismata iconica oviformia, diversæ magnitudinis, ad appendendum inservientia, quæ bona fide heic communicat. Qui ulterius perhastrare Electoris hujus numismata voluerit, mox aliqua ad sagittariorum exercitium A. 1614 spectantia, mox Jubileo primo Evangelico A. 1617 celebrato destinata alia, mox pietatis in matrem testimonium præbens non una conspiciet. Diversa hinc sequuntur elegantissimaque, quæ Vicariatum Imperii, ab Electore secunda vice, post *Matthie* Imperatoris mortem, A. 1619 susceptam

ptum, memoriz sempiternæ consecrant. Tacemus plura, quæ largo heic cumulo subministrantur, haud ubivis certe obvia. Magnam illa partem religionis curam, quæ in Electore hoc plane singularis fuit, respiciunt, nec possumus, quin ex tot aliis huc pertinentibus, duo allegemus, Dadleri artificis manu fabricata, eandem habentia aversam. Urbem namque sistunt Lipsiam, in forma quadrata sculptam, supra quam duo Angeli maximum tenent clypeum, in cujus fastigio nomen Dei Ebraicum, *Jehovah*, radiis multis illustratum comparet, respiciendo forte verba Psalmi LXXXIV, v. 12: *DEUS est Sol & clypeus*. Ab uno clypei extremo scutum Electorale cum gladiis, ab altero Ducale Saxonicum, rutæ trabiumque dependet. Perigraphæ rhythmis absolvitur his Germanicis: CHUR FÜRST HANS GORG ZU SACHSEN GUT. FÜR GOTTES EHRE WACHEN THUT. UND HALTET HIER EINEN CONVENT. GOTT GEB DRAUF EIN GEWUNSCHTES END. hoc est: *Johannes Georgius, optimus Saxonie Elector, pro gloria Dei invigilans, Conventum hic agit, quem Deus ad optatum perducatur finem*. Aversa quoque eadem est, excepta subscriptione, in altero Numismatum deleta. Figuræ fabulam innuunt, qua Hercules puer a Virtute, ad Apollinem Mercuriumque deducitur; ad significandum, Lipsiam & Academia & Mercatura celebrem, juventutisque liberum esse, alterutri pro lubitu accedere. Quorsum & perigraphæ spectat: ALCIDI PUERO VIRTUS EN MONSTRAT, (Apollinem & Mercurium) AITQUE: QUI PLACET, HUIC DICAS: TU MIHI CARE PLACES. Quare autem verba alteri Numismati subscripta, AD UTRUMQUE, in altero deficiant, aliis inquirendum relinquit, & de cætero nummum hunc in memoriam conventus Lipsiensis A. 1631 inventum fuisse docet. Bella post hunc conventum ab Electore fortiter gesta, innuunt sequentium numismatum haud pauca, quanquam & restitutam terris Saxonice pacem alii læto omine insinuant; quam idem Dadlerus sculptor duobus celebrans numismatibus, alterius aversam eodem Lipsiæ typo, quem descripsimus, signavit, ut initium finemque belli in Saxoniam uno quasi obtutu sisteret. Elegantissimus, & qui exequales Electoris ejusque Conjugis nummos proxime antecedit, ille

MENSIS JANUARI A. MDCC VI. 25

ille est, quem in recordationem Transactionis Passaviensis A. 1655, in instituto tam solenni Jubilæo, publicari fecit Elector pietissimus, in cujus memoria æternum benedicta hinc cum Autore acquiescimus.

ΔΙΟΝΤΣΙΟΥ ΟΙΚΟΤΜΕΝΗΣ ΠΕΡΙΗΓΗΣΙΣ.

h. e.

DIONYSII ORBIS TERRÆ DESCRIPTIO. EDITA
a GEORGIO HENRICO URSINO, *Gymnasti
Ratisponensis Rectoris & Prof. Publ.*

Typis Joh. Georg. Hofmanni, 1705. in 8. Alph. 1. plag. 14.

INter alios bonos auctores, post restitutas literas a Viris eruditis in lucem protractos, hujus quoque Dionysii carmen sapissimè typis impressum fuit. Ipse Clarissimus Ursinus non diffitetur, editiones hujus operis triginta & amplius numerari posse, quarum numero optandum sane esset accessisse Doctissimi Salmasii annotationes, quas ad Spartiani Severum c. 15 promisit quidem, verum aliis forsan negotiis distractus, fidem non liberavit. An Erasmi Schmidii ad eundem Observationes prodierint in lucem, nec ne, variantibus Doctorum ea de re testimoniis, incertum esse Editor noster ait. Ex quibus tamen omnibus nullam aliam inspexisse mallet, quam novam editionem Anglicanam, ab Ed. Thwaite, Collegii Reginae Socio procuratam, glossisque Græcis interlinearibus & paraphrasi veteris Scholiastæ e MSCR. primum prolatis auctam. Quamvis itaque actum agere videri posset Doctissimus Ursinus, hoc tamen ipsum non deterruit, quo minus elegantissimo pariter atque utilissimo huic poemati expoliendo, suam quoque manum admitteret, in primis cum muneris ipsi incumbentis ratio, eorumque auctoritas, quorum voluntati refragari religioni sibi ducit, hoc quasi jure suo ab ipso postularent. In limine statim libri, de ætate atque patria Dionysii nonnulla præfatur, ubi Eustathii errorem refellit, qui ad vers. 350 eum sub Nerone floruisse contendit, nec non eorum, qui Plinii auctoritate decepti, cum Augusto coævum fuisse crediderunt. Quamvis enim ultimæ huic sententiæ Viri doctissimi, Valesius, Harduinus, Finedo & Vossius unanimes

D

nimi

nimi consensu subscribant : quantopere tamen isti rei literariæ principes ex hac parte fallantur, Clarissimus Editor, id quod Salmasium omnium primum observasse dicit, ex v. 208, 209 & 210 abunde evincit, utpote in quibus excidii Nasamonum Dionysius mentionem fecerit, quod sub Domitiano demum contigisse, Aristides, Eusebius & Zonaras memoriæ prodiderint. Nec magis probat sententiam Hilli, sub Domitiano, vel paulo post, Dionysium vixisse, exinde colligentis, quod excidii Nasamonum tanquam recentis meminerit : hoc enim argumentum minus firmiter concludere, propterea quod apud Poetas usu receptum sit, res ante multa tempora gestas, quasi adhuc recentes, atque vivis coloribus lectorum oculis representare. Ac proinde Urfino omnium maxime cum Salmasio probabile videtur, Dionysii ætatem ad Divorum Fratrum Marci & Veri tempora referre; id quod exinde potissimum confirmare studet, quod non unius, sed plurium Imperatorum, sub quibus vixerit, v. 355 mentionem faciat, *ἐπιόντων*, inquit, *ἡβύων δίκων ἀνάντων*. Quod enim Scaliger hæc verba de Severo patre ejusque filiis Caracalla & Geta accepit, ad hæc usque tempora Dionysii ætatem minus commode rejici, Urfinus existimat. De patria ejusdem varias itidem esse Virorum doctorum conjecturas, quæ tamen multis dubiis adhuc sint obnoxie. Quamvis enim ex multis circumstantiis fati probabiliter colligatur, cum ex Græcia oriundum fuisse, attamen quæ arbs Græciæ patria ipsi obtigerit, vel propterea neminem indicare posse, quod Suidas *Περικύρησι Οὐκισίῳ* Dionysio, modo Milesio, modo Corinthio, modo Samio aut Rhodio, modo Byzantino tribuat, adeoque hæc de re judicium omnino suspendere, Urfinus tutissimum esse censet. Jam quod ad ipsam hanc novam editionem attinet, Editor noster Carmini Auctoris, ejusque versioni ab Henrico Stephano profectæ aliquot locis mutata, systema figurarum in eo ac troporum, Guilielmi Hilli Angli opera concinnatum, a se interpolatum passim auctumque adjunxit, cum indice vocum & rerum rariorum notatuque digniorum, omnium item nominum propriorum fati prolixo. Notas quidem addere sese ab initio non constituisse ait; cum vero animadvertet, Doctissimum Hillum, cujus operam in Dionysio exornando, alias minime inutilem ipse

ipse agnoscat, tenebras nonnunquam & sibi met & aliis offundisse, atque Eustathii errores confectissimam in rem leviores ipsura fuisse prolapsurum, hunc quoque librum adire non detrechavit, adeoque notas subjunxit, in quibus primo id agit, ut versionis lectionisve a se mutatae aut mutandae rationem reddat, deinceps dubia quaedam explicet, atque obscura illustret, quarum uberius explanatio tum ipsi auctori, tum Geographiae veteri, clarissimam sane lucem foveratur.

ΑΝΑΚΡΙΣΙΣ ΑΠΟΚΑΛΥΨΙΟΣ ΙΟΗΑΝΝΙΣ ΑΠΟ-
stoli, auctore CAMPEGIO VITRINGA,
Theol. & Hist. S. Prof.
 Francoeræ apud Franc. Helma, 1703. in 4to.
 Constitat 7 Alphab.

Magnum sane est, quod tentavit Reverendus Auctor, *av-*
Mac subiungendo Oraculo huius, Divini utique ænigmatis, evolutionem, quam, tot implicatam esse ipsemet fatetur contem-
 platus, ut ex ipso adquirendis partibus toties a se diversis, atque inter-
 se pugnantibus, plus tenebrarum quam lucis sibi formata videat-
 ur. Tanta vero seruitium ejus est obstructum fuit difficulta-
 tibus, nulla tamen re ab opere tam honesta tanque salutari deter-
 nari se passus est, imo ipsa potius Prophetie obscuritas studium ejus ul-
 flammarit, maxime cum, optime intelligeret, culpam, cuius initium
 dextre hæcenus explanata sit, penes eos esse, quos tum ingenii de-
 cius vel affectuum motu præjudiciorumque violentia sancta habet-
 sit, vel absque digna tam sancto labore preparatione & debita-
 rerum huc spectantium notitia, meditationi applicatur. Ipsam
 enim Prophetiam hæc adeo obscuram esse, ut certa nequaquam
 dari queat ejus expositio, in qua melior & prudentior Christiano-
 rum pars consentiat, non obstant, quod tota emblematicis, su-
 perserta ejusmodi, que ob rerum in Ecclesia gestarum divicias, æ-
 quo jure, tam huic quam illi eventui accommodari posse videantur.
 Quamobrem id potius dedit speram, ut boni quique intel-
 pretis oraculorum divinatorum officium, annis suis numeris &
 partibus perficeret, sollicitus unice de vera & propria ad interpreta-
 tandas, prophetias clavi, & ea præsertim, que oraculi huius Apo-
 sto-

soliti penetralia sibi panderet ac recuderet. Clavis autem in
 sibi elegit communes quasdam hypothefes, de libri hujus divini
 scopo, argumento, tractandi modo ac orationis indole, quibus
 tanquam basis ac fulcrum enarrationis aedificium superstrue-
 ret, exemplo *Josephi Medi*, cujus tamen *Clavim Apocalypticam*
 non omnino approbat. Ceterum hypothefes has ut dextre ex-
 ploraret, solide demonstraret, apteque visis a Johanne suo quasque
 loco applicaret, praeter frequentem & attentam Apocalypsios le-
 ctionem, tria adhibuit principia. Aliquem locum, uti ipse disse-
 rit, fecit *rationi*, quatenus ea ex suis axiomatibus probabilè a mi-
 nus probabili docet discernere; praecipuum *characteribus* ejus-
 modi *expressioribus*, qui prophetiae demonstrant scopum, aut
 quaedam *randi tempora* vel casus Ecclesiae extantiores clarius de-
 signant, quosque adeo *contemplari* licet, ut vestigia veri in obscu-
 rioribus facile indagandi; tertium denique *collationi* tum *affini-*
 tum Veteris Testamenti prophetiarum, ad quas in hoc libro allu-
 datur, tum *variarum* ipsius prophetiae partium *parallelarum*. Cum
 vero plures datur interpretandi *anagrama* Apocalypica *supposi-*
 tiones, praemittit unicuique hujus libri *pericope* majori *Avangelii*, in
 qua aliorum, quae specie quadam probabili se commendant, senten-
 tiam *modeste* discutit, suam vero ulterius exponit atque adfruit, *data*
lectori copia, ut interposito proprio judicio, eligat quam reperiet
 solidissimam. Notandum est B. Lectori futurum *spiritus*, si breve
systematis hujus Apocalyplici, tanta cum cura elaborati, *schemata*
 haec apponantur; quo penitus aliquantisper in singulares Interpretis
 nostri hypothefes penetrare valeat. Scilicet ponderato sub in-
 titium prologo Apocalypsios, omnia Johannis visa in duo dividit ge-
 nera, quorum *primam* exhibet statum Ecclesiae catholicae interiorum,
 per omnia tempora, sub emblemate Ecclesiarum *Astatarum* se-
 ptimae, a Cap. I, 8, usque ad Cap. IV; *posterior* tria comprehendit
 visa, quae maxime statum Ecclesiae in his terris exteriorum respi-
 ciunt. *Primum* representat generaliora & notabiliora Ecclesiae
 facta, ab ortu Christianismi & praecipue a temporibus Trajani, ad
 seculi usque consummationem, a Cap. IV ad vers. 2 Cap. VIII.
Alterum exhibet *septem* tubicinia, quibus mala varia describun-
 tur; Romano Imperio, Ecclesiae Christi inimico, in penam a Deo de-

designata, inque Imperii hujus totali excidio terminanda, hinc usque ad Cap. XI. *Tertio* fata Ecclesie, quorum in prophetia duorum postremorum tubicinorum facta erat mentio, uberius declarantur, quod in quatuor iterum distribuitur partes. *Hartini* (1) ortum & characteres *bestie Romanensis* sanctorum persecutricis depingit, Capp. XII. XIII. (2) *bestie & Babylonis spiritualis* intentum delineat Capp. XIV. XV. XVI. XVII. XIX. XXI. (3) agit de *millenario* sanctorum & martyrum *regno* cap. XX. (4) de sponsa Christi, *nova Hierosolyma*, subjecto totius libri epilogo, Capp. XXI. XXII. Vel ex hac patet delineatione, et minere inter Clarissimi Auctoris hypothese Coccejanam de septem Ecclesie Christi periodis, quam omnigenae doctrinae floribus ornata evaheretentavit ad summam probabilitatis *certum*, totusque in eo est, ut enervet, quaecumque hactenus a praestantissimis interpretibus sententiae huic opposita fuerunt, non exigui ponderis argumenta. *Quin* ulterius videtur progressus, quam caeteri systematis periodorum septem defensores, dum emblemata Ecclesiarum Asiaticarum tantum interiorem Ecclesie statum repraesentare statuit, visa autem Johanne reliqua accommodat satis Reipublicae sacrae exterioribus. Id quoque praeter aliud adverti voluit, cum compluribus totius libri aenigmatis lucem affunderet, bestiam geminam Cap. XIII depictam typum esse Imperii Romani, verum non Papalis, uti omnibus fere Protestantium Ecclesiarum Doctoribus videtur, sed Gentilis, ex mente Bossueti, cujus se vestigia praesuisse, candide fatetur. De mille annorum regno sentit, imaginem quidem aliquam illius extitisse circa Constantini M. tempora, & praeludia quaedam tempore reformationis, praecipuum tamen prophetiae hujus implementum adhuc expectandum esse. Ipsam autem felicitatem & tranquillitatem, qua Ecclesia mille annis fruetur, publicam tribus comprehendit momentis. *Primo* ligabitur a Christo Satanas, ne gentiles superstitionis atque idololatriae amore, verae autem religionis odio inflammatos, impellat ad faciendum amplius in Ecclesiam; atque adeo interea cessent & publica, quae eam extrinsecus infestet, persecutio, & falsa, qua intra se affigatur, religio. Dein vindicata in libertatem Ecclesia eriget iterum, secundum antiquae Apostolicae disciplinae praescriptum, sua presbyteria & synodos, in quibus pii, pruden-

dentes & spiritualium rerum intelligentia præditi Doctores, cum honore, qualis veris Christi discipulis debetur, confidebunt, & collatis sententiis de regni Christi utilitatibus deliberabunt. Demum qui ut hæretici ab Imperio Anti-Christiano publice damnati & flammis sunt addicti, resurgent ita, ut a calumniis illorum vindicetur fama, & tanquam veri Dei ministri in Ecclesia celebrentur, alisque exemplo proponantur ac commendentur.

**ADAMI CORTREJI OBSERVATA HISTORICO-
Politica ad Artic. IV Pacificationis Rixvicensis, de abolitione
Unionum ac Reunionum Gallicarum in Germania, deque Religio-
nis Catholicae observantia juxta normam Pacis Osabr-
gensis, non Rixvicensis, disjudi-
canda.**

Magdeburgi, apud Jo. Dan. Mullerum, 1705. 4.

Constant 16. pl.

Qui per plurima lustra illustrandæ Jurisprudentiæ Publicæ non minore labore quam gloriæ incubuit, Consultissimus Autor, feliciter tandem absolvit Corpus Juris Publici, in quo non modo Leges Imperii fundamentales omnes, sed & Ordinationem Executionis Imperialis, Matriculam Imperii, & Concordatam Nationis Germanicæ, quoad singula capita singulosque paragraphos, Observationibus Historico-Politicis illustravit. Quod sicuti integrum sex tomis grandionibus propediem in publicam lucem proditurum speramus, ita ex Observationibus Historico-Politicis ad Artic. IV Pacis Rixvicensis, quas hoc loco L. B. exhibemus, non fallaci præcipimus conjectura, quanta ex illo ad publicam rem utilitas sit redundatura. Prima pars hujus tractationis ad Reuniones Gallicas spectat; altera agit de exercitio Catholicæ religionis in Germania, ad normam Pacis Westphalicæ redigendo. Primum itaque ostendit, inanes & injustos esse Gallorum conatus, quibus omnem fere Germaniam ad patrimonium Regum Galliæ pertinere somniant, cum post institutam & juramento confirmatam neptum Caroli M. ex Ludovico Pio divisionem, Germania sui juris esse coeperit, ac regnum Francorum Orientale.

ab

ab Occidentali distinctam constituerit Rempubicam. Frustra ergo esse Gallos, qui demum extincta stirpe Carolina, Germanos Galliae excussisse jugum asserant, nec posse ab iis divisionem legitime factam, ac tanto temporis munitam spatio impugnari, cum immemorabilem praescriptionem inter diversas gentes justam possessionem reddere, non Juri solum naturali, sed & Gallorum legibus sit conveniens. Recenset deinde, quas ditiones sub Unionis praetextu, contra Pacificationis Menasteriensis & Neomagensis tabulas, Rex Galliae invadere tentaverit, ac summam aequitatem Articuli IVti Instrum. Riswic. Pac. ostendit, qua restitutionem omnium locorum, sub inani hac specie Unionis a Gallis occupatorum, injungit. Transfit hinc ad alteram partem IVti Articuli Pacis Riswicensis, quae de toleranda religione catholica in locis a Gallo restituendis constituit; ubi docet, quo consilio vel dolo potius Galli clausulam hanc dicto articulo annecti voluerint, quam acriter hinc constibus Protestantium Legati resistierint, ac quam perspicue clausulam istam legibus Imperii contrariam esse ostenderint. Integra legi hoc loco meretur Illustrissimi atque Excellentissimi Legati Electoralis Saxonici, *Christophori Dieterici Bosen*, accurata ac elegantissima Relatio, nomine Legatorum & Plenipotentiariorum Augustanae Confessioni addictorum, ad Corpus Evangelicum in Comitibus Ratisbonensibus, quam prolixè Autor noster pag. 78 seqq. exhibet. Nec minus materiam hanc illustrat Protestantium Representatio Ratisbonae facta, qua se nolle obligari Clausula hac iniquissima, declararunt. Tandem quid occasione hujus articuli Gallus in civitate Mompelgardensi militari manu exequi sustinerit, quid Protestantes in Comitibus Imperii ea de re monuerint, summa fide ac diligentis Autor recenset, spernque componendi dissidii ex arbitrio partium utriusque religionis, in Electorem Moguntinum & Saxonicum, Ducem Magdeburgicum & Neoburgo-Palatinum, ac Coloniae & Ratisbonam collato, ostendit.

JO. MARCKII HISTORIA PARADISI ILLU-
strata Libris IV.

Amstelredami, apud Gerardum Borsium, 1705. 4.

Alph. 5. plag. 3.

Mus-

Multa sunt industriae peculiaris ac eruditionis specimina, a Doctissimo Marckio proximis XXIV annis edita, e quibus Disput. de Sibyllarum carminibus A. 1683 p. 389, Exercitationes Juveniles A. 1687 p. 377, Exercitationes Textuales A. 1694 p. 234, Commentarium in Hoseam Tomo III Supplem. p. 323, aliisque in Joëlem, Amosum, Obadiam & Jonam ibidem pag. 325 recensimus. Monet Clarissimus Auctor in praefamine, se, cum in Franekerana Academia versaretur, A. 1681 hujus libri fecisse initium, sed multoties impeditum nunc demum illum absolvisse, adeoque ex opere ejusdem argumenti erudito, quod apud Batavos prodierit. (*Salomonis van Til* de Situ Paradisi librum, A. 1704 Actorum nostrorum p. 480 seqq. excerptum, dubio procul intelligit.) nec fuisse notabile operis sui augmentum, nec per dissentium suum laudibus ejus aliquid voluisse detrudere. Quatuor vero libris rem omnem tractavit, ut quicquid ad primum humani generis historiam, explicandaque Geneseos capita secundum ac tertiam, spectat, simul cum Paradisi descriptione, exponat, eo quod in Paradiso, vel prope eundem gesta sunt. Quae ad Paradisum proxime pertinent, Liber primus exquisitè tradit, refutatque initio Philonem, Ambrosium, ac Franciscum, Georgium Venetum, allegorice Paradisum interpretantes repudiato Historico ejus & Geographico sensu. Porro de nomine, sigillatim disquirat contra eos, quibus *Eden* appellativum voluptatis nomen hic esse videtur, nec non de vocis *Paradisi*, natalibus & acceptione, omnibusque expensis pronuntiat, sam nihil aliud notare, quam hortos majores & splendidiore. Hinc tacto leviter Grotio, qui ad inferos Paradisi sedem Maroso retulisse videbatur, eos qui in caelis vel aere eundem extitisse contendunt, refellit, nec minus eos, qui totum terrarum orbem, ante humani generis lapsum, Paradisum fuisse credunt; a qua tamen sententia Josephum, cui illa vulgo adscribitur, Noster argumentis aliquot absolvit, favetque mediae sententiae, quae Paradisum nec angustum nimis reddit, nec integras regiones extendit. Pertinet praeterea reliquas de situ Paradisi opiniones, omnesque repudiat, praeter eam, quae Steucho auctore prodit, atque a Calvino, Huetio aliisque recens recepta est, videlicet in aliqua Babyloniae aut Mesopotamiae par-

Cap. I.

Cap. II.

Cap. III.

Cap. IV.

Cap. V.

parte eundem fuisse. Inde datis characteribus, qui investigando Paradisi situi in sacris literis adaptantur, speciatim Orientalem Asiæ plagam, non tamen remotissimam, sed Judæis propiorem, per **עֵדֶן** indicari putat; præterea Eden illud ipsum, quod a Prophetis describitur, Chaldæis conterminum intelligit, Ezechielis vero verba, in quibus Eden metaphoricè adhibeatur, huc nequaquam trahenda esse, Nicolai Abrahami cavillationes de duplici Eden examinans. Agit etiam de fluvio Edenis peculiari, & capita quatuor, in quæ divisus sit, quatuor capitales fuisse fluvios affirmat. Atque de his non exiguo cum eruditionis Geographicæ apparatu, per aliquot capita tractat, Euphratis Tigridisque appellationes, fontes cursumque studiose exponit, ac speciatim, quo pacto ex voce Hiddekel, Syrorum Diglat, tandemque ipsum Tigris enatum sit, recenset, nec non quænam regio Havilah sit, quid per Bedolah & Schoham Gen. II intelligatur? quid terra Chus sit? &c. Quæ hactenus prolixo tradiderat, tandem in breves quasdam positiones redigit, simulque refutato data opera Jo. Clerico, Paradisum ad Jordanem collocante, enuntiat, Paradisum in aliqua Chaldææ seu Mesopotamiæ parte quærendum esse, & quidem in Euphratis Tigridisque vicinia; specialem magis determinationem, ex solidis argumentis factam, vix expectandam esse. Placet tamen illi, Pisonem pro Orientali Euphratis ac Tigridis conjuncti, & in mare descendenti alveo habendum, Gihonem vero pro Occidentali, etsi quædam Orientale vel Occidentale dicendum sit, semel iterumque adhuc ambigat, atque inter Calvinii Bochartique partes, quarum illas Scaliger, has Morinus Huetiusque amplexi sunt, medium se gerit. Quæ si cum *Salomonis a Tû* cogitatis conferantur, animadvertes, eos in summa causæ convenire, differre vero in levioribus quibusdam, cum Tilio Gihon ac Pison peculiare fluvii sint; utrisque tamen Havila sit Chaldæa maritima & Chus Arabia Orientalis.

Cap. VI.

Cap. VII.

Cap. VIII.

Cap. IX.

Cap. X. XI.

XII. XIII.

Cap. XIV.

XV.

Cap. XVI.

Cap. XVII.

His ita compositis, Paradisiacæ arbores Marckii nostri curam exposcunt, quas ad mere allegoricum sensum trahendas non esse monet, improbatque Cocceji dictum, quod solæ Paradisiacæ, non reliquæ creati mundi arbores, cito fructus tulerint. Arborem vitæ mavult de pluribus ejusdem speciei arboribus, quam de unica explicare. Nomen ipsum inde deducit, quod omnino præcipuam

Б

præ

Cap. XVII.

præ aliis vim servandæ vitæ naturalis arbor ista habuerit, sed præterea signaculum spiritualis vitæ ac velut sacramentum fuerit. Propugnat etiam contra Mosen Bar Cepha, Bellarminum, ac sigillatim contra Fr. Burmanni Synops. Lib. II Cap. IV §. 12, Protoplastos arboris hujus fructus licite comedisse. Inde ad arborem scientiæ boni & mali se confert, conquisitisque variis de eadem doctorum sententiis, censet, & hanc, & priorem istam, specie diversas fuisse ab omnibus arboribus, quæ hodie in orbe supersunt. Hanc ipsam quoque arborem non unicam, sed plures ejusdem generis in medietate horti dispositas fuisse ait, nomen quoque scientiæ boni & mali, non e proleptico respectu futuræ tentationis, neque ex Satanæ tentantis verbis, neque a facultate, ingenerandæ singularis scientiæ ortum pronunciat; sed a conscientia præstitæ obedientiæ, vel commissæ inobedienciæ, tanquam signaculum certissimi præmii, vel inevitabilis poenæ, additis, (quod alibi etiam observat) vestigiis hujus historiæ in profana literatura occurrentibus. Exposito reliquo Paradisi ornatu, de tempore plantati hujus horti disceptat, tertiumque creati mundi diem huic operi non levibus conjecturis assignat. Postremo veteres, qui Paradisum vel hodiernum extare docent, refellit, eosdemque, quod extra hanc terram illum quæserint, in hunc deductos errorem existimat.

Cap. XIX.
XX.

Cap. I.

Cap. II.

Cap. III.

Cap. IV.

Libro II hominis integri, velut Paradisi incolæ, Historia enarratur. Hic in percensendis variis humani generis appellationibus, quas S. Læreæ offerunt, earumque investiganda crâphasi multus est; nec minus ortum totius mortalium generis ex Adamo vindicat, confutatis diligentissime Præadamitarum patronis, a quorum perversiõibus præsertim Pauli verba Rom. III, 25 liberat, simulque Franc. Burmannium refellit, docentem, Evam non eadem, nempe sexta orbis conditi die, cum Adamo creatam esse, admittis etiam variis notatu dignis de Adamo non androgyno, de polygamia vetera, atque similibus. Primi hominis corpus post hæc contempletur, ejusque artificiosam compagem Scriptura §. duce miratur Auctor, contra illos præsertim disputans, qui figuratam corporis molem Adamo tribuunt. Animam quoque non leviter considerat, depugnatque cum Tertulliano aliisque, corpoream eandem

dem statuentibus, nec non cum Cartesianis essentiam animæ in generali cogitatione ponentibus, imo & cum iis, qui per traducem eam propagari credunt. De imagine Dei sequens disputatio agit, quæ in tribus, spiritali nempe animæ natura, reâitudine hominis primæva, & dominio in bestias, constituisse dicitur. Hic Gerhardum nostrum, imo Coccejum suum refutat, qui animæ facultates ad imaginem Dei non pertinere docuerunt, atque hunc posteriorem speciatim reprehendit, quod non solum justitiam primi novique hominis de jure vitam æternam adipiscendi interpretatus sit, verum etiam imaginem Dei in dominio brutorum, plane non constituisse docuerit; tum maxime Socinianorum & Pontificiorum circa imaginem istam errores castigat. Atque hic inter alia, quæ eximia cum cura elaboravit, docet etiam, Angelis suo quodam modo imaginem Divinam quoque adscribendam esse, Patrumque distinctionem inter imaginem & similitudinem Dei, quarum illa remanserit post lapsum, hæc perierit, repudiatur. Post hæc de fœdere legali, quod cum Adamo Deus inierit, fuse disseritur, maxime contra illos, qui cum Socinianis ac Arminianis fœdus illud paradisiacum plane negant: in quibus Auctor primo loco dataque opera Jac. Altingium confutat, ejusque Commentar. ad Hebr. VIII, 6. & specialem hæc de causa dissertationem, Tomo V Mantissæ Miscellan. existentem, sub censuram vocat, illique interdum Mosen Amyraldum & Burmannum, etsi tolerabilius errantes, adjungit. In isto fœdere Filium Dei mediatoris partes egisse, contra Zanchium negat, & in transitu antiquitatem Sabbati ortumque paradisiacum, repudiata prolepsi, contra suorum quosdam vindicat, oraculum Hof. VI, 9. de Adamo transgressore solerter interpretatus. *Christum a representatione hominum omnium fœderali in Adamo excipiendum esse*, quia præternaturali modo conceptus sit, atque coram Deo potius divinæ, quam humanæ naturæ intuitu, representetur symbolicum hujus fœderis interdictum, de non comedendo arboris vetitæ fructu, porro cum suis circumstantiis Auctor enarrat; neque enim vel minima temere præmittuntur. Adjungitur quoque contemplatio minarum Divinarum de morte, refutatis Socinianorum de mortalitate hominis integri aberrationibus, & notatq̃ iterum Altingio, qui mortem corporalem

Cap. V.

Cap. VI. VII.
VIII.

Cap. IX. X.
XI.

- Cap. XII.** hoc loco plane non intelligi docuerat. Vitæ æternæ promissionem datam Protoplastis, contra Socinianos, ipsumque Altingium, vel hic etiam novaturientem, Auctor præterea ostendit, eundemque errorem Mofi Amyraldo tribuit, atque in eodem illum retundit.
- Cap. XIII.** Signaculum hujus foederis præcipuum habetur arbor vitæ, imo & altera scientiæ boni & mali, quam Auctor etiam Sacramentum fuisse credit.
- Cap. XIV.** Denique exposita stipulatione & restipulatione, inter Deum facta atque Adamum, de antiquatione ipsius legalis foederis disquirat.
- Cap. I.** *Liber III* lapsus humani Historiam colligit, initio facto a variis peccati nominibus, quæ seorsim illustrantur, v. gr. *ΥΒΕΙΨΥ*,
- Cap. II.** *κατατρομα*. Ipsum comestionis actum Auctor cum magna perversitate, infidelitate, superba Divinæ similitudinis affectatione, & gulæ libidine conjunctum, adeoque non adeo leviter habendum probat, non assentiens Augustino, Pererio & Burmanno, qui Adamum velut excusaturi, amoris ejus erga uxorem fere omnia tribuunt, imo Coccejo indignatus, qui hac de re disputari noluit.
- Cap. III.** Peccatum vero Hevæ non levius fuisse eo, quod Adamus admisit, contra Bellarminum affirmat, idemque Adamo quasi *κρυπτός* apud Paulum alioque adscribi, velut cum quo Deus immediate fœdus pepigerat. De culpa soli homini, nullo autem pacto decernenti, vel non impediendi Deo, adscribenda porro differit, indeque ad Serpentem seductorem progreditur, *τὸ πρῶτον* Codicis sacri studiosè servans. Beckerum igitur, Clericum aliosque, qui literalem sensum hic rident, & ad allegorias discedunt, mascule oppugnat; comitemque illis dat Amyraldum, qui in peculiari Dissertatione soli Diabolo, sine ullo serpentis terrestris adminiculo, tentationem adscribit. Modum tentationis, ut reliqua fere omnia, Vir doctissimus observatis etiam levioribus circumstantiis describit, castigato Abarbanele & Simeone de Muus, qui serpentem nullo profusus sermone usum, sed ascensu suo in arborem, & pomi esu, tales in Hevæ animo cogitationes excitasse volunt; ubi & Burmannus notatur, præter Scripturam fingens, serpentem se pro legato Dei gessisse, Divinumque ad Hevam mandatum finxisse, nec non Altingius, vocem serpentis, *eritis sicuti Dii*, explicans in
- Cap. VII.** *caelo habitabitis*. De tempore lapsus ita sentit Auctor, ut nec

nimis illud constringendum ad paucas post creationem horas, nec
 nimis expandendum ad plurimos post eandem dies putet, dies
 vero aliquos mansioni Protoplastorum in Paradiso libenter conce-
 dat. Post hæc consecraria lapsus tristissimi considerat, & primo *Cap. VIII.*
 quidem loco nuditatem foliis ficus tectam, refutatis Clerici novis
 inventis, nec non Altingii commento, qui Deum die septimo ab
 opere gratiæ versus Protoplastos exercendo quievissè, hancque oc-
 casionem peccati primi fuisse, docuerat. Sequitur terror & oc- *Cap. IX.*
 cultatio hominis, explicata ambulatione Dei in horto, nec non ex- *Cap. X. XI.*
 amine lapsi hominis judiciali, sententia in mulierem lata, nec non ea *XII.*
 quam Adamus sustinuit. De dicto Dei, post lapsum Adamo si- *Cap. XIII.*
 militudinem cum Divina quadam persona tribuentis, solerter ad-
 modum agit, repudiatisque reliquis explicationibus, & in his præ-
 fertim Altingiana, quod Adamus fide sua filio Dei similis fue- *Cap. XIV.*
 rit, ironice verba ista esse explicanda ostendit. Ejectionem
 hominis e Paradiso postea contemplatur, creditque, verba Dei,
ne edas de arbore vite & vivas in æternum, per continuatam
 ironiam explicanda esse, explodique adeo hominis ineptiam, qui
 nomine arboris scientiæ ad varias se spes abduci passus erat, facile
 & alterum arboris vitæ nomen in sequiorem sensum, magno *Cap. XV.*
 suo malo, rapere potuisset. De Cherubim, & observatione viæ ad
 Paradisum ducentis, sequenti capite disputatur; denique communia
 hominum mala ex lapsu orta enarrantur, & contra ludibria vindicantur,
 reprehenditurque Josuz Placæi sententia, quam multis se
 hodie in Belgio approbare Auctor conqueritur, qui non modo
 proximam ac immediatam peccati Adamici imputationem in to-
 tum genus humanum neget, sed prorsus imputationem istam an-
 tecedens ac causam corruptionis esse inficias eat, ut adeo non per
 primum peccatum, sed propter corruptum habitum, in Adamo pri-
 mum, dein in posteris ejus omnibus observatum, rei reddamur.

Liber IV hominis lapsi restitutionem tradit. Nam initio
 statim monetur, Adamum de sui restauratione probabilem qui *Cap. I.*
 dem conjecturam ex cognita Dei bonitate facere potuisse, certum
 vero de ea demum per Protevangelium esse factum. Porro sen- *Cap. II. III.*
 tentia Dei in serpentem obsessum & obsessorem Diabolum simul
 lata, contra Beckerum aliosque vindicatur. Dissertitur præterea

*Cap. IV. F.**V I.**Cap. VII.**VIII.**Cap. IX. X.*

amplissime de Protevangelio, semine mulieris, contritione serpentis, calcanei percussione, & valde quidem luculenter, dissolutis ubique Socinianorum strophis. Quibus expositis tunicz pellicæ Protoplastorum considerantur, & nomen Hevæ datum, quod a vita terrestri, non a spirituali petitur esse, contra Martyrem, Parzum & Coccejum Auctor tuetur. Denique expenso Caini nomine, quod ad fidem Hevæ spectare negat, subsécutam Protoplastorum resipiscentiam & æternam salutem contempletur. Finem operi imponit Oratio de admirandis Christianissimi propagati habitis, cum Celeberrimus Auctor Spanhemio in docenda Historia Ecclesiastica succederet, in qua id præsertim ostenditur, Deum per ea plerumque subsidia Ecclesiam juvisse, quæ exigua & velut contraria hominibus videbantur.

*p. 27.**p. 32. seq.*

Dabimus specimina quædam eruditissimi libri, unde de reliquis judicium facilius ferri possit. Primum sententias de situ Paradisi, quas Marckius refutat, quæque in Tiliano opere non notantur, adeoque etiam in ejus excerptis A. 1702 p. 484 a nobis datis non habentur, enumerabimus. Memorat igitur Clarissimus Auctor, præter ea, quæ citato loco dedimus, quosdam cum Hug. Grotio Paradisum pene apud inferos quæsisisse, Strabonem Fuldensem vero eum in novo orbe, Belgam quendam apud Nicolaum Abrahamum in Belgio prope Hesdinum pœsisse, quosdam apud Nubiensem in regione Sinensi, Tertullianum & post illum Th. Burnetium in terra Australi, Guilelmum Parisiensem in extremo Oriente, Abulensem ad Septentrionem, Durandum & alios Scholasticos sub Æquinoctiali, Naclantum, præter eos, quos Tilius attulit, in Palæstina, Franciscum Junium in Auranitide, Schotanium in Mesopotamia Septentrionali. Has vero opiniones non recenset solum, sed solerter examinat, una cum Theodoreti, Augustini, Hugonis, Bellarmini, Tirini, Musculi & Parzi opinione, qui situm Paradisi plane ignotum esse docuerunt.

p. 396. seq.

Contra giganteam Adami proceritatem, quam nonnulli fingunt, sic disputat: Non esse unicum ait Jo. Lucidum, qui id somniarit, sed plures veterum a Bar Cepha notatos: Heideggerum in ea quidem sententia esse, quod ratio non abauat, Adamum
exube-

exuberante naturæ vi ad molem notabilem pervenire potuisse; id vero sibi displicere, testatur Auctor, cum a monstris, qualia gigantes sunt, perfectior naturæ impetus abhorreat: imo eorundem originem Gen. VI, 1. 4 in sequiorem mundi ætatem demum referri, eosque ut faciem mundi considerari: ea vero, quæ Jos. XIV, 15. in Vulgata existant, *Adamum fuisse maximum inter Enakim*, ex ignorantia Ebraismi prodiisse, ibidemque nec de Adamo, nec de Abrahamo, sed de Arbeh Enakæo differi. Quam in sententiam scriptores Romanæ factionis, Vatablum, Pererium, Cajetanum, Toletum & Tornium cum Vulgata committit.

Singularis & notatu digna est disputatio, quam Clarissimus Auctor cum Jacobo Altingio init. Docuerat ille, tum alibi, tum *p. 457. seq.* maxime Epistola XXVI ad Wetstenium, mortem, quam Protoplastis minatus est Deus, nec spiritualem fuisse, hanc enim non malum pœnæ, sed culpæ, esse; nec corporalem, hanc enim proxime non fuisse lapsum insecutam; aliam igitur mortem intelligi, nempe privationem sensus favoris Divini, cum tormentis & cruciatibus, quos ira Dei infligit. Hanc & Christum pertulisse, & Protoplastos, cum vocem Dei, h. e. tonitrua horrenda audissent, ac fulgetra extimuisent: atque in eo terrore, & inexplicabilibus tormentis integram eos noctem sudasse, eaque de causa velut desperantes se abscondisse ac optasse, ut a montibus collibusque tegerentur, donec altero demum mane articulatam Dei vocem audirent. Quamplurima in his Clarissimus Marckius reprehendit. Mortem spiritualem omnino pœnam esse Numinis ait; imprimis vero declarat, cur mortis corporalis pœna ipso lapsu die Protoplastis non sit inflicta, & confictum spatium nocturni timoris explicat.

*DESCRPTIO MONSTRI HUMANI BICIPITIS,
e literis excerpta, quas NICOLAUS BIDLOO, Czarea Maj.
Archidier, mense Septembr. A. 1705 ad Excellentissimum
HUISSENIUM &c. &c. dedit*

Moscor.

Mensis agebatur Januarius Anni 1704, cum An'lia Moscovita, militis Gregorij Boulagagou uxor triginta circiter annorum,
&c

& octo menses gravida, tertio die post, quam gravi lapsu in glaciem impegisset, foetum Moscoæ eniteretur mortuum simulque monstruosum bicipitem, sexus foeminei. Hujus quamvis reliquæ partes extrinsecus spectatæ satis bene conformatæ apparerent, nisi quod pectus aliquantum latius esset, sterno nihilominus primo remoto, tum cor, e duobus veluti conflatum, aderat cum quatuor arteriis carotidibus, a superiori aortæ trunco ad utrumque caput ascendentibus; tum pulmo duobus lobis ita constare deprehendebatur, ut a capite dextro ad lobum ejus dextrum, & a capite sinistro ad lobum sinistrum, per geminam arteriam asperam pateret aditus, adeoque pro lubitu modo hic, modo ille lobus inflaretur, prout tubulus vel sinistri, vel dextri capitis trachæe immittebatur. Hinc abdomine inciso, duo in oculos incurrebant ventriculi, orificiis superioribus totidem oesophagis respondentes, inferioribus autem in unum tractum intestinale eo modo desinentibus, quo figura adjecta repræsentatur: intestina quippe, renes, vesica, uterus aliaque naturaliter disposita, hepar solummodo & lien paulo majora, cernebantur. In ossium conformationem exactius inquirere hand licebat, quod foetus integer conservandus esset, idcoque vala etiam omnia cera replebantur. Observatu de cætero dignum, ab eadem foemina in primo matrimonio monstruosum jam foetum editum fuisse, qui figuram canis, manibus ac pedibus exceptis, retulerit, & quatuordecim septimanas supervixerit.

Explicatio Figurarum.


TAB. II.

- A. Foetus monstruosi faciem anteriorem,
- B. Posteriorem ostendit.
- C. Pulmonem cum appenso pericardio.
- DD. Duas asperas arterias.
- EE. Sinistrum atque dextrum pulmonis lobum.
- F. Pericardium cum incluso corde.
- G. Ventriculos in naturali situ.
- HH. Oesophagos.
- I. Dextrum,
- K. Sinistrum Ventriculum,
- L. Pyloros, ubi ventriculi exeunt, exhibent.

VITA

TAB. II. ad A. 1706. M Jan. pag





VITA ET OBITUS VIRI CELEBERRIMI, JACOBI BERNOULLI, *utriusque Regiæ Scientiarum Academiae Parisiensis & Berolinensis Socii, & in Incluta Basileensium Academia Mathematicæ Professoris Clarissimi.*

Prematura mors Viri Excellentissimi, Jacobi Bernoulli, non tantum Academiae patriæ, veram & universæ Reipublicæ literariæ gravissimam attulit jacturam. Ea accidit die 16 Augusti anni superioris 1705, paulo post horam quintam matutinam, anno ætatis quinquagesimo primo. Clarissimus hic Vir, oritur de majoribus tempore Ducis Albani ob religionem orthodoxam patriæ Antwerpiæ pulsus, in lucem est editus anno vergente 1654, d. 17 Decembris, patre, Viri Amplissimo Nicolao Bernoulli, Fori Judicialis & Camera rationum in Republica Basileensi Assessoris integerrimo, octogesimoque ætatis anno etiam per Dei gratiam superstite. Excussis pulvere Gymnasii, Philosophiæ in Scholis usitatæ principia hausit ex institutione Celeberrimi Viri Joh. Jac. Hofmanni, SS. Th. D. & Historiarum in Academia patriæ Professoris, impetratisque in ea consuetis gradibus, animum ad studia sacra appulit, magis tamen ex instigatione paternâ, quam propria instigatu. Interca dum juveniles anni calerent, Poesin quoque Latinam, Gallicam, Germanicam excoluit, multaque non infestive lusit, & linguis patitè sedulo operam dedit. Scientiis Mathematicis ab ætate mure deperit, dum adhuc pater ex inspectione figurarum Geometricarum secretum quoddam oblectamentum capiebat, ut natus ad studium hoc, non factus videretur. *Arædidiæ* in illo fuit, nullius unquam vivi Præceptoris opera usus, quin & librorum pene omnium subsidio destitutus. Si quem fors objecerat, hunc furtim evolvebat, hancque ob causam ultra communis Arithmeticæ, Geometriæ, Astronomiæ præxiâ non penetravit, nescius ante peregrinationem literariam, quiddam longe præstantius haberi. In prima nihilominus adolescentiâ penetrans ejus ingenium eluxit in celebri problemate Chronologico, de inveniendò anno Periodi Julianæ, ex datis tribus Cyclis, Solis, Lunæ & Indictionum; quod occasione propositionis secundæ partis primæ Delicia-

rum Mathematicarum Schwenterii, ante decimum octavum ætatis annum, proprio Marte solutum dedit, nesciens eo tempore, ejusdem Problematis solutionem a P. Billy Jesuita, celebri Mathematico, tanquam insignæ artis specimen, in Diario Parisiensi jam antea publicatam extare. Peregrinationem suam inivit Noster A. 1676, & Genevæ Estheram Elisabetham a Waldkirch, a secundo a nativitate mensis eosam, scribere docuit, Burgigalæ vero Tabulas Gnomonicas universales (nondum quidem editas) condidit. Peragrata Gallia domum rediit A. 1680, suavis amicorum, R. Pi. Malebranchii celeberrimum opus de Inquirenda Veritate, & Cartesii Philosophica primum cepit evolvere, hujusque philosophandi modum potius quam principia approbavit, & postquam illucescentis Comæte occasione Ingenii quædam lufum de futura ejus apparitione, vernacula lingua edidisset, secundo Rheno Belgium petiit. Hic. senioris Philosophiæ & Demonstrationum mathematicarum elucidatione primum inestatus, Elementa Euclidæ docuit priusquam didicerat, abditaque Geometriæ Cartesianæ repetitis aliquoties conatibus penetrare cepit, mox etiam *Comætem suam de Morsu Caværetum* in Latium transtulit, ac multo quam prius auctas edidit, Tractatumque suum *epitome de Gravitate ætheris* conscripsit. Hinc perfluita Flandriæ Brabantiaque; Caletum usque pergens, in Angliam trajecit, ubi salutis Illustri Boylio aliisque Celeberrimis Viris, Congregationi hebdomadaria Academicorum augendi majoremque ad perfectionem perducendis scientiis instituit, semel interfuit, dein mari Hamburgum vectus, per Germaniam recto tramite patriam repetiit, & paulo post brevi excurfu Helvetiæ Cantones invisit. Patriæ rediit A. 1682, eo studia sua impendit, ne publico prodesset; quem in finem per aliquot ætates Collegium quoddam Experimentale Physico-Mechanicum aperuit, eoque primus rerum harum pulcherrimarum in Academia Basiliensi auctor & evulgator extitit. Profecturus postea Heidelbergam, ubi vicaria ejus in docenda Mathesi desiderabatur opera, domi retentus est per subsequens matrimonium, quod A. 1684 contraxit, cum Scupanorum Medicorum suo tempore non incelebrum nepote & prompte, e qua geminæ proles masculæ & femininæ passens factus. Tum vero Mathematicæ de novo serio tractare instituit,

tuit, præcipuosque Auctores & suo usui legere, & inter legendum aliis explicare coepit, unaque docendo & meditando sic profecit ipse, ut interioris Geometriæ adyta non tantum brevi recluderet, ac præstantissima tum Veterum tum Recentiorum inventa sibi plana perspectaque redderet, verum etiam propriis inventis scientiam quotidie magis magisque locupletaret ac perficeret. Mortuo postea Celeberrimo Petro Megerlino, J. U. D. & Mathem. apud Basil. Professore, ejus in locum unanimi Procerum calculo suffectus est A. 1687 d. 15 Febr. Spartam sic nactus genio suo & studiis convenientem, magno eam cum applausu & honore exornavit, omnibusque deinceps Academicis dignitatibus, atque inter eas Recto- ratu Universitatis semel, & Philosophici Ordinis Decanatu ter, pari cum successu & dexteritate omniumque applausu functus est. In sua statione operam suam studiosæ juventuti ita commodavit, ut nulli eam expetenti denegarit, quamdiu corporis id vires permis- serunt; hinc plures exteri tanti viri fama allekti Basileam advola- runt, docta ejus institutione fruituri. Mira in docendo pollebat facilitate, suaque dexteritate difficillima quæque Auditoribus suis ita propinare novit, ut plane nescirent, ludone an somno ea arcana didicissent. Academicis quoque debemus exercitiis egregium ejus tractatum *de Seriebns infinitis*, in quo abdita nobis pandit Geome- triz mysteria. Indies sic novis inventis augere perrexit Geometri- am, eaque cum in Actis Eruditorum Lipsiensibus, ut nemo non apprehendet, qui vel indices Tomorum Mathematicos inspicere sustinebit, tum in alijs Eruditorum Diarijs cum publico commu- nicavit; quibus ita se extoris commendavit, ut A. 1699 non tan- tum Regiz Scientiarum Academiæ Parisiis, & A. 1701 Berolini, utriusque noviter tum instauratz, præter omnem spem suam & expe- ctationem, cum Ingeniosissimo Fratre *Joanne Bernoullio*, in Gronin- gensi hætenus, nunc in Basileensi Academia Professore Mathematicum celeberrimo, fuerit adscriptus, verum etiam tum natalium splendore, tum eminentiorum numerum dignitate Nobilissimi Viri, Illustrissi- mus Dominus, *Rogerus Bruilartus*, Marchio de Physiculx & Silleri &c. &c. magni Galliarum Regis ad Helveticam Gentem Legatus Excellentissimus, & Illustrissimus Dominus *Guilielmus Franciscus de Hoffmil*, Eques, Marchio S. Memi & Montceleti, Comes Ait-

ACTA ERUDITORUM

tremontii, Dominus in Ouques, la Chaîse & le Beau &c. &c. dum
 viveret, excellentissimus Geometra, benevolentia sua insigni eum
 dignati sint. Cum celebratissimis pariter in Republica literaria
 Viris, inter quos brevitati studentes hinc loci tantum nominabimus
 Illustrissimum Dn. *Leibnitium*, Serenissimi Electoris Brasuaviensis
 Consiliarium Status & Societatis Berolinensis Praesidem, & Parisiensis
 ac Londinensis Socium, Dn. *Christophorum Pfauzium*, in Academia
 Lipsiensi Matheseos Professore famigeratissimum, Dn. *Nicolaum
 Fatium Duillierium*, Regis Londinensis Societatis Sodalium di-
 gnissimum, arctam amicitiam coluit, crebris ab iis exhilaratus lite-
 ris. Verum enim vero aliis inserviando, se ipsum consumsit.
 Nam continuis suis meditationibus, totque infomnibus noctibus,
 quibus reconditoris Geometriae recessus perscrutando, publico
 prodesse studuit, corporis contra vires ita debilitavit, ut variis peri-
 culosisque morbi, cum quibus conflictatus est, insequenti sint. Po-
 dagrae enim, a qua a multo jam tempore vexabatur, febris tan-
 dem accessit hœctica, cum precedente tussi perquam violenta, quæ
 tam in dies magis magisque augetur, nullam ipsi reconyale-
 scendi spem reliquit; unde omnibus in domo sua dispositis, mor-
 tis meditationi se totum tradidit, sicque decimo sexto, ut dictum,
 Augusti die ærumnosam hanc vitam cum meliore commutavit. Pa-
 ris ante postremum diebus, amicos rogavit, ut *Spiralem Logarith-
 micam* circulo inscriptam cum epigrapha, *eadem mutata resur-
 go*, sepulchri sui saxo insculpi curarent, ad insignes proprietates,
 quas primus deprehendit, studens, cum ea se non solum sui eva-
 luatione generet, sed etiam sui ipsius caustica existat *seque adeo
 ipsam post varias mutationes de novo producat*; hacque in re,
 Celeberrimus noster defunctus Archimedis exemplum imitari vo-
 luit, qui insigne suum inventum, de proportionibus Sphæræ ad cir-
 cumscriptum cylindrum, tumulo suo inscribi iussit. Inventa ejus
 plurima & pulcherrima, quæ in Actis Eruditorum & alibi extant,
 non recensemus; addere contenti, cum magnum sæculi nostri in-
 ventum, *Analysis infinitesimalis Leibnitiana* produisset, Nostrum de
 usu ejus, atque applicatione præsertim ad Physico-mechanica, ex
 facili exemplo ab Autore exhibitò (demonstratione scilicet Curvæ
 Isochronæ) novam subito lucem hausisse, & in eam *calculus*

Ann-

Analyticum excolendum (quem *Differentialem*, etique recipro-
cum *summatorium* vel *integrale* vocant) magno studio & suc-
cessu incubuisse, eximiis Problematibus solutis; ut inter maximos
tanti inventi propagatores jure meritoque haberi possit, Leibni-
tiusque defuncti Amici & semper lugendi memoriæ hoc disti-
chon consecravit:

Definita Tibi terris Lux fulsit in ipsis
BERNOULLI, & *quisquam Te superesse neges?*

VITA ET OBITUS VIRI CELEBERRIMI JO-
HANNIS-CHRISTOPHORI WAGENSEILII, Ju-
ris Publici & linguarum Orientalium in Incluta Noribergen-
sum Academia Professoris Clarissimi.

Cum non una vice Celeberrimi Viri, Joannis Christophori
Wagenseilii, in Actis nostris mentionem fecerimus, non
possumus quin de ejus quoque vita, summa cum laude peracta,
quædam referamus. Hic insignis Polyhistor, cui incluta No-
riberga anno 1633 die 26 Novembris natale solum dedit, Hol-
miæ prima studiorum fundamenta jecit, privati imprimis præce-
ptoris, Jacobi Bretspecheri, doctrina usus. Cui magistro A. 1645
in Pomeraniam reditum paranti comitem se jungens, primùm
Gryphiswaldiam, dein Rostochium cum ipso salutavit, insequente
autem anno cum parente, Georgio Christophoro Wagenseilio,
mercatore spectatæ fidei, e Suecia reduce, Noribergam rediit, ac
impetrato in prima Gymnasii classe loco, sub Joannis Riedneri mo-
deramine, tanta intra trium annorum spatium spatia confecit, ut
omnium judicio dignus haberetur, qui Academiam adiret. Al-
tam Altorffinam sexto decimo ætatis suæ anno ingressus, a Clari-
simorum Virorum, imprimis Ruperti, Hackspanii, Ludwelli & Geo-
gii Königi ore per integrum hustrum indivulsus pependit, ma-
gnamque varæ eruditionis suppellectilem sibi comparavit. Cujus
ut & morum probe compositorum fama mox ad summos aliquot
Proceres penetravit, eosdemque permovit, ut ipsius operam in
formandis filiorum moribus efflagarent. Quorum desideriis ille
quoque annuit, & in peregrinatione cum Illustrissimi Sacri Roma-
ni Imperii Comitis Ernesti ab Abensperg & Traun, Sacræ Casaræ

Majestatis Consiliani Intimi & Inferioris Austriae Mareschalli Filio, Ferdinando Ernesto, suscepta integrum fere sexennium consumsit, atque intra idem universam Galliam, Hispaniam, Belgium, Angliam & Germaniam perlustravit, imo ferente sic occasione, e Gadibus Hispaniae in oppositum quoque Africae litus trajecit. Quam multiplicem fructum ex hoc itinere reportarit, nostrum hic non est dicere. Id tantum notamus, quod ubique summorum ac celeberrimorum virorum affectum sibi conciliarit. Unde Taurinenses in Academiam Incultorum, & Patavini in Recuperatorum Societatem eundem sponte sua receperunt. Quid quod per Johannem Capellanum, Johanni Baptistae Calberto, Ludovici XIV Galliarum Regis supremo Status Ministro commendatus, a Rege ter repetita vice amplissima accepit congiaria. In Gallia igitur non exiguis cumulatus beneficiis, ab eadem quoque publicum eruditionis testimonium, summum in utroque Jure axioma, impetrare voluit, eodemque in Academia Aurelianensi d. 29 Junii A. 1665 solenni ritu condecoratus fuit. Quamvis autem apud externos fortunarum suarum sedem facile invenire potuisset, natale tamen solum miris illecebris eum ad se traxit. Noribergam itaque A. 1667 reversus, vix officia sua Illustri Noribergensium Senatui obtulerat, cum Juris Publici pariter atque Historiarum Professio in Academia Altorfina ipsi demandaretur. Quorum utramque d. 15 Aprilis feliciter exorsus summa cum laude ornavit, & illam quidem ad beatum ex hac vita discessum; hanc autem in octavum usque annum, quo eandem cum linguarum Orientalium Professione commutavit. Anno 1676 Serenissimus Princeps Adolphus Johannes, Comes Palatinus Rheni, Carolique Gustavi Suecorum Regia Frater germanus, magnam sobolem Adolphum Joannem & Gustavum Samuelem fidei ejus curaque commisit, ipsi vero Wagenheiljo splendidum Consilii honorem consulit. Memorari quoque meretur, illum, cum negotiorum quorundam gratia A. 1691 iter Viennam Austriae instituisset, in furum conclave, iterata vice, a divo Leopoldo quam clementissime admissum, a summis Imperatoris Magni Ministris ac Proceribus clementer habitum, nec non aliis illustribus atque eruditis Viris admodum cogniter tractatum fuisse, Neque silentio praetermittendum, quod, cum Petrus Valkenierius, Praepotensium Foederati

Bel-

Belgii Ordinum apud Helvetios Legatus, lautis conditionibus ei provinciam LL. OO. in Academia Lugdunensi publice docendi obtulisset, Noricorum cum Batavorum Athenæo commutare noluerit. Singularis hic in patriam affectus cum insignibus meritis permovit splen didissimum Scholarcharum Norimbb. Collegium, ut A. 1697 ejus munera munere Doctoris Juris Canonici adaugeret, eumque membrum ordinarium Ordinis Jctorum, & post beatum Georgii Matthiz Königii obitum Bibliothecæ Academicæ præfectum quoque constitueret: quod tamen munus mox insequente anno, ob ingravescentem ætatem in humeros celeberrimi sui generi, Dn. Prof. Molleri, devolvit. Incluz Academicæ Reçtoratum pariter ac amplissimæ Facultatis Juridicæ Decanatum bis gessit. Præclara ingenii monumenta a B. Wagenfilio edita hic recensere superfedemus, cum eadem orbi litterato dudum cognita sint atque perspecta. De matrimonio ejus gemino ac morte pauca quædam adhuc adjicimus. A. 1667 d. 21 Aug. Mariam Barbaram, Friderici Praunii, Censoris Norimbergenfis, & Barbaræ Oefthæz filiam, Jacobi Heufii, Mercatoris, viduam, sibi matrimonio junxit; atque ex ea quatuor liberos suscepit. Inter quos primus filius, Ferdinandus, biennis decessit: filia, Helena Sibylla, in signe sexus sui decus, Nobilissimo Viro, Danieli Guiljelmo Mollero, Comiti Pal. Cæs. inque Academia Altorfina Metaphysices & Hiftor. P. P. Clarissimo, nupsit: alter Filius, Gabriel cognominatus, J. U. L. Memelii Borufforum Secretarii Regii & Advocati Ordinarii munere fungitur: filia altera, Maria Sabina, quindecim solum menses in hac mortalitate transegit. Priori hac conjuge A. 1701 e vivis sublata, nuptias secundas cum Susanna Barbarâ, Reverendi admodum Viri, Georgii Christoph. Langii, Diaconi quondam ad S. Sebaldi Norimbergenfis relicta vidua, celebravit. Per integrum fere tori hujus quadriennium cum morbis confictatus, superiori anno die nono mensis Octobris vitam cum morte commutavit, cum annum ætatis septuagesimum secundum, muneris autem Professorii octavum & trigefimum ageret.

SALOMONIS GLASSII S. S. THEOL. D. ET Ecclesiarum in Ducatu Saxo-Gothano Superintendentis, Philologia Sacra &c. Accessit sub finem hujus operis ejusdem Logica Sacra jam dudum flagitata, prout eandem ex manuscripto non ita pridem edidit JO. GOTHOFREDUS OLEARIUS, Superint.

Arnftad. Schwarzsb. Editio novissima &c.

Lipsiæ

Lipfiz apud Jo. Frider. Gleditschium, 1705, in 4.
Alphab. 6. pl. 17.

Quantam Salomon Glassius Philologia sua sacra gloriam apud posteros sibi comparaverit, quantumque adjuvmentum attulerit iis, qui sacrarum litterarum studio tenentur, eruditorum nemini ignotum est. Hinc utilissimi libri editiones toties fuerunt iteratae, quarum exemplaribus ferme distractis, Jo. Frid. Gleditschius, Vir litterariae rei promovendae studiosissimus, hanc novam adornare adgressus est, nihilque praetermisit, quod ad Lectorum gratiam ipsi conciliandam conferre quicquam potuit. Praeterquam enim quod ab erratis, quae in priores editiones, & Batavam imprimis, irreperant, studiose fuerit purgata, non modo chartae ac typorum elegantia se plurimum commendat, sed & ob faciem cujusvis paginae intersectam, quae res legentium oculis distinctius offert, usui aptior reddita esse videtur. Cum quoque, sudante adhuc sub prelis opere, Vir Reverendus Jo. Gotofredus Olearius, Antistes Arnstad. Schwartzb. B. Glassii Logicam jam dudum flagitantem ex manuscripto ederet, hanc inconsultum visam fuit, ob materiae cognationem eandem huic editioni inferere. Promiserat eam ipse Glassius Phil. S. P. 2. sect. 1. p. 498. & quamvis adfectum potius, quam confectum opus sit, primasque modo lineas eorum contineat, quae doctissimus Auctor, nisi fata obstiterent, admodum Grammaticae atque Rhetoricae S. latius deducere animo conceperat, quia tamen tanti ingenii partus, licet posthumus, Philologiae cultoribus gratissimus futurus sit, nulli dubitamus. Tribus autem capitibus Logica ista sacra constat, quorum in primo de causis, in secundo de propositionibus, in tertio denique de methodo ac ordine ita agitur, ut propositis quibusdam regulis exempla statim ex S. Litteris illustrandi gratia subjiciantur. Ceterum cum prioribus Philologiae Glassianae editionibus tredecim indices subjuncti fuerint, quorum evolutio ac revolutio lectoribus non potuit non adferre summum tedium, majorem istum numerum ad minorem redigere, & omnia ad quatuor modo indices apte referre placuit. Primus enim Scripturae S. loca, secundus verborum & rerum seriem, tertius Hebraicarum & quartus denique Graecarum vocum syllabum exhibet.

* * * * *

ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsia

Calendis Februarii, Anno M DCC VI.

D' AMBOINSCHER RARITÄTKAMER &c.

i. c.

MUSEUM AMBOINICUM, DESCRIPTIONEM
variorum Piscium, cum crustaceorum, tum testaceorum, in Mari
Amboinico reperiantur, ut & Mineralium nonnullorum, Lapi-
dum &c. comprehendens, Autore GEORGIO EVERHAR-
DO RUMPHIO, Hanoviensi, Mercatore & Consiliario Amboi-
nico, itemque Academiae Nat. Curios. Membro,
PLINIO INDICO dicto.

Amstelodami, apud Franciscum Halmam, A. 1705. in fol.

Constat Alph. 4 $\frac{1}{2}$ & Figurarum Tabulis 60.

Quanta sedulitate Nobilissimus *Rumphius* ab eo tempore, quo in Moluccarum insulam, quam Amboinam vocant, delatus atque in hac commoratus fuit, omnes res Amboinicas naturales curiosius indagare, singulas delineare atque Latine consignare coepit, ex literis, quas ille A. 1680 ad Celeberrimum *Mentzelium* perscripsit, quasque una cum aliis *Experientissimus Valentini Museo Museorum*, a nobis A. 1704 *Mense Augusto* recensito annexit, innotuit dudum. Neque curam earundem tunc, cum oculorum usu per guttam serenam privaretur, ita abiecit, quin confusius collecta subinde aliorum adiumento in ordinem redigeret, certasque ob causas in linguam Belgicam transferret, ut rariores demum plantas libris decem, ac quinque libris animalia terrestria & aquatilia, nec non conchy-

chylia marina, lithodendra atque mineralia nonnulla, complecteretur. Quamvis vero ambiguum adhuc potuisset videri, num tales omnes aut saltem eorum aliqui lucem aspectum sint, quod *Autor* in *Inchyta Naturæ Curiosorum Academia* A. 1683 receptus, atque *Plinius Indicus* cognominatus, tanto temporis intervallo non nisi observationes quasdam, in celebrata *Academia Ephemeridibus*, speciatim *Decuria secunda Anno primo, tertio, quarto, quinto & septimo*, itemque *Decuria tertia Anno quinto & sexto* divulgaverit; dubiæ nihilominus expectationi præsens nunc *Museum Amboinicum*, veluti tres postremos libros tanquam totidem partes continens, quodammodo satisfaciet. Dissimulare quidem non licet, hocce typis exscribendum jamjam a *Nostris* A. 1699 Amplissimo *Henrico d'Acquet*, Delphorum Consuli meritissimo atque Medico Experientissimo, transmissum & inscriptum fuisse, quia figuræ tamen aliæque, in illo quæ desiderabantur, opera *Curiosissimi D. Simonis Schynvoet* suppleri prius debuerunt, prelum industriæ *Hatma* vix citius egredi, nec impediri interea potuit, quo minus ipse *Autor*, sagacissimus naturæ scrutator, in effigie a Filio delineata & in frontispicio representata, octo supra sexaginta ætatis annos numerans, ultimum naturæ debitum persolverit. Nempe quemadmodum in *totius Operis*, ingenti elegantissimarum figurarum, numero referti, *parte prima*, ex rebus naturalibus circa Amboinam aliasque insulas confines reperundis, pisces crustacei sive malacostraci cum zoophytis, in *secunda* testacea seu ostracoderna, & in *tertia* nonnulla metalla, terræ, lapides & lapidifacta, quamplurima, succi ac diversa curiosa sistuntur descripta, ita ad calcem multorum capitum, singulas partes consequentium, a solertissimo *Schynvoet* Notæ discrepantibus typis habentur subjunctæ, in quibus rerum propositarum nomina Belgis soleant exprimitur, figuræ additæ & Musea Curiosorum, e quibus Archetypi petendi fuerint, innuntatur, & judicium aliquando in Autorem interponitur, lectorque ad alios etiam Autores remittitur. Ex multis dum pauca more consueto delibatum imus, ante omnia e *crustatis* atque *zoophytis*, in *quadraginta novem capita* distributis, *Cancrum spinosum* & *caput Medusæ* digna reputamus, quæ paulo specialius considerentur, visu licet non adeo grata, sub squali-

do

06. M. Febr.
51.



de tamen habitu singularem conformationem recondentia. Sub cancro namque spinoso, seu deformi cancrorum genere, quod corpore araneæ simili gaudeat, spinisque hinc inde & musco obstitum sit, quatuor ostenduntur species: cancer *κατ' ἰξοχὴν* spinosus, Malacia *Estam Baduri*, & Amboinitis *ybu* sive *hyu makeka buta* i. e. musci portitor dictus, spinosus longimanus major, spinosus longimanus minor, & cancer quidam major & rarior, perquam nodosus, alga marina obductus, & piscatoribus non minus, atque longimanus major, abominabilis; quem ipsum a Belgis *Rotkrabbe* seu cancrum scopulosum appellari, quod scopulos referat, in Nota sub juncta pariter indigitatur, ac figuras secundæ, tertiæ & quartæ speciei a *D. D. Acquet* una cum rarissimis cancris, Aragnoide atque Floride, fuisse mutuatas. Quam Stellam vero marinam *Rondeletius* quondam, a frondium & ramorum multitudine, arborecentem salutavit, a *Nustro* ea titulo Capitis Medusæ, ob majorem cum hocce convenientiam, tum minor, tum major, describitur, quarum, posterior, magnitudine imprimis ac radiorum sive ramorum multitudine a priori discrepans, incolis *Hitoe* & *Hocamohel* ratione contentorum ovulorum in escam cedat. Figuram minoris, quam *Notarum Autor* ad Arehetypum ex laudati *D' Acquet* Museo impetratum depingi ac literis A & B exprimi curavit, non potuimus non in *Tabulam III* transcribere, quia elegantior non solummodo

TAB. III. A.

figuris, apud *Rondeletium* & *Aldrovandum* præstantibus, esse, videatur, sed & Capitis Medusæ, aspectu quamvis horrendi, stru-cturam admirandam evidenter adumbret. Minoris videlicet Capitis Medusæ corpus sive caput, instar araneæ ex rotundo paulo depressum, aliquatenus tamen pentagonum & digitum circiter latum, crusta duriori, quam echinus marinus esculentus, investitur, superius vero cute tenui tectum & inferius rima oblonga sive ore cum multis pedibus præditum, in quinque dispescitur ramos, quarum quilibet, in morem articuli distinctis vertebris constans, in binos rarius similes primum abeat, mox horum singuli in binos atque binos semper tenuiores eo usque subdividantur, donec extremitates tenuissima atque contorta referant filamenta. Qualium non nisi pauciores, confussionis evitandæ gratia, in Fig. B. representari potuisse, facile agnoscat, quicumque perpendet, diligentiori indagine

B.

fuisse deprehensum, quemlibet quinque ramorum primorum in 512 extremitate. facessere ac 1023 articulos involvere, articulū vero quemvis ex 10. 20. 24. vel ex supposito, 16 promiscue vertebrae componi, adeoque universum Caput Medusae minus ex 2560 extremitatibus, 515 ramis seu articulis, atque 8840 vertebrae, inferius subrotundis, superius planis & ad angulos spinosis, prout lit. C. aliqua exhibetur, coalescere. Nec Mare Caspium ejusmodi Stellis marinis carere, pertica facile capiendis & extrahendis, in quantum haec supra illas demersa, a totidem brachiis articulatis firmiter apprehendatur, ex ore, cum ipsius Czaræ Majestatis Moscoviticæ, tum ejusdem Secretarii, commemoratur. Hinc ad Conchyliis accedentes, quibus describendis ac depingendis *Autor* ante *Bonannum* operam impendit, minorem quidem eorum numerum, in 39 capitibus pertractatum, notamus, quam Celeberrimus *Listerus* in *Historia Conchyliorum*, a nobis *Supplem. T. 2. p. 248.* excerpta, præbuit conspiciendum, fateri nihilominus necesse habemus, occurrere etiam, quæ apud *Listerum* frustra quaerantur; quemadmodum eorundem pariter genera subalterna specierumque nomina satis plerunque distant. Quoniam *Noster* vero hoc in passu Experientissimi *Sipmanni*, Med. D. ac sui olim socii, vestigia legisse observatur, haud superfedemus ex Cochlearum Amboinicarum descriptione ac divisione, quæ a *Sipmanno* in Belgium ad *D. Jongium* Amboina transmissa, & Musci præsentis parti secundæ adjecta fuit, ejusmodi genera strictim adducere. Cochlearum, quippe univolviū turbinatarum duodecim genera ita constituuntur, ut primum eæ, quæ internæ matris perlarum ad instar nitent, deinde, quæ præter similem splendorem internum exterius cochleæ vulgaris speciem præ se ferunt, tum cochleæ valvæ, cassides, globosæ, buccina, strombi, porro volutæ, alatae, porcellanæ majores & minores, denique cylindri, memorentur. Postea sub non turbinatis, tam ad eas attenditur, quæ ab uno tantum latere testam obtinent, altero autem saxi adhærescunt, quam quæ tubuli oblongi utrinque patuli conformatione fruuntur ac solenes audiunt; sub bivalvibus demum, chamæ asperæ & læves, pectines & petunculi, tellinæ & solenes bivalvii, musculi, pinnæ, ac ostrea, indigitantur. Sed novorum nominum, ab aliqua similitudine peti-

to-

167.

torum, ut nonnulla innotescant, volutas unice percurrere juva-
 bit atque percipere, quomodo sub his cymbium, meta butyri, mu-
 ficalis, cereola, tigerina, nubecula, vespertilio, harpa, marmorata,
 maculosa, ipektorum, musica rusticorum &c. collocentur & de-
 nominentur. Quæ aurium tamen Midæ nomine insignitur, eam
 numero volutarum, *Belgiæ* maximam partem *Tooten* vocatarum,
Autor Notarum mavult exclusam, alibi e diverso cassidem penna-
 tam volutis annumerans. De unguibus saltem odoratis, figuris
 quibusdam atque sexu cochlearum differente monendum restitat:
 plures hic unguis odorati species tradi, quam in *Ephem. A. N. C.*
D. 2. A. 3. O. 25. enarratæ quondam fuerunt; discrepantes itidem
 haberi figuras ab iis, quibus *A. 5. O. 112. & A. 7. O. 74.* ovum ma-
 rinum, porcellana litterata & nautilus remigans fuerunt adumbra-
 ta; inter alias vero, cochleæ laciniatæ, cassidis tuberosæ, tribuli, ar-
 culariæ majoris, bullæ, buccini scalaris, strombi tympanorum &c.
 figuras videri inverfas; quoties denique certarum cochlearum,
 alia mas, alia foemella nominatur, non nisi majoris vel minoris
 ponderositate & lævitate testarum rationem haberi, testasque lævio-
 res magisque politas foemellas salutari. Tandem ad ultimam partem
 pergentibus vix exitus pateret, si singula, & naturalia & artificialia, in
 89 capitibus comprehensa, perlustrare anniteremur; pauca proinde
 Ceraunia, Ambra, Lardo marino, Lapide Bezoar & Succino terre-
 stri, addidisse sufficiat. Cerauniæ, tum proprie sic dictæ, tum
 metallicæ, uti generatio in nubibus ex eo probabilis adstruitur,
 quod tales aliquando in arboribus, navibus, balænarum carne &c.
 a fulmine tactis, sed lapidibus producendis ineptis, repertæ fue-
 rint, ita ceraunias quasdam metallicas, nunc in modum spatulæ,
 nunc cunei efformatas & in *Ephem.* quoque *A. N. C. Dec. 2. A. 4.*
O. 110 & A. 7. O. 10. ex parte consignatas, cupro, ferro & auro
 constare, aquæ fortis illitu detegitur, quatenus maculæ exin viri-
 descentes de cupro, fusæ sive nigricantes de ferro, ac flavæ con-
 stantes de auro attestentur. De ambra dum grysea, nigra & alba
 differitur, ambra grysea vera potissimum pondere ac igne ab ad-
 alterata & viliori jubetur discerni; genuinam quippe minus pon-
 derare, quam spuriam, & laminæ candefactæ impositam, mox in-
 star ceræ liquefcere, totamque successive cum singulari odore ex-

102.

103.

82.

77.

119.

210.

216.

259.

- balare, itemque ex parte: fufam digitis tenaciffime adherere, ac maculam liquefactam cineream apparere, filo autem ferreo ignito arenam, lapillos, fepiarum roftella &c. intra viliozem abfcondita, explorari. Et fragmento illo ambrae rarioris magnitudinis exiftente, quod *Cbrvalerius* Gallice descripsit, in *Actis noftris A 1700 p. 466* commemoratum, tota haec descriptio, in Belgicum idioma translata, cum figuris habetur fubjuncta. Ambra nigra, locinatalis intuitu, vel marina monftratur, vel terrena: marinam in Archipelago praecipue inter infulam Celebes atque Novam Guineam occurrere, modo molliorem, ambram gryfeam investientem & a balanis probabiliter evomi folitam, quod fepiarum a cetis devoratarum roftella gerat admixta, modo duriozem, infar vitri fragilem, fractamque fplendentem & cavernulas ostendentez, fuper carbones autem olei terrae odorem fpirantem, non pifcis, quem prior exhalet. Terrenam vero, aut pifasphalti fpeciem aemulari, ac in monte potiffimum *Cotawo*, inter urbem *Boeton* & *Coeloetsjoetsjoe*, mollem exfudare, in mari magis magisque infpiffandam, aut refinam videri ex ignota arbore stillantem, gummi Elemi haud abfimilem, fed odore deftitutam, nifi carbonibus admoveatur, tunc enim odorem pinguedinis, non tamen ingratum, fpargere; utramque hanc a fraudulentis *Boetommensibus* ita divendi, ut ortum illius ex mari vel balanis, hujus autem ex terra circa quarundam arborum radices falfo affirment. Ambrae albae nomine *Sperma Ceti* effertur, quod ad oras infularum Moluccarum, Celebes, Sumatra &c. ejeatum ac cito colligendum, ne a fuis devoretur, ab Europaeorum *Spermate Ceti* non tam fubstantia, quam forma, differat, cujusque portiones majores, exterius arena obvoluta, variae impuritates interius recondant. Lardum marinum, veluti merura balenarum excrementum, interius pilofum & fibrofum, feculi domum elapfi A. 64. Amboinitis dicitur innotuiffe, non, nifi pifcibus alliciendis inferviens. Qui lapis bezoar linteum album calce leviter confectum mox flavedine inficit, a Malaeis judicatur verus, ad mentem tamen Autoris praestat lapidem dubium clavo candefacto apprimere, vel fragmentum ejus laminae ignitae imponere, cum genuinus tunc diffiliat, nothus autem cum refinofo foetore deliquefeat. Quodfi alicujus lapidis bezoar majoris lami-

lamina externa substrata levitate cedat, ille a Sinensibus ex-
 mltis minoribus elaboratus conjicitur. Finem demum terreſtre ſuc-
 cinum imponat, quod a Sinensibus in magnis ſylvis pini ſeraci-
 bus e terra perhibetur effodi, atque pro refina pini venditari, ſpa-
 tio mille annorum tantam ſoliditatem adepta, Europæo ſuccino
 propter minorem transparentiam longe vilius. Cæterum haud
 defore nulli dubitamus, qui *Autoris* pariter *Zoologiam* atque *Her-
 barium Amboiſiticum*, cujus duodecimus etiam liber jam habetur,
 citatus, ab aliquo impoſterum cum publico communicari, & iis-
 dem non minus, ac Muſeo præſenti, memoriam Rumphianam,
 conſervari, nobiſcum exoptent.

340

42

*C. JULII CÆSARIS COMMENTARI DE BELLO
 Gallico & Civili, cum utriusque ſupplementis ab Hirtio vel Oppio
 adjectis. CHRISTOPHORUS CELLARIUS recensuit,
 & Notis ac novis Tabulis Geographicis illustravit. Acces-
 dunt Indices Rerum & Ver-
 borum.*

Lipſiæ, apud Jo. Ludovicum Gleditſch, 1705, in 8.

Alphab. 2 plâg. 6. & Tabulæ æn. 6.

NOva ſe produnt editione C. Julii Cæſaris de Bello Gallico &
 Civili Commentarii, cum Supplementis, quæ Aulo Hirtio
 tribuuntur vel Oppio. Industriam ſuam Clariffimus Editor, tot
 Clafficis Scriptoribus adhuc adhibitam, cum primis etiam in Cæ-
 ſare demonſtravit: quem quidem ipſe cum MSS. codicibus non
 contulit, de quorum in oris noſtris penuria conqueritur; ab aliis
 vero collatos, etiam vetuſtiſſimos impreſſos commiſit inter ſe,
 quod optimum uniuſcujuſque, cum cura ſelegit, ſuæque editioni
 inferuit. Maxime ſibi Dionyſii Voſſii Notas & Animadverſiones
 præſuiſſe, non ingratus in clariffimi viri manes, confitetur. Neque
 criticæ tantum emendationis rationem habuit, verum etiam philo-
 logiæ, geographiæ, & hiftoriarum, ſuiſque notis difficillima quæ-
 que perſpicue interpretatus eſt. Quod vero diſjunctiſſimis locis,
 in Europa, Aſia, & Africa res Julius Cæſar geſſit, inſigne orna-
 mentum editioni huic Geographicis Tabulis acceſſit, quas ipſe
 lau-

laudatus Editor delineavit, iisque, quidquid in Cæsaris vel Hirtii libris est rerum geographicarum, luculente demonstravit. Prima Galliae faciem exhibet, qualis temporibus Cæsaris, cum Germaniae Britanniaeque partibus, quas idem ex Gallia fuit ingressus. Secunda Italiam habet cum Gallia Cisalpina, unde initium Civile Bellum sumit. Tertia Macedoniam, Epirum, Thessaliam, fatalem ejusdem belli sedem, continet. Quarta conspectum præbet Alexandrini belli & Pontici, Asiam Minorem cum Ægypti parte representans. Quinta pro bello Africano est: sexta pro Hispaniensi, quod ultimum fuit Cæsaris. Quas alii figuras pontium, obsidionum, & bestiarum addiderunt, quum Cæsaris libros publicarent; eas Editor noster, quia quisque sibi confingere possit, prætermisit omnes, sumptum, illis in æs incidendis necessarium, Geographicis tabellis, quod utilius est, impendens. Index geminus est, unus rerum, quæ hoc volumine continentur; alter verborum & formularum, ad puriorem Latinitatem facilius inveniendam.

JOHANNIS CHRIST. HEYNE, SUECI, TENTAMEN Chirurgico-Medicum de præcipuis Offiis Morbis.

Amstelædami & Gedani apud Janssonio-Waesbergios, 1705. in 8.
Constat 6. plagulis.

PRæmissio de corporis humani partibus discursu, traditaque de inflammationibus & abscessibus partium mollium theoria, ad ipsa se convertit Ossa Author Clarissimus, quæ ex ejus sententia, quantumvis solida & fere lapidea, membranae tamen tenues prius fuerunt. Omnis autem membrana, mox in os transitura, constituit prius filamentorum membranaceorum complanatorum congeriem, & texturam nonnihil rigidam, subalbam, flexilem, lubricam seu cartilagineam; vel etiam quandam prius format unguis speciem, quæ tandem osseam induit soliditatem, quando exigui canales, maxime vero nervosi, complanantur probe & solidantur: quod fit (1) dum latera vasculorum, propter lentorem & crassitiem fluidi, quod percolare & superare minimas angustias nequit, ad sese invicem accedunt, concresecuntque; (2) dum canales a corde

remotissimi impetum fluida propellentem non recipiunt, unde collapsi coalescunt: (3) dum iners, segnisque cordis impulsus non sufficit protrudendis liquidis, & apertis tenendis vasorum minorum fistulis, unde causa distendente sublata complanantur: (4) dum canales externe premuntur & verberantur, ita ut liquido excludo compaginentur eorum parietes & compingantur. Ossea ergo compages construitur ex pluribus filamentis membranaceis appositis, superstratis, superpositisque sibi mutuo, ac reticulari inosculacione implexis, tum consolidatis & induratis, ita ut cellulae, seu areae intermediae relinquantur inter lamellas osseas sibi mutuo contiguas. Has cellulas investit ubique membrana ex periostrio externam ossis superficiem ambiente orta tenerrima, ornatissime picta, textaque reticularibus arteriosorum, venosorum, lymphaticorum ac oleosorum canalium varia inosculacione sibi occurrentium plexibus; quorum medium occupat exigua glandulosa structura cum folliculis adiposis in medio relictis, medullosa pinguedine repletis & tubos ex se oleosos emittentibus, qui forte in sanguinis sinum revehant deponuntque transcolatum unctuosum oleum. Sed pergimus ad statum p. n. ossium; in quo quanquam a plerisque inflammatio in ossa cadere negetur, Author tamen eandem illis omnino competere affirmat, quoniam reticulares arteriolarum recipiunt distributiones. Contingit enim in ossibus stagnatio liquidi arteriosi, huiusque impulsi in latera canalium impetus, levis tumor rutilus, quantum scilicet angustia & dardities parietum osseorum permittit, cum quodam dolore lacerante & pulsante. Conciliatur autem illis stagnatio (1) per periostrium prius inflammatum ac incensum; (2) dum tenera membrana, internas investiens ossium cellulas aut has exornans, arteriosorum canalium plexus inflammationem incurrit; (3) in ipsa ossium medulla. Convenit igitur in hac inflammatione venae sectio, purgatio, si opus fuerit, & sudor ope copiosi potus aquosi, specifica herbarum aromaticarum virtute roborati, & salibus fixis aut volatilibus conditi, provocatus. Continuata autem inflammatio, & impactio liquidorum stagnantium adaucta clausura tandem sua diffringit, tenerosque dirumpit canales, unde liquidum effunditur, effusum putrescit, putridum laceros canales

lamellasque osseas in fluidum convertit, & constituit suppurationem, seu abscessum ossium. Differt tamen ejusmodi apostema a reliquarum partium abscessibus, quod lente admodum solidæ & osseæ partes in liquidum convertantur, & non pus sed ichor potius tenuis, subfuscus, putridus, foetidus, cui punctula squamosa, cineritia, fusca, flava, nigra innatant, elaboretur; hincque ossium suppuratio imminente abscessus vocatur, nisi liquidorum cura solidis corruptionem, & in fluidum conversionem, absolvere abscessus requisita dicere velis. Si lamellæ osseæ lente admodum consumantur, squamulæ exiguæ furfuraceæ decidant, & paucillum appareat recrementum, caries dicitur ossis. Oritur hæc vel ab interna causa intra os latente, cuncta interiora rodente & emolliente, vel ab externa, dum liquidum acre putridum apostematis in carne, tendine, ligamento, perioestio grassantis os alluit exeditque; quemadmodum & oleosa obstipantia, humida putrescentia, emplastica unctuosa obstruentia, acria suppurantis, frigus, ærisque contactus constringens, contusio ossis, fissura, fractura, eam non raro excitant. Sed aliud restat mali genus, spina ventosa dictum, quæ cariei species est, sed lentissima, & eo magis subdola vi ossis substantiam exedens; cujus historia sat accurate ab Authore est tradita. In cura horum morborum integra partium corruptarum a vivis sanisve separatio, & æqualitatis ossis studium, multum difficultatis habet. Si quid tamen tentandum foret, esset forte perforatio ossis ad cavum usque, & medullæ ipsius corruptæ excissio. Sed Ars hujus nondum periculum fecit medellæ. Juxta methodum autem hæcenus receptam, applicantur in principio ea, quæ vehementer attenuant, & potenter abradunt, quæque ulceribus malignis luxuriantibus & pertinacibus erodendis valde conducunt. Sin irrita fuerit vis horum exfoliantium applicatio, os vel ferro scalpendum, & radendum, vel terebra exfoliatoria terebrandum, vel cauterio actuali tangendum est. Improbatur enim. Author usum spirituum salis, nitri, vitrioli, tartari, & aquæ fortis, in hunc finem adhibitorum, utpote quorum actio determinari & intra certos, qui exoptantur, limites ac cancellos coerceri nequit. Tunc nigro quoque notat lapillo in hunc quoque scopum applicata olea acerrima, caryophyllorum, cochleariz, euphorbii, fulphu-

MENSIS FEBRUARII A. MDCCVI. 59

phnis & antimonii; utpote quorum actio & determinatu difficilis existit, & propter oleositatem nociva est, & parti sinceræ cariem inducit. Depurato deterfoque ossi applicanda sunt catagmatica seu os restituentia.

OPTICKS : OR, A TREATISE OF THE REFLECTIONS, Refractions, Inflexions and Colours of Light. Also two Treatises of the Species and Magnitude of Curvilinear Figures.

h. e.

OPTICA, SIVE TRACTATUS DE REFLEXIONIBUS, Refractionibus, Inflexionibus & Coloribus Luminis. Nec non duo Tractatus de Speciebus & Magnitudine Figurarum Curvilinearum.

Londini, apud S. Smith & B. Walford, 1704 in 4.
Constant 2 Alph. & plag. 5, ac 19 Tabb. æncis.

Autor operis est *celeberrimus Newtonus*. Partem ejus posteriorem, Tractatus de Curvis complectentem, jam mense Januario anni præcedentis recensuimus: nunc de priori, Optica nempe, dicemus. Exponit in eadem Theoriam suam Lucis atque Colorum, non per hypothesas, sed per rationes & experimenta proprietates luminis explicans. Totum opus in tres distinguit libros. Primus duas habet partes, quarum prior theoriam luminis, posterior colorum continet. Secundus in partes abit quatuor, quarum prima recensendis observationibus, quæ reflexiones, refractiones & colores in corporibus transparentibus iisque tenuibus concernunt, tota impenditur; altera animadversiones in easdem exhibet; tertia de coloribus permanentibus corporum naturalium tractat, eorundemque cum coloribus prædictorum corporum transparentium analogiam exponit; quarta observationes, reflexiones, & colores in planis crassioribus transparentibus atque politis enumerat. Librum denique tertium observationes de inflexione radiorum luminis, & coloribus inde productis absolvunt. Ingeniosissimus e- quidem Autor jam anno 1666 hanc Theoriam invenit, & anno 1672 ad publicandum Societati Regiæ transmisit, cumque a publicatione non desissent, qui objectiones moverent, uberior ejus dis-

cussio jamdudum in Transactionibus Anglicanis propoſita ; ſed cum hæc omnia contigerint, antequam Acta noſtra edi coeperunt, adeoque nihil adhuc de hoc argumento in iisdem contineatur, cumque theoria ipſa pauciſſimis ſit nota, & Autor fateatur, ſe in præſenti opere ex arte circa eam ſibi ſatisfaciſſe, non inconſultum ducimus, eandem paulo plenius in præſenti deſcribere. E-
 numvero, ut rite intelligatur, tenendum eſt, quod per *refrangibilitatem & reflexibilitatem* in ſubſequenti diſcurſu intelligenda ſit: radorum diſpoſitio ad patiendum refractionem vel reflexionem: per *lumen ſimplex, homogeneum & ſimilare* id, cujus radii omnes æque refrangibiles: per *lumen compoſitum, heterogeneum & diſſimilare* illud, cujus radii alii aliis magis refrangibiles: per *colorem primarium, homogeneum & ſimplicem*, color lumine homogeneo conſtans: per *heterogeneum & compoſitum*, conſtans lumine heterogeneo. Quemadmodum vero plerique Philoſophi recentioris ævi colores a radorum luminis diverſa modificatione derivant, & lumen nonniſi pro ſimplici habent omne; ita e contrario *Newtonus* diverſæ naturæ radios in lumine Solari admittit, quorum alii hujus, alii alius producere valent coloris ſenſum. Sequenti igitur experimento confirmat, lumina, quæ colore differunt, differre quoque gradibus refrangibilitatis. Aſſumſit chartam oblongam lateribus parallelis terminatam, nigram & rigidam, atque per rectam tranſverſam ad latera majora perpendiculararem, in duas partes æquales diviſit. Alteram partem colore rubro admodum intenſo; alteram cœruleo ſpiſſe obduxit. Chartam ita paratam ea ratione diſpoſuit, ut latera longiora cum horizonte eſſent parallela, tranſverſa ea biſecans ad eundem perpendicularis. Mox obvertit eidem priſma vitreum trigonum, cujus duo plana polita comprehendebant angulum 6 circiter graduum, quem *refringentem* appellat, ita quidem ut latera priſmatis eſſent cum lateribus chartæ parallela, quo ſcilicet lucis radii per fenestram in chartam incidentes cum eadem eundem facerent angulum, quem faciunt a charta in oculum reflexi cum eadem. Jam cum angulus refringens vertebatur ſurſum, ut charta per refractionem attolleretur, pars cœrulea per refractionem ad majorem altitudinem elevabatur, quam rubra: cum vero angulus refringens vertebatur deorſum, ut refra-
 ctio

ſcio chartam deprimeret , magis depreſſa cernebatur coerulea ,
 quam rubra. Oſtenſurus , diverſos dari in lumine Solari radios
 refrangibilitatis gradibus differentes , inter alia ad ſequens provo-
 cat experimentum. Radio Solari per foramen in cameram ob-
 ſcuram immiſſo in diſtancia aliquot pedum ita obijciat priſma ,
 ut is eſſet ad axem perpendicularis : quod obtinebat , dum per
 priſma tranſpiciens id tam diu ultro citroque circa axem verteret ,
 donec imago foraminis , quæ nunc aſcendere , nunc descendere
 videbatur , inter duas motiones confratias ſtationaria deprehen-
 detur. Quo in ſitu cum firmaret priſma , per id contuebatur
 foramen , ejuſque longitudinem multis modis latitudinem excede-
 re obſervabat. Geminis experimentis evincit , lumen Solis conſi-
 ſtere ex radiis reflexibilitate inter ſe differentibus , atque eos radios
 eſſe magis reflexibiles , qui magis refrangibiles , docens ſimul me-
 thodum radios heterogeneos luminis compoſiti a ſe invicem ſe-
 parandi. Ulterius notat , lumen homogeneum regulariter refrin-
 gi ſine ulla dilatatione aut ſiſſione radorum , & confuſam obje-
 ctorum per corpora refringentia conſpectorum viſionem , ſi lumen
 fuerit heterogeneum , oriri ex diverſa radorum refrangibilitate , ut
 adeo imperfectio teleſcopiorum non , quod vulgo fit , figuræ len-
 tium ſphæricæ , ſed huic ipſi diverſitati refrangibilitatis radorum lu-
 minis tribui debeat. Negat igitur , phænomena colorum in luce
 reflexa per novas luminis modificationes produci juxta varias ter-
 minationes lucis ac umbræ , cum colores bullarum , quæ pueris lu-
 ſum præbent , ſint varii ſitumque varie mutant , nullo habito re-
 ſpectu ad ullam confinium umbræ : id quod experiri dabitur , ſi
 iſtiusmodi bulla vitro concavo concludatur , ut ab aeris agitatio-
 ne libera ſit , atque oculus & corpus luſinoſum ipſius reſpectu
 ſiſtantur immota. Atque hinc potius concludit , quodlibet lumen
 homogeneum proprium ſibi habere colorem gradui refrangibili-
 tatis ſuæ reſpondentem , & nec per reflexionem , nec per refractio-
 nem mutabilem. Unde porro infert , ſi lumen Solis eſſet homo-
 geneum , corpora omnia ejuſdem fore coloris , conſequenter di-
 verſorum colorum cauſam eſſe compoſitionem luminis. Docet
 etiam , quomodo refrangibilitas cujuſlibet ſpeciei luminis homoge-
 ni coloribus ſimplicibus reſpondentis , definiri queat experimen-
 to

to ope prismatis trigoni vitrei facto. Monstrat inde, per compositionem produci posse colores coloribus luminis homogenei quoad apparentiam, non tamen quoad immutabilitatem coloris & constitutionem luminis similes, & quo ex pluribus isti componantur, eo minus esse intensos, ita ut nimia compositio eos diluat ac debilitet, donec prorsus cessent. Addit, quod per compositionem prodeant quoque colores nulli colorum luminis homogenei similes, luminis vero Solaris color candidus ex coloribus primariis omnibus debita proportione commixtis componatur. Subjicit problema admodum curiosum, quod data quantitate & qualitate colorum primariorum invenire docet colorem compositum. Omnes igitur in universo colores, vel esse colores luminis homogenei, vel ex istis componi pronunciat. Hinc speciatim explicat, colores per prismata productos, iridis item, & corporum naturalium colores permanentes inde derivat, quod alia hujus generis radios copiosius reflectant, alia alterius. Quae omnia experientiae consona esse, sequenti experimento evincere conatur. Per foramen rotandum immissum lumen prismate trigono vitreo excepit, versus lentem utrinque convexam refringendum. Radii colorati colores iridis in lente, depingentes, post refractionem in ea factam convergentes redditi radium album composuere, quem alio prismate priori parallelum situm obtinente excepit, & ejus ope radios convergentes fecit parallelis, distantis prismatum a lente eorumque angulis refringentibus inter se aequatis, ut adeo lumen post hanc ultimam refractionem per foramen incidenti simillimum evaderet. Hoc igitur lumen ex coloribus productum cum denuo per prisma tertium refringi curaret, in colores iridis consuetos mutavit. Ab aliis jam observatum est, substantias transparentes, quales sunt vitrum, aqua, aer &c. ubi admodum attenuantur, vel quia in bullas, vel alia ratione in plana solida formantur, varios exhibere colores tenuitatis varietati respondentes, utut claræ ac coloribus desitutæ appareant, si crassities fuerit major: ipse tamen accuratiores observationes colligit tum circa vitrum, tum aerem, tum aquam. Aëris tenuæ quoddam planum obtinuit eum comprimendo inter duo prismata, quorum latera exigua convexitate erant instructa; aquam saponariam in bullas resolvit, easque vitro inclusit, ut n

agitatio aëris quietem earum turbaret. Ex istis observationibus accurate definit in particulis millefimis digiti crassitiem aëris, aquæ & vitri, quæ ad hoc requiritur, ut color quilibet sit maxime intensus atque specificus. e. gr. ut color sit vere albus, crassities aëris juxta ipsius calculum sit $\frac{1}{2}$, aquæ $\frac{1}{3}$, vitri $\frac{10}{11}$; ut albus, crassities aëris sit 1, aquæ $\frac{1}{4}$, vitri $\frac{20}{11}$; ut subalbus, crassities aëris sit 2, aquæ $1\frac{1}{2}$, vitri $1\frac{1}{7}$. Ea vero hunc potissimum in finem tam operose persequitur, ut colores corporum naturalium permanentes tanto accuratius explicare posset, aut eorum potius constitutionem detegeret, quæ ad hoc requiritur, ut alios radios aliis copiosius reflectant. Docet igitur, eas superficies corporum transparentium maximam reflectere lucis quantitatem, quæ maximam habent potentiam refringendi, & minimas omnium fere corporum naturalium particulas esse suo modo transparentes, ut adeo opacitas eorum multitudini reflexionum a partibus internis factarum debeat. Inter particulas corporum opacorum & coloratorum multa reperiri spatia vel vacua, vel medio quodam alterius densitatis repleta; partes corporum, a quibus color eorundem dependeat, medium illud densitate superare, earundemque crassitiem ex colore corporum conjici posse. Falli præterea omnes, qui reflexionem inde arcessunt, quod lumen in partes corporum solidas seu impervias impingat, cum (ut alia, quæ adducit, experimenta silentio prætereamus) non minor sit reflexio, dum lumen ex vitro in aerem, quam dum ex aere in vitrum transit, immo multo major, quam dum ex vitro in aquam pergit, partes vero magis reflectentes aeri, quam aquæ vel vitro inesse, haudquaquam probabile videatur. Radios potius impingentes in partes corporum impervias suffocari. Aliud igitur esse reflexionis principium, vim scilicet quandam, quam particulae corporum solidæ in lumen per distans exerunt; qualis tamen illa sit, non definit. Et ideo a corpore transparenti crasso radiorum incidentium alios reflecti, alios refringi, quia aliorum dispositioni convenientior reflexio, aliorum constitutioni transmissio. Illud quoque notatum dignum est, corpora specularia, quantacunque diligentia fuerint polita, præter lumen, quod refringunt, vel reflectunt, lumen adhuc aliud debile, quaquaversum diffundere, cujus phaenomena accurate describitur

per

per integram partem quartam lib. 2. Lumen scilicet Solare per foramen, cujus diameter erat $\frac{1}{3}$ digiti, in cameram obscuram intromissum speculo vitreo concavo, cujus semidiameter erat $\frac{1}{2}$ pedum & 11 digitorum, ita excepit, ut ad superficiem speculi esset perpendicularare. In centro speculi chartam posuit albam, ita ut lumen perexiguum foramen in ipsius medio formatum transire cogeretur ad speculum, ac inde ad idem foramen reflecteretur. His ita paratis super charta 4 vel 5 annulos concentricos coloratos, iridibus non ab similes, observavit, eosque tanto dilutiores ac debiliores fieri deprehendit, quo erant ampliores. Interdum ad lumen Solis admodum clarum 6, immo 7 vidit circulos. Quodsi major vel minor speculi distantia affumebatur, annuli diluebantur ac evanescebant. Denique Grimaldus jam notavit, quod ad lumen Solare, per exiguum foramen in cameram obscuram immisissum, umbræ objectorum sint largiores, quam ad lumen in loco aperto, & tres habeant fascias coloratas atque inter se parallelas, foramine ampliato confundendas, nec amplius a se invicem distinguendas. Hujus phænomeni circumstantias per plura experimenta Noster, quam accuratissime determinat, & rejecta eorum sententia, qui hunc effectum refractioni aeris tribuunt, hanc ejus rationem assignat, quod radii heterogenei in lumine albo commixti per inflexionem separentur, atque adeo separati lumina diversorum colorum componant, ad quos exhibendos per naturam disponuntur.

LETTRES • CRITIQUES &c.

i. e.

EPISTOLÆ CRITICÆ, CONCERNENTES DUKIUM inæt Mosem & Stephanum circa numerum familia Jacobi ortum.

Ultrajecti apud Jo. Visch, 1705. 8.

plag. 9.

Auctori Conciliationis Mosi & Stephani, cujus libellum mense Martio anni superioris p. 103 sq. recensitum dedimus, duo respondent Philologi e Gallorum exulum numero, Criticis his Epistolis, quorum alter Marollium, alter Massonium se vocat: ac prior quidem

dem scriptorem se proficitur schediasmatis de hoc dubio in Bern-
ardinis Novis Literariz Reipublicæ exhibiti, & ab Auctore Con-
ciliationis castigati.

Præmittitur opusculo Præfatio de dubiis Historicis S. Scripture
differens, monensque, admiratione dignum esse, quod non multis
modis major sit eorundem numerus, in libro tam vetusto, amissis
tot explicandi eundem subsidis. Prima Epistola Marollii est, qui
adversarii sui conciliationem ingeniosam quidem, sed coactam, ni-
mis longe petitam, solvendoque dubio ineptam pronuntiat. Nul-
lum esse discrimen putat inter numerum septuaginta Gen. XLVI, 27,
& Dec. X, 22, sed utrobique posteros Jacobi omnes, qui cum illo
in Ægyptum venerint, intelligi credit, fallique adeo adversarium,
qui posteriori loco masculos solum & patres gentis Israeliticæ de-
signari ajat. Male ab eo Saulem e numero 66 Gen. XLVI, 26
excludi, Manassén vero & Ephremum includi, cum peculiaris S.
Codicis enumeratio hos manifeste separet, Saulem vero spurium
dici non posse, cum solum Cananzæ filius dicatur, neque legem
de spuris in populo Dei non connumerandis retro valere. Eum-
dem vero ad numerum 75 Act. VII, 14, Jacobum & Josephum in-
congrue referre, & contra Martyris verba, qui Josephum dicat
75 istos cum Jacobo in Ægyptum accersivisse; neque Dinam, ut-
pote in enumeratione speciali posterorum Jacobi, qui Ægyptum
viderint, omissam huc referri posse. Cæterum de alio incidenti
dubio p. 24 si; illatim agit, quæritque, quo pacto Benjamin fratrum
minimus, in Ægyptum descendens, cui adversarius 25 ætatis annos
dederat, decem filios, qui Gen. XLVI illi tribuuntur, & duos nepotes
Num. XXVI, 40, habere potuerit? Videntur Marollio nepotes isti, Ard
& Nahaman, filii potius Benjaminis fuisse, quibus sine prole mortuis,
frater ipsorum Bela filii suis eorundem nomina dederit: conjicit idem,
Benjaminem tempore descensus triginta duorum aut triginta trium
annorum fuisse, ac admodum juvenem matrimonium inisse. Ob-
servat, Ludovicum de Dieu Benjaminem duobus annis Josepho ju-
niorem facere, Johannem Clericum vero octo annis, istasque di-
versitates ex ignorantia multarum rerum, quæ Jacobi familiam
concernunt, oriri. Negat S. Literarum verba omnia ad rigorem
capienda esse, sed aliorum more scriptorum *ως εν πλατει* intel-
ligent-

ligenda esse, & de potiori, adeoque sub *patrum* nomine *patres* etiam filias comprehendi posse, p. 4.

Secunda Epistola, a Massonio scripta, Marollii observationes fere omnes repetit, sed prolixius, majorique cum apparatu, contra Auctorem Conciliationis urget; id vero potissimum impugnat, quod ille Gen. XLVI, 26. capita populi tam tributum, quam linearum recenseri dixerat, eundemque conjecturas conjecturis cumulare ostendit. Nihilominus ea in re a Marollio dissentit, quod Jacobum ex numero 70 Gen. XLVI, 27. excludendum neget: in reliquis cum eo ad amissim consentit.

Epistola tertia Marollii versatur in refutandis iis, quae Auctor Conciliationis Novis Reipublicae Literariae anni praeteriti mense Martio inseruerat. Potissima Epistolae pars Saulem Cananae filium respicit, quem iste velut spurium e numero familiae Jacobi eliminandum omnino contendit, Marollius vero negat ac pernegat, illique neququam concedit, Cananae nomen prostitutam designare, ut Israelitae appellatio Jo. I, 47. probum hominem notat. Existimat praeterea, *Mamsirim*, sive spurios, qui ejiciendi fuerint, non Israelitae masculi e Canana, sed exteri maris ex Israelitide liberos fuisse, neque ejectionem e populo, sed exclusionem a Magistratu Deut. XXIII, 3. intelligi.

Quarta Epistola, Massonio scriptore, Auctorem Conciliationis impugnare pergit, traditque, 70 illos, qui Deut. X, 22. commemorantur, eosdem esse cum illis, qui Gen. XLVI, 27. exstant, maleque adversarium locum istum de solis capitibus populi, qui hereditatem in Palaestina obtinuerunt, interpretari, atque Jacobum & Levi cum filiis excludere. Tandem ad Stephani dictum Act. VII, 14. se confert Massonius, atque pronuntiat: nullo id pacto cum Mosis numeris conciliari posse. Mendam igitur librarii hic admittendam esse, qui pro 66 scripserit 75, non quod Calvinus alique velint, pro 70. Stephanum enim numero 66, qui Gen. XLVI, 26. occurrat, uti voluisse, adeoque primos codices, more inscriptionum Graecarum, numeros minores praemittentium, habuisse C Z, sive Ω Z (notam enim Ω pro C sive senario in marmoribus inveniri.) Librarium autem negligentiore legisse OE, sive 75. Ex hac Actorum corruptione in translationem LXX interpret-

percom numerum 75 transiſſe, ſicut ex Luca interpolatione Cai-
nan alter in eandem inuaserit. Marollii autem conciliationem,
qui cum Cellacio uxores filiorum Jacobi a Stephano additas ma-
jorem numerum conficere docuerat, nec non aliorum interpre-
tationes, maxime Ludovici de Dieu, repudiat.

DELLA BIBLIOTHECA VOLANTE SCANZIA X.

i. e.

BIBLIOTHECÆ VOLANTIS PLUTEUS X. AU.

*Hort JOHANNE CINELLI CALVOLI, Patriſio Fla-
rentino & Foroliviensī, Academico Gelato, Con-
corde, Diſſonante, Incitato & In-
thronato.*

Venetius, apud Hieronymum Albrizi, 1705, 8.

Conſtat plag. 3.

Quod Celeberrimi *Cinelli* in hoc opere institutum ſit, vel ex
uis conſtat, quæ in Actis noſtris A. 1689 p. 345, & 1693 p. 236,
cum ſextam, ſeptimam & octavam ſeriem, ſeu ut alii Latine
vocat, pluteum recenſeremus, diximus. Ex eo tempore docti-
ſimus Auctor nequaquam laborem abruptit, verum plures ſubinde
edidit pluteos, uti vel ex præſatione huic præmiſſa potet. Nimi-
rum quindecim omnino pluteos prelo hæctenus paratos habuit, e
quibus tamen decimus & decimus quintus incuria typographi in-
tercidere; reliqui omnes lucem adſpexerunt, & quidem decimus
quartus inſertus eſt Eruditorum Actis, quæ Venetiis apud Hieron.
Albrizi, ſub tit. *La Galleria di Minerva* proſtant, Tomo III Parte
VIII. Ut itaque numerum completeret, nunc decimum vulgavit,
mox etiam decimum quintum, & deinde quatuor adhuc alios ad-
diturus. Nos moris noſtri memores, pauca hinc delibabimus.
Non morabimur inſcriptionem veteris lapidis, ex utroque latere
ſimpulum & pateram, ſacrificii inſtrumenta, repræſentantis, quæ
ita ſe habet: **NORTORI N. F. POL. FEROX AESAE
EVOCATUS AUG. JOVI CAELESTI V. S. L. M.**
ſeu, ut Noſter legit: *Nortorio noſtro felici Patriarcho, Ferox
Aesae (hodie Aefidis, ſeu Aefii, fluminis) Evocatus Augustus, Jovi
Caestī voti solui, ſeu ſuſcepti locavit monumentum.* Dum Ga-

p. 17.

- P. 25. *bricis Maris Meloncelli Ojas It. licae Romae 1698, 4 editas refert, laudat, quae alias prodiderit, Poetica, observatque cum juvenem, quanquam occupatissimum, elegantes ingenii poetici fetus edidisse, at nunc senem, cum otio fruatur, difficilem venam experiri.*
- P. 27. *Singulare est, quod memorat, ubi testamenti & codicillorum a Cl. Joanne Giampino relictorum, & Salice Romae 1698 impressorum fecit mentionem, cum iustos sumtus excitando Xenodochio destinasse, in usum eruditorum indigentium diversarum nationum. Porro Hieronymum Baruffaldi, Ferrariensem, cujus mox postum recentiore exhibebimus, Dissertationem de Poetis Ferrariensibus Ferrariae A. 1698, 4 edidisse dicimus: in qua non tantum praecipuorum Poetarum, sed & illorum, quorum opera vel deperdita sunt, vel diffusa apparent, exactissima detur notitia, una cum eorum operum distincta enucleatione. Ubi vero Lazarum Augustinum Cottam Novariensis Musaei, quod viros cujuscunque generis illustres e Novariensi diocesi oriundos exhibebit, Ideam eodem anno publicasse significat, vehementer conqueritur, se Florentinos Scriptores, quorum quatuor millia ad suam notitiam pervenerint, illustratum eo adactum fuisse, ut Florentiam patriam suam inquirere, nec deesse, qui viginti trium annorum labores etiamnum e manibus suis evellere conentur. Nos meliorem fortunam optimo Autori & integram sanitatem precamur, ut & hoc, & alia, quae molitur, opera absolvere feliciter valeat.*

RIME DI ALESSANDRO GUIDI.

l. c.

ALEXANDRI GUIDI CARMINA, SUMMO

Pontifici CLEMENTI XI

dedic. l. c.

Romae, e typographia Jo. Jac. Komarek, 1704, 4.

Plag. 18.

IN tantum hodie culmen erecta est Poesis Italica, ut haud facile carmina in lucem proferre quisquam audeat, nisi ea digna omnium plausu videri queant. Et alii quidem aliud carnis genus sectantur; Nostro illud arrisit maxime, quod legibus solutum,

Ri-

Sima sciota Itali vocare solent, in quo etſi & antea Fulvius Teſſi, Claudius Achillini, alique Poetæ celebrioros aliquid tentaverint, eos tamen in Lyricis his, quæ exhibemus, longiſſime poſt ſe relinquere videtur Auctor. Quam enim nondum publicis typis excuſa fecerint Eruditi, vel illud argumento eſſe poſſit, quod Nicolaus Cicognari quoddam ex illis carmen eleganti commentario illuſtraverit, itemque Gregorius Caloprefes in oden de legibus Arcadiæ commentatus ſit, ut alios taceamus, qui vel in Latinam linguam aliqua tranſtulerunt, vel paſſim eorum non ſine encomio meminere. Quo magis vero cuncta expolita redderet, non diſſectur Auctor, ſe paſſim Vincentium Gravinam, Jo Baptiſtam de Miro, Juſtum Fontanini, aliosque viros in poeſi exercitatiſſimos, in conſilium adhibuiſſe. Pleraque quidem in Academia Arcadum publicaffe videtur, quam pluribus carminibus extollit, ut cum modum, quo congregari conſuevit, locum Academiæ deſtinatum in colle Palatino, conſuetudines Arcadum, promulgationem legum Arcadiæ, ludos Olympicos Arcadum, & elogium Antonii Farnęſii ætatoritate Arcadum lapidi inciſum decantat; quibus commemorandis facile ſuperſedemus, quod de univerſa illuſtris ejus Academiæ ratione Supplementorum Tomo III p. 460 ſeqq. diſſeruimus. Neque licet nobis ex iis ſpecimina hoc loco exhibere, quæ de ceſtro poeſice, de fortuna, de vanitate cogitationum humanarum, tum in honorem Chriſtiæ Reginæ Suediæ, cujus ſingulari favore gaviſus videtur, Jacobi II Regis Angliæ, Innocentiũ XII Pontificis, aliorumque cecinit, ne, dum laciniam detrahimus, a pulcritudine detraxiſſe quicquam videamur. Magnifica ſunt omnia, ponderoſa & ſublimia, numerus aptus & elegans, oratio ubique æquabilis, & inventio arguta. Quod vero paſſim victura ſua carmina auguratur, propriamque adeo laudem extollere videtur, in eo tantum abeſt, ut culpandus ſit, ut poſſit optimorum Poetarum exemplo, qui Cicerone teſte, *aliena lingua loquuntur*, Lyricæ poeſeos genus optime videtur aſſecutus, qui res ſublimes celebrantes humani ſerpere, & de ſe iſtis minus ſperare non patitur. Caterum eundem Auctorem olim drama, quod *Endymionem* inſcripſit, compoſuiſſe, e p. 43, ubi ejus carmen dedicatorium ad Jo Franciſcum Albani, hodie Summum Pontificem, exhibetur, patet. Quod ſi

illud est, quod eodem titulo in Theatro Mantuano anno 1698 representatum & Ferrariæ typis excusum vidimus, nihil profecto elegantius & fastivius excogitari poterit, adeo ut nec Tasso, nec Guarini in eo genere Auctor concesserit.

COMENTARIO ISTORICO - ERUDITO &c,

i. e.

COMMENTARIUS HISTORICO - ERUDITUS, CONDITUS
in Inscriptionem in Univerſitate Ferrarienſi, in memoriam AN-
TONII MUSÆ BRASAVOLI Ferrarienſis, Anno 1704
erectam. Auctore HIERONYMO BARUF-
FALDI, Ferrarienſi.

Ferracia, excudebat Bernardinus Pomatelli, 1704. 4.
Constat Alph. 1. plag. 12.

Variam eruditionem monſtrat hic liber, quanquam in unius
potiſſimum Braſavoli, qui jam dum ſeculo XVI floruit,
parumque notus fuit hætenus extra Italiam viventibus, memo-
riam conſcriptus, ut non immerito eruditum ipſe Auctor in præ-
ma facie vocaverit. Abſolvitur autem octo capitibus, quorum
primo de origine Academiz ſeu Scholæ publicæ Ferrarienſis pauca
præfatus, ipſam Inſcriptionem exhibet, quam non anno 1704,
ut titulus loquitur, ſed 1703 erectam fuiſſe patet. Ea quidem
hæc eſt: D. O. M. ANTONIO MUSÆ BRASAVOLO,
Nobili Ferrarienſi, Philoſophia, Medicina, Juris Utriuſque, ac
Sacra Theologia Doctore, Comiti Palatino, Equiti S. Michæelis
in Gallis, Sorbonici Athenæi Collegæ, Celebris hujus Archiepi-
ſcopi Leſtori emerito, & Moderatori, omnigena eruditione in
univerſo Terrarum Orbe clariffimo, Pauli III Pont. Max. Archiepi-
ſcopi, aliarumque trium Summarum Pontificum Leonis X, Clemen-
tis VII & Julii III, Caroli V Caſaris, Franciſci I Galliarum, &
Henrici VIII Britannia Regum Phyſico a conſiliis, Alphoſi I Fer-
raria Ducis, & Herculis II Ducis IV. Medico dilectiffimo, Ara-
gonenſium, Aeſtinarum, Farnęſorum, & Gonzagarum Princi-
pum intimo Familiari, qui publicas theſes de quolibet ſcibili
per triduum Pariſiis, ubi Muſæ nomen, ipſe Franciſca Regæ pro-

co-

conizante, sibi comparavit, Patavii, Bononia, & hic in Patria, cunctis stupentibus, propugnavit; ac per quamplurima lustra e tota Europa confluentes ingenuos Auditores erudit ex cathedra: qui plures quam quadraginta libros, & volumina de rebus variis, ac precipue de Re Medica doctissime scripsit, & fere omnia typis, magno cum plausu, divulgavit; tanquam effulgenti Patrie Soli, qui nunquam moriturus occidit Ferraria pridie Novas Julii An. Sal. MDLV, etatis sua LV m. V d. XX. Cujus tamen ortum praeceperunt Franciscus Comes genitor, & Hieronymus frater: cujus occasum secuti Renatus Comes pariter Moderator, & Hieronymus filii, Antonius Maria, Hercules, Bartholomaeus, & Alphonsus nepotes, in hac Universitate Philosophia, Medicina ac Juris utriusque respective Lectores, aliique duo de viginti toga, totidemque sago conspicui, sub tanto sapientia luminis vere fulgentissima sidera, Hieronymus Bartholomaei filius, Comes & Eques Palatinus, in hoc Archigymnasio Lector, in Romano Promotor perpetuus, & Collega numerarius, Physicus Pontificius a consiliis sub Innocentio XI & XII, Alexandro VIII & Clemente XI regnante; ac Regius sub Christina Alexandra, Suecorum, Gothorum Wandalarumque Regina; Illustrissimis Viris Dominis Comite Carolo Flasco Sapientum Judice, Marchionibus Aloysio Bemivolo, Gaspare de Monte, hujus almae Universitatis Moderatoribus, una cum Magistratus Sapientibus, nempe Jacobo Mizio Ronchagallo J. C. & Lectore Publico, Aloysio a Fabra Philosophia, ac Medicina Doctore, & Lectore Publico, Joh. inne Benedetto Coaro J. C. & Lectore Publico, Alexio Sarchio, Jacobo a Monetis, Camillo Riccio, Hercule Siverio, Joanne Francisco Algarotto, & Valerio Botticino, enixis ejus precibus annuentibus, aere proprio. Ab avo suo optime merito pridie Novas Julii Anno ab Orbe redempto M DCCIII. P. In capite H originem familiae Brasavolorum e Germanica Comitum de Halremunde, speciatim a Wilbrando, qui seculo XII in bello claruit, derivat, usus imprimis Krantzii & Fabricii auctoritate, quibus addit Petrum Lefvanderum, qui in tractatu de Saxoniae & Misniae Patriciis, Comites illos pro insigni usos fuisse testetur columba alba, cum inscriptione Germanica, *Altezeit weisse* / i. e. semper candida, quod dia & Brasavoli retinere; ut tacemus, quae plura hic de progressu

gressu familiae hujus, ejusque cum Belgica Stratorum (*Straten*), quae initio superioris seculi in Hispaniam transplantata est, cognatione, de titulis item Magnifici, Spectabilis, Egregii, Excellentis, Magistri, aliisque, quibus aliqui ex gente Brasavola gavisi sunt, accurate differuntur. Praetermittimus ejus familiae Genealogiam authenticam, ex archivis capite III depromptam. Nec immeritum illis, quae cap. IV de scissione familiae in duos ramos, & cap. V de insignibus ejus passim mutatis aut auctis disputat. Prolixum est caput VI, quo singula inscriptionis supra memoratae verba, ex antiquitatibus & historia litteraria illustrantur. Hinc, ut alia praetermittamus, natum fuisse Brasavolum discimus die 16 Jan. anni 1500: tum patuisse in eo singularem animi constantiam, quod, cum A. 1550 Hippocratis libros Epidemicos publice interpretanti famulusedium ipsius incendium nuntiasset, quod mox campanarum pulsus confirmaverit, nihil territus responderet: *comburentur, nam hinc discessurus non sum, priusquam integram lectionem non perfecerim*: libros denique, quorum, qui prodierint, Auctor numerat quadraginta sex, viris Principibus inscripsisse, exemplo Musae Caesaris Archiatri, qui libellum *de Herba Vestonica* M. Agrippae, & alterum *de bona valetudine Maecenati* dedicaverit; qua occasione significat Noster, se pluribus de manuscriptis Brasavoli in *Bibliotheca sua Scriptorum Ferraricorum*, mox proditura, acturum. Capite VII de Brasavolis eruditis, & demum VIII de his, qui in saepe claruere, agitur. In illis B. Donatus Brasavolus ob singularem pietatem commendatur, eique cognomen Prophetae datum vulgo fuisse innuitur, quippe quod & in sermonibus ad populum factis multa eventu probata, & morti vicinus diem atque horam mortis praedixerit. Singulare est, quod de Johanne Brasavolo, eruditissimo viro, memoratur, qui A. 1536 octogenarius decessit, eum per totum vitae suae spatium nil praeter fructus manducasse. Inter eos vero, qui hodiernum supersunt, imprimis eminent Rodolphus Brasavola, qui Romae Academiam *Imperfectorum* & eorum, qui *Indispositi* vocantur, ad excolendas humaniores litteras, & *Instructorum*, ad instituenda exercitia Juridica fundavit, quaeque ab Academicis profecta sunt ingenii monumenta, ibidem A. 1674, 8 edidit, sub titulo *Academia degli*

In-

Intricati, Imperfecti, & Indispositi: Componimenti varj eruditi.
 Plura in honorem generosissimæ Brasavorum familiae afferri
 possent, si nobis in his liceret esse prolixioribus.

SAMVELIS BASNAGII, FLOTTEMANVILLÆI,
Annales Politico - Ecclesiastici Annorum DCXLV. a Cæsare
Augusto ad Phocam usque. Tomus
primus.

Roterodami, apud Regnerum Leers, 1706. in fol.

Alphab. 10.

Quomodo doctissimi Casauboni exemplo Exercitationes in
 Baronium condere instituerit Clarissimus Basnagius, palam
 ostendimus in his Eruditorum Actis Anno 1692 p. 155, ubi ejus *de*
rebus sacris & Ecclesiasticis Exercitationes Historico - Criticas, in
quibus Cardinalis Baronii Annales ab A. C. 35, in quo Casaubo-
nus desit, expenduntur, recensuimus, & quid circa annum maxi-
 me 35 (ultra quem ad annum usque Christi 45 tunc progressus
 est) annotarit, paulo prolixius benevolum Lectorem docuimus.
 At ex illo tempore Viros prudentia & autoritate insignes autores
 sibi fuisse innuit, ut mutato consilio ad annales Ecclesiasticos con-
 cinnandos animum ipse appelleret, quandoquidem ex eis fructum
 utilitatis longe majorem, quam quidem ex Exercitationibus spera-
 re liceat, istoque pacto brevi quasi Tabella tota Imperii & Ecclesiæ
 imago conspici, antiquitas illustrari, hæreseos turpitudò detegi, Ba-
 roniusque emendari possit. Paruit ergo amicis suasionibus, initium-
 que scribendi fecit ab imperio Cæsaris Augusti, & post per singula
 a nato Christo Secula ulterius progressus est. Ubique Chronolo-
 giæ rationem habere accuratissimam instituit, Baroniumque adeo
 multum studuit antecellere, cujus Chronologiam tantopere distor-
 tam esse dicit, ut densissimam temporum doctrinæ noctem in-
 duxerit. Magna insuper cum sit rerum Ecclesiasticarum cum re-
 bus Imperii cognatio, easdem conjungendas omnino censuit, cum
 sibi mutuo lucem fœnerentur. Cum enim, qui ante Constan-
 tinum M. rerum potiti sunt, Cæsarum nonnulli Ecclesiam gravissi-
 me vexarint, alii Edicta in ejus gratiam, conscripserint, nonnullis
 K obla-

oblata fuerint a Christianis Apologia, hinc Acta Imperatorum, quæ vel jucunditate sua alliciunt animos, vel informandis virtute Lectoribus, vel instillando in vitia odio, visa sunt idonea, suis his Annalibus inseruit. Postquam vero Cæsares in Christi verba jurarunt, magis etiam necessarium fuisse dicit, eorum historiam texere, cum Leges in Ecclesiæ commodum multas promulgarint, Synodos coegerint, Hæreticos vexarint, & ex illis etiam nonnulli corrupta religione in orthodoxos involarint. Nec Acta Martyrum neglexit, & Synodorum ubique terrarum congregatarum, historiam solícite texuit. Temporis lapsu cum ritus bene multi in Ecclesiam irrepserint, quibus antiquitas Apostolicæ suppar, vel etiam Apostolica institutio vindicetur, plerisque, e Latinorum imprimis classe, antiquitatis larvam detraxit. Patrum, qui virtutibus lucubrationibusque suis inclaruerunt, vitam librorumque chronotaxin exhibuit, & denique hæreticos haud præterit.

In primo hoc Tomo annos ad centesimum usque a nato Christo persequitur, initio sumto ab anno ante Deum in carne manifestatum sexagesimo tertio, & ab ipsa Augusti historia. Nos ergo, quæ passim memoratu digniora annotarit, paucis in exemplis ob oculos legentium proponemus. Litem de Chronologia ab Eusebio adhibita a nonnullis motam, dum alii Julianam anni formam, alii Antiochenam, quæ ab autumno auspiciatur, ab ipso in Chronico suo expressam fuisse perhibeant, sic dirimit, ut cum annis usum fuisse Julianis probabilissimum videri statuat. Josephi Chronologiam, de regni Herodis initio ad annum U. C. 714 referendo, temere impugnari, istudque post novennium integrum demum collocandum venire, asseri præter rem a Baronio observat.

26. Creato Rege Herode sceptrum a Judæis primo ablatum fuisse, negat, factumque id jam fuisse dicit, cum extincto Sedecia, ultimo sanguinis Davidici Rege, gens Judæorum captiva ducta Babylonem fuerit. Oraculum vero Jacobæum Gen. XLIX, 10. respicere autumat Imperii, quod in Sedecia amissum fuerit, recuperationem, quam tribus Judæ in Christo sperare debeat, unde istud dictum ita esse censet: *Sceptrum legislatorve de Juda sanguine cretus ab eo non recedet in perpetuum, quia venies Silo.* Herodem nec gentilem, nec profelytum fuisse, adversus

Ba-

Baronium contendit. De oleo apud Tiberim fluente, fabulam Veterum Baroniique explodit. Opinionem Casauboni, quod triumphati Reges morti sueverint mitti a Romanis, admodum vacillare, petitis ex historia monumentis non unis probat. Herodi Regnum ideo tributum fuisse, quod Julio Cæsari pecuniam forenerasset, ceu statuit celeberrimus Harduinus, penitus inficiatur, & contra eundem, Herodem patria Atheniensem fuisse negat. De Templo ab Herode condito late disferit, verbaque Joh. II, 20. non ad Zorobabeliticum, sed Herodianum templum trahenda esse probat. Zachariam, Johannis Baptistæ patrem, summum fuisse Pontificem negat, & quæ de Virginis Mariæ miraculosa nativitate, consecratione, aliisque perhibentur vulgo, exhibilat. Sororem Mariæ virginis Mariam Cleophæ appellat. Virginitatis votum a Maria susceptum, ut Judæorum ritibus, sic Scripturæ etiam ipsi, contrarium esse innuit: Josephum duplex inuisse conjugium, veritati consentaneum censet. Uno momento carnem Christi vispiritus Sancti procreatam esse, nec, ut in generatione quidem fiat ordinaria, semen continuata serie elaboratum, die demum post conceptum circiter quadragesimo, menti suscipiendæ idoneum factum autumat. Johannis in utero exultationem cognitionis expertem facit. Mariam, pariente Elisabetha, in ejus domo adhuc præsentem fuisse probat. Perpetuam Mariæ virginitatem adstruit, quanquam eandem fidei haud esse articulum, lubens admittat. Claustra virginea a Christo esse aperta, ex antiquis ostendere Patribus annititur. Janum nascente Christo clausum non agnoscit. Annum Julianum XLI Christi nativitati assignat. Diei vero ejus natalis notitiam mortalium mentibus subtractam perhibet, cujus quippe sive in Evangelio, sive in Apostolicorum seculorum monumentis, vestigium nullum impressum sit, partemque & erroris & superstitionis aliquam vocat, quod indubitanter certoque Decembris dies vigesimus quintus heic plerumque nominetur. Baronio quoque errorem evellit, qui ex Synodi sextæ autoritate, Christum feria prima editum existimat. Magorum nomen nec honorificum apud Matthæum, nec eos Reges fuisse admittit. Quod tres eorum in Judæam se contulerint, quibus argumentis probari possit, nescire se ingenue profitetur. Sibyllarum vaticinia in nu-

pag. 26.

31.

65.

68.

84.

85. seq.

91. seq.

93.

97.

100.

101.

103.

105. seq.

113.

114.

117.

121.

128.

129.

130.

- pag. 147. mero piarum, quæ vocentur, fraudum habenda cenſet, latiusque
 163. de iisdem diſſerit. Translationem virginæ Mariæ cubiculi in Ita-
 166. liam operoſe reſellit. Sectarum Judæarum antiquitatem, ſingu-
 174. larumque hiftoriam exponit. Therapeutas e numero Chriſtiano-
 178. tum eximit. Apollinis oraculum de puero ſilentium ſibi indicente
 explodit. Sadducæos non Moſis ſolum libros, ſed totum etiam
 179. Vetus Teſtamentum ſuſcepiffe cum Scaligero exiſtimat, horumque
 180. autorem nobis eſſe incognitum tradit. Quod Phariſæi metem-
 187. pſychoſin crediderint, ſibi haud perſuadere vult. Opinionem,
 192. quod Herodianum Herodem Magnum pro Meſſia habuerint, ab o-
 193. mni veri ſpecie abhorreſcere obſervat, iſtoſque potius pro miniſtris
 232. Herodis Antipæ agnoſcit. Annam Caiſamque Pontificali ſimul
 241. dignitate ornatos fuiſſe cenſet. Majorem Chriſti, quam Johannis
 252. baptiſmo efficaciam tribuit. Epiſtolam Chriſti ad Abgarum in-
 267. ter ſuſpoſititias rejicit. Nathanaelem ex Doctorem Legis nu-
 mero exemptum Apoſtolorum choro inferit, ipſumque illum
 eſſe ait, qui alias Bartholomæus nuncupetur. Baptiſmum
 281. Petri a Chriſto peractum impugnat. Contra imaginem Abgarum
 282. a Chriſto miſſam diſputat. Publicanos Ethnicos fuiſſe haud ad-
 mittit, ac Mathæum adeo ex Ethnicorum quoque claſſe eliminat.
 286. Sabbathum ſecundo-primum cum Scaligero pro eo habet, quod
 288. ſq. ſecundam azymorum feſtivitatem proxime exceperit. De Apo-
 ſtolata prolixè diſſerit. Singularis eſt expoſitio vocabuli *ἱερέων*,
 292. Marc. III, 21 de Chriſto prædicati. Putat enim affines Chriſti,
 audientes eum inſolita docere, diſcipulosque colligere, in metu
 fuiſſe, ne vel popularis adverſus Romanos ſeditionis invidia, vel
 infamiae dedecus in familiam redundaret. Voluiſſe ergo eos as-
 ſerere, Servatorem mentis compotem ſatis non fuiſſe, ut factorum
 doctrinarumque ejus habendam non eſſe rationem omnibus per-
 296. ſuaderent. Mariam Magdalenam, peccatricem illam, Lazari ſo-
 305. rorem haud fuiſſe indicat. Gadarenos non vult habere cum Ba-
 ronio pro Judæis, nec tamen huic affirmanti, quod Judæi illicite
 307. artem exercuerint ſuarum, adſtipulatur. Statuam ab hæmor-
 308. rhouiſa Chriſto poſitam infringit. Petri primatum modis omnibus
 315. enervat. Ea nocte, qua Paſcha comestum fuerit, diſcipulis ſuis
 317. pedes abſuiſſe Chriſtum totus abnuat. Chriſtum in ultima cœ-
 na.

na Pascha Mosaicum participasse affirmat, eodemque id cum Judæis die factum reputat. Judam ab Eucharistiæ usu haud excludit, & institutæ Eucharistiæ occasione varios circa eam ritus olim observatos explanat. Uxorem Pilati disciplina Judæorum fuisse imbutam, somniumque ejus pro divino habendum venire statuit. Cracem Romanorum alienam a Judæorum suppliciis facit. Annum Christi trigesimum tertium pro ejusdem emortuali venditat. Diei Dominicæ celebrationem ex cana antiquitate derivat. Traditionem de miraculis Christi Tiberio a Pilato indicatis, deque ejus propensione ad ejus apotheosin inter frivolas fabellas rejicit, Pilatique ad Tiberium epistolam subdititiis annumerat. Agrippam & Herodem Tetrarcham, secus atque visum Harduino, homines omnino diversos fuisse innuit. Secundo demum seculo vertente, baptizatorum unctionem & consignationem manuum, impositione peractam emeruisse asserit. Simonem Magum se, pro summo Deo venditasse, haud credit. Paulum in oraculo Davidico Pl. LXVIII, 28. agnoscere recusat, ac varia de cætero ad ejus historiam pertinentia accumulatur. Cajum Caligulam omnino in Templo Hierosolymitano coli voluisse, asseverat. Philoni honorem Scriptorum Ecclesiasticorum invidet, & Apionem tanquam Scriptorem vanissimum exhibet. Antiochenæ Ecclesiæ foundationem Petro abjudicat. Fundamentum quoque Hierarchicorum de primatibus a Petro institutis convellit. Petri Episcopatum Romanum æque ac illius in urbem profectionem, Claudio imperante susceptam, impugnat. Nullam Simoni statuam a Romanis consecratam fuisse credit. Symbolum, quod vocatur, Apostolicum ab Apostolis conditum minime agnoscit. Ligneam Petri cathedram Romæ custoditam ridet, deque Episcoporum & Presbyterorum cathedris doctum sermonem instituit. Jacobi iter in Hispaniam figmentis associat. Nullum Patrum quartum ante seculum illi de Thecla fabulæ fidem adjunxisse observat. Hinc Apostolorum, quæ vulgo crepantur, peregrinationes examinat. Ævo Apostolico Evangelium apud Americanos promulgatum fuisse, persuaderi sibi minus patitur, nec Gallias Apostolorum ætate luce Evangelii sic perfusas admittit, ut Ecclesias Episcoposque habeant. Parili modo Trophimi in Gallias missionem impugnat,

pag. 399.
363.
366. seq.
383.
409.
427.
433.
435.
456.
472.
476.
478.
496.
499.
500.
502.
506.
522.
526.
527.
534.
535. seq.
549.
555.
563.
568.
571.
572.

- pag 573. Trophimumque Arelatensem in seculum tertium se conferre jubet. Pauli expeditionem Hispanicam pro commento agnoscit.
574. Ludorum secularium, a Claudio celebratorum, originem & rationem indagat. Assumptionis Mariæ traditionem nullis niti fundamentis solidis ingeminat; imaginesque ejus pictas contemnit, ratus, quod virginis ævo illicita Judæis pingendi ars fuerit, atque illi ab hac quam maxime abhorruerint. Per *πρωσίας* Act. XV, 20 tam communem illam, quam religiosam scortationem innui
610. arbitratur. Barnabæ epistolam apocrypham facit. Proseuchas à
617. seq. Synagogis studiose secernit. Horas Canonicas Apostolorum ævo
624. haud coepisse frequentari monet; & ab iis in vigiliis delabitur, quarum usum antiquissimum reperiri nullus abnuat, quanquam
628. 629. ne excepto quidem celeberrimo Paschatis pervigilio, nonnisi Apostolis in cinerem redactis, eundem in Ecclesiam introductum esse, audacter affirmet. Aram Atheniensem, cujus mentio Act. XVII, 23 vero Judæorum Deo consecratam arguit. Votum Paulinum, Cenchræis perfolutum, Nazareatui apponit. Exorcistarum ordinem ad humanam institutionem refert. *Πασις* Ephesiorum cum magicis miscet artibus. Pauli *Θηριομαχίας* metaphorice capere, quam proprie, eumque uxoratum, quam coelibem, dicere mavult. Primo, secundo & tertio adhuc ineunte seculo, communia fuisse virorum & mulierum apud Christianos oscula conjicit, horumque in ceteroniis Ecclesiæ usum explanat. Occidentis Clerum olim barbatum processisse, adversus Baronium, rasuram barbæ iis tribuentem, demonstrat. Quantopere antiqua unctionis materia ab hodierna illa Latinorum discrepant, uberius indigitat. Lucam Evangelistam a Medico distinguit, & Lucam a Paulo nominatum eundem cum Lucio facit. Epistolam ad Hebræos Paulinam constituit, sed linguam ejus primigeniam Hebræam fuisse non æque admittit. De reliquis Apostolorum epistolis, quæ suo loco inspergit, prolixum foret nimis heic repetere. Communia olim extitisse Presbyterorum Episcoporumque officia & privilegia, planum reddit. Petrino in urbem Romanam adventui fidem haud detrahit. At Hebraicum Matthæi Evangelium respuit. Volatus Simonis Magi insulsus ipsi penitus videtur. Petri & Pauli martyrium in annum sexagesimum quintum collocat.
- 713.
- 715.
- 716.
- 723.
- 727.
- 729.
730. seq.
- 734.

Calendariorum usum in Ecclesiis, ante seculum secundum jam adultum, non admittit. Marcum de LXX discipulis unum fuisse, Nostro haud aridet, nec eum martyrio mortem obiisse, sibi persuadet. Hæresin Nicolaitarum dum tangit, vocabulorum ex Hebræa lingua petitorum, quorum ex ignoratione Patres hæreticorum istorum sensum non semper assecuti fuerint, explicationem subministrat. Domitiani, Dei titulum assumentis, arrogantiam perstringit, ejusque non minus crudelitatem atque libidinem severe notat. De Timothei martyrio pendet animi, atque martyres alioquin multos statuere, parum ambigit. Nervam imperium abdicasse, ut vult Clarissimus Dodwellus, non autumat. Narrationem de latrone a Johanne Ephesum revertente converso, male se habere non dissimulat, multaque in eadem carpit.

pag. 743.
752.
789. seq.
796.
805.
807.
814.
815.

Hæc e Tomo Basnagii primo placuit decerpere, quæ, ut speramus, assatim probabunt, multa in eodem loca librorum Novi Testamenti quorumlibet illustrata exhiberi, pretiosissimumque variz eruditionis thesaurum inibi recondi. De secundo, tertioque Tomo, qui una cum hæc prodierunt, proxime dicturi sumus.

*SALVATION BY JESUS CHRIST ALONE, THE
whole intermixed with several practical Reflections, by
THO. STAYNOE.*

i. e.

*TH. STAYNOE MEDITATIONES THEORETI-
co-Practica de Salute unice per Jesum Christum
obtinenda.*

Londini, apud B. Tooke, 1704. in 8vo.

Constat Alph. 2, & 7 plag.

Compluribus receptum est annis, & usitata primitivæ adeo Ecclesiæ Doctoribus consuetudo, mysteriorum Divinorum irriforibus stupenda opponere naturæ prodigia, ad res attento humanas ubivis obvia, quibus revelata Divinitus Christianorum sacra non certo quidem demonstrantur, luce tamen aliqua extrin-

- fecus collustrentur, atque ita profanorum judicio, ac si sanæ absurda forent menti, liberentur. Qua Theologorum prudentia hæcenus quidem cœlesti Prophetarum ac Apostolorum sapientiæ suus constabit honos, nunquam tamen cessarunt homines, in rebus rationi subjectis nimium sibi sapientes, fidei in Christum simplicitatem undique rodere, & cavillis quibuscunque proscindere. Motus hac Socinianorum pertinacia Doctissimus *Thomas Staynoe*, Minister Ecclesiæ Anglicanæ Londini celeberrimus, inquirere sustinuit, quidnam obtaret amplius, quo minus hi cum cæteris, quibus annumerari volunt, Christianis sincere credant, nostram non nisi Christi meritis obtineri salutem. Cumque nihil aliud prætexere illos senserit, quam quod dogma hoc, prouti ab adversariis suis proponitur, prudentis cupiscunque reclamet judicio, diligentissime fori humani observavit consuetudines, ut vel ex illis clarissime efficeret, Divinum redimendi homines modum respondere exasse legibus & rationis & justitiæ humanæ. Ea autem utitur demonstrationis methodo.
- Cap. 1. 2. Primo generatim monet, nunquam Deum tam pretiosum impensurum fuisse liberandis æterno exitio hominibus *λύτρον*, filii sui *μονογενῆς* sanguinem, si viliori redimi potuissent, quippe quod a divina sapientia foret alienissimum. Dein supponit, salutem, quam promittit Evangelium, comprehendere & peccatorum remissionem, & vitæ æternæ largitionem, quarum neque illa detur absque expiatione, neque hæc sine sanctitatis restitutione. Utrumque igitur redemptionis opus ut quis dextre perageret, talem a sapientissimo Numine constitutum esse Sospitorem, qui & Deus simul esset & homo, & non nisi unicus tamen Mediator, stupenda quidem duarum in *Θεανθρωπίω* naturarum unione, sed qua offendi nemo mortalium jure meritoque possit, quandoquidem ne in humanis quidem omnem unionis rationem captus noster penetret, neque plane inauditum sit, multo minus absonum, quibus res inter Israelitas gestæ innotuerunt, Deum Angelosque, humana indutos specie, mortales visitasse. Etenim placare, qui in Deum peccarunt, homines neminem potuisse, nisi qui & Deus esset & homo: Deus ut læso satisfaceret divini piaculi pondere Deo, homo ut pro hominibus capitali supplicio dignis sustineret mortem, id quod huma-

manum est. In hac Redemptoris officii parte, varia quidem Soci-
 manios desiderare, quæ autem rectius ponderata subito evanescent,
 cum nulli innitantur fundamento. Instare illos : delinquentes
 ipsos supplicio esse afficiendos, non qui ab omni immunis fuit
 culpa, Jesum Christum ; sed regeritur, nihil magis in foro rece-
 ptum esse humano, quam ut alter alterius solvat debitum, & si forte
 in capitis delicto concedatur nemini, ut alienas sustineat partes,
 cum vitæ nobis adimendæ potestas non penes nos sit, sed penes
 Deum, id tamen potuisse Redemptorem nostrum, qui non sit al-
 terius, sed suo fruatur libere agendi arbitrio. Obijcere illos por-
 ro : mortem, quam Christus sustinuit, fuisse temporalem, quam
 autem homo promeruit, poenam esse æternam ; sed reponi, va-
 dem nostro loco luentem Divina præditum esse majestate, ex qua
 infinitum merito ejus accedat pondus. Urgeri tandem : Deum
 haudquaquam pati posse, multo minus propterea, ut se ipsum ab
 hominibus offensum in propria causa expiaret ; ast responderi,
 neque Deum qua talem pati, sed qua Θεάνθρωπον, neque istam
 animi lenitatem & placabilitatem, qua offensi sponte nostra in-
 gratiam redire studemus cum inimicis, Deo esse indignam, quip-
 pe quam toties suis commendavit, suoque sanctissimo exemplo
 approbavit. Sicuti igitur rectissime assentitur, non nisi a Deo in
 carne manifestato placari potuisse homines : ita quoque alterum,
 non nisi ab eodem instaurari posse illorum justitiam, quandoqui-
 dem ipsimet per contractam sibi ex primo parente labem, perfe-
 ctam legi præstare nequeant obedientiam, quod potuit Servator
 noster sanctissimus. Quinimo sicuti merus homo, quæcunque
 præstare potest bona opera, legi Divinæ debet, adeo ut fructuum,
 quos inde carpit, nemo præter ipsum fieri queat compos, sic Re-
 demtor Deus obedientiæ suæ merita transferre in alios potest, quo-
 niam a lege est immunis, neque præmiis, quæ promittit, indiget.
 Cui alieni meriti imputationi lucem hinc inde affundit clarissimam,
 ex vulgariis in foro humano commerciis, ut *περδοξίας* super-
 borum, quibus minus aridet sapientia Deo in opere salutis ma-
 nifestata, propriis armis prosternat ac conculcet. Optarem au-
 tem, ut clarissimus Auctor, pro ingenii sui libertate, aliquot non
 immiscisset paradoxa hisce mysteriorum Divinorum vindiciis, quæ

Theologorum examini relinquimus. Tacemus Synergismum, cui addictus passim videtur. Illa vero novitatem spirare, vix asserere dubitamus, quando statuit: Deum in carne manifestatum esse imaginem, ad quam homo conditus sit, pag. 83, 85, 86; neminem in hac vita actu justificari, pag. 139 sq.; Gentilibus, quibus Christus, dum vixerunt, absque eorum culpa non innotuit, post resurrectionem Evangelium iri annunciatum; triplicem fore mortuorum e terra resurrectionem, primam piorum ad mille annorum in his terris regnum, alteram Gentilium ad audiendum Evangelium, & ultimam malorum ad iudicium. Quæ postrema asserta singulari disertatione, priori volumini ad calcem adjecta, demonstrare Auctor adlaboravit.

LA VIE DE MR. DE MOLIERE.

VITA MOLERII.

Amstelodami apud Henr. Desbordes, 1705, 12.

Constat plag. 9.

NON male operam collocavit, quisquis celeberrimi apud Gallos Comici, Molerii, vitam in hoc opusculo consignavit, monumentis ad id, ut videtur, satis instructis, quem *de Grimmares* vocari, ex titulo alterius libelli, *Les Campagnes de Charles XII, Roi de Suede*, eodem anno Hagæ editi discimus, ubi palam se vitæ hujus auctorem profitetur. Natus est *Johannes B. prista Pocquein* Parisiis, patre & avo textoribus, & in domo patris texendis aulæis aliquandiu operam dedit. Cum vero ab avo aliquoties fuisset ad ludos Comicos ductus, coepit paulatim a textoria arte abhorrere, tandemque impetravit a parentibus, ut se studiis imbui in Collegio Jesuitarum sinerent. Hinc intra quinquenniū non modo humaniores literas, verum & Philosophiam ipsam sibi reddidit apprime familiarem, & Gassendum diligenter audivit, commilitonibus usus Bernerio, de Chapelle & Cyrano de Bergerac. Mox ut suarum virium in re Comica periculum faceret, adscito, dubium qua de causa, *Molerii* (Moliere) nomine, societatem theatralē cum Parisiensibus nonnullis inivit, a quo instituto parentes eum avocare frustra tentabant. Nulla tamen fide a pravi alioquin scriptore tradi putat Noster, clericum ab illis subornatum, ut

ut gravibus argumentis ab ea vitæ ratione juvenem abstraheret, a Molerio contra peremptum fuisse, ut eandem ipse amplecteretur. Relatis inde Parisiis, ad alias Galliarum urbes cum sociis profectus est, & primum sœtum, quem *L'Etourdi* vocat, Lugduni publice in theatro representavit A. 1653, Lutetiamque reversus A. 1658, brevi favorem aulæ obtinuit, & annuam deinde mille librarum pensionem a Rege accepit A. 1664, sequenti anno sex mille libris auctam. Hic quo primum tempore drama quodque representatum, quoque plausu exceptum a spectatoribus fuerit, pluribus recensere, supervacaneum ducimus, ea potius delibaturi, quæ ad personam & mores Molerii propius attinent, & relatu magis digna videri possunt. Tussim contraxerat graviorem, & sanguinem exspuebat Molerius. Quare moderate vivebat & solo fere lacte nutriebatur, & cum amici eum salutarent, Actori cuidam suo, cui nomen Baron, id quandoque muneris dabat, ut hospites jucunde suo nomine exciperet. Accidit autem, ut cum cœnam aliquando in seram noctem traxissent Baro & reliqui, omnesque bene poti essent, sermonem inter se de miseria vitæ humanæ haberent, & rerum humanarum pertæsi, uno ore omnes decernerent, se vitam proximo, quod ante ædes erat, flumine finituros, atque adeo suaviter inter mutuos amplexus morituros. Mox scapham conscendunt, fit rumor, accurrunt famuli, quos illi, ne ab instituto impediri possent, strictis gladiis in ædes suas rejiciunt. Supervenit his demum Molerius, & irarum causas sciscitatus, cum eos adeo ad mortem paratos cerneret, ut poena dignissimos crederent, quicumque propositum tam nobile impedire præsumerent, tum objurgatis primum in speciem famulis, mox ita socios compellat: num qua in re vos offendi, o mei, quod tam belli consilii me participem esse noluisistis? an sine me, quem vobis tam familiarem creditis, mortem oppetere animus est? quin ego vobiscum moriar. Verum consulto rem agere opus est; gloriosam esse oportet, quæ postrema futura est, actionem, non ignominiosam. Et quid judicaturos homines creditis, si nocte obscura, ut desperabundi & temulenti solent, submergamur? Quin potius oportunitiori tempore tam nobile propositum exsequamur. Cras, ipso mane, hora inter octavam & nonam media, adspectante in-

14.

39.
67.

91.

98. sq.

genti hominum caterva, jejuni omnes saltu nos in fluvium projiciamus. Hoc pulcro commento, si vera tamen sunt, quæ Auctor magna fiducia asserit, facile in viam reduxit socios Molerius, eosque certæ morti eripuit. Hujus generis alia referuntur plura, quæ ingenium Molerii produunt, & legi apud Auctorem merentur. Caterum non modo Actoris, speciatim Comici, personam in theatro egregie expressit, & eloquentia externa præ cæteris excelluit, verum & in Philosophia multum versatus, Gassendum quidem magis, quam Cartesium secutus est. Rohaltum quoque amicicum habuit, cujus tamen imaginem repræsentavit, cum Philosophum in dramate, quod *le Bourgeois Gentilhomme* inscribitur, exhiberet, & ne quid characteri deesset, pileum quoque ab eo mutuo petiit. At in Benseradium, Poetam elegantem, qui aulæ favore plurimum nitebatur, male animatus fuit. Itaque ut eum deridendum propinaret, carmen ad genium Benseradii composuit in laudem Regis, dissimulato nomine, quod cum illico omnes Benseradio adscripsissent, neque is multum repugnasset, se ipsum postea palam auctorem professus est, eoque arrogantiam illius haud parum castigavit. Quantum ad matrimonium ejus, non negat quidem Noster, Molerio non optime cum uxore convenisse, at Cl. Bælium, indigno quidem testimonio nixum, aliosque a vero alieniora tradere scribit; quin ita asserit amicorum opera reconciliatos fuisse conjuges, ut, quo magis uxori obsecundaret, relicto lactis usu, carnibus iterum vesci coeperit Molerius, eoque latentem morbum denuo provocaverit. Neque diu superfuit; nam, cum drama *le Malade Imaginaire* tertia vice repræsentandum esset, sensit mortem sibi haud dubie imminere, neque id coram uxore dissimulavit. Tametsi vero ea, ne illo die repræsentationi interesset, impensè rogaret, nihilominus institutum persecutus est; initium tamen repræsentationis justo maturius fieri voluit. Et observatum facile a spectatoribus, non fingi a Molerio morbum, cum personam ægroti induisset. Absoluto penso, paulatim calor naturalis defecit, moxque delatus domum, ingentem vim sanguinis expuit, dumque accersiri uxorem jussit, inter duarum monialium, quæ forte aderant, pios sermones expiravit A. 1673, die 17 Februarii, relicta filia unica, paternarum virtutum hærede.

De

Deductum est magna celebritate funus, etsi nonnulli solenni ritu
 efferendum esse negassent; certatim & Poetae epitaphia compo- 187.
 sere, quae inter eminent, quod Vir quidam doctissimus, qui illu-
 stris hodie Praefulis munere fungi dicitur, fecit:

Plauderat, Moleri, tibi plenis Aula theatri: 190.

Nunc eadem moerens post tua fata gemit.

Si risum nobis movisses parcius olim,

Parcius heu! lacrymis tingeret ora dolor.

Ubi de operibus ejus aliquid addit Auctor, meminit, eum Lucre- 198.
 tium in Gallicum idioma traducere conatum, ita quidem, ut
 bellas descriptiones carmine, philosophica vero prosa oratione ex-
 presserit, jamque magnam versionis partem fuisse absolutam; at-
 cum forte ex ejus famulitio quidam chartae, cui inscripta erat,
 particulam detractam renovando capillamento impendisset, Mo-
 lerium indignabundum totum manuscriptum Vulcano tradidisse.
 Denique cum in dubio haecenus fuerit, utrum causas in foro ju- 199.
 venis egerit, nec ne? a propinquis ejus sibi relatum ait Noster,
 Molerium cum socio amico juri operam dedisse, verum ita muta-
 tum postea fuisse utriusque statum, ut socius abdicatis litteris co-
 micam vitam amplexus fuerit, cum Molerius interea juris studium
 urgeret; at illo cum Musis reconciliato, Molerius ipse hanc vitae
 comicæ rationem inierit.

*PARALLELE DU CARDINAL XIMENES, PRE-
 mier Ministre d'Espagne, & du Cardinal de RICHE-
 LIEU, Premier Ministre
 de France.*

Sive

*COMPARATIO XIMENII HISPANI CUM RI-
 CHELIO Gallo Cardinale, auctore RICHARDO
 Abbate Gallo.*

Roterodami, apud Jo. Malherbam, 1705, n.

Constat plag. 9. pag. 212.

Vitas virorum toga vel sago illustrium qui scripserint, bene-
 multi sunt, Comparationes vero illorum paucissimi institue-
 runt.

sunt. Magnum in hoc difficillimo scriptionis genere Plutarchi inter veteres nomen est, cujus vestigia ex recentioribus Gallis nostra ætate Varillasius, Evremontius & Rapinus pressere, quorum illi duas tantum, Caroli nimirum Quinti Cæsaris & Francisci I Galliarum Regis, Ludovici item XI Galliarum & Ferdinandi Catholici Hispaniarum Regis: *isti vero tres*, Alexandri puta & Cæsaris, Condæi ac Turenii Ducum, & Cornelii atque Racini Tragicorum inter Gallos celebrium; *Rapino* denique Ciceronis ac Demosthenis, Homeri & Virgilio, Pindari ac Hæratii, aliorumque vitas *καλλήως* scriptas debemus. Ad illorum imitationem, Richardus Abbas noster *Francisci Ximenii de Cisneros* Hispani, cum *Armando Julio Richelio* Gallo Cardinale, comparisonem adgressus est, quorum paria in patriam merita, paria pro extollenda Regum auctoritate studia, paria tandem procerum utriusque regni adversus illos odia, centum sectiunculis recensuit.

Argumenti hujus tanta est amplitudo atque majestas, ut legentium oculos admirabili quadam delectatione adsciat. Ut enim plenam absolutamque vitæ & factorum seriem non complectatur opusculum, singularis tamen ortus atque fatorum in Ximènio & Richelio convenientia deprehenditur. Uterque a tenuissimis initiis ad summum humanæ felicitatis apicem emerit. Ximènius anno 1457 in oppidulo Tordelaguna natus: Richelius Parisiis quidem anno 1585, d. 5. Sept. in lucem editus, sed patre adeo ad incitas redacto, ut Richeliam viduam insignia S. Spiritus, cujus equestris Ordinis Socius olim fuerat maritus, vendere oportuerit, quo justa defuncto persolvere, & lugubria induere posset. Uterque ex Monacho Aulicus, ex Clerico primarius Status Administer factus, variis aulicarum vicissitudinum turbinibus jactatus sæpenumero, sed eluctatus semper fuit. Uterque mirum blandientis fortunæ spectaculum, fatis ita prælagientibus, ne posteritati novum Episcopi militis, novum Cardinalis Romano Pontifici obstreptantis exemplum deficeret: qua in re Ximènius P. Francisci Ruizii, e Discalceatis Monachi, Richelius vero P. Josephi, Capucini famosissimi, cujus vitam nuper editam vidimus, opera perutiliter usi sunt. Uterque regnandi artium peritissimus, in deliciis Principis sui fuit, ac modo composita ad fallendum
fron-

fronte regiminis abjiciendi propositum simulavit, modo contractis undiquaque viribus adversariorum consilia mature discussit. Utere que doctorum Mæcenæ ac Musarum restaurator audiebat: & Ximenius quidem editis a se Bibliis Complutensibus, Richelius autem Polyglottis Bibliis obstetricas manus admovento, æternam nominis celebritatem inter litteratos consequutus est; qua de refectione supra vigesimam septima fufius ab Auctore disseritur. Ximenius Oranense castellum in Africano littore, ex quo Mauri barbari in Hispaniam commodissime transfretare poterant, novæ ac incredibili ausu, expeditione plane nova, quam suis ipse sumptibus adornaverat, suaque ipse præsentia feliciter confecerat, subjugavit: Richelius in Rupella capta, prostratis Reformatorum in Gallia viribus, & rejectis Anglorum auxiliis, non minorem gloriam adeptus est, quando ipse Cardinalis tunc temporis exercitus Gallicani supremus ductor, & sacrae, quam ita nominaverat, militiæ coryphæus ac triumphator extitit. Ximenius Navarrae Regnum Ferdinando Hispaniarum Catholico Regi adquisivit: Richelius Ludovico XIII Catalauniam & Ruscinonensem Comitatum. Ximenius pervicacissimorum Magnatum potentiam infregit: Richelius idem Cuiarum & Procerum Gallicorum auctoritatem Regis unius arbitrio subjecit, & rebellium provinciarum conatus festinantissima dexteritate elusit.

Atque in his omnibus mirum in modum ambo isti Cardinales inter se conveniunt; in eo tantum maxime dispares, quod Ximenius ab univerfa Hispania diligeretur, Richelius in odia Galborum omnium incurreret; quod Ximenius pietatis officia constantè exsequutus, a sacris functionibus sedis Toletanæ rarissime abfuerit, Richelius externos solum religionis ritus & caerimonias fucata affectatione expleverit; quod Ximenius Isabeliæ Reginae, cujus beneficio ad Archiepiscopatum Toletanum & Primateum Hispaniæ pervenerat, gratum animum contestatus sit, Richelius Mariam Medicæam benefactricem, apud Colonienfes exteros exulem, in magnis rei domesticæ angustiis perire coegerit: tandem, ut palmarii capitis haud obliviscamur, quod Ximenius octogenario major senex, citra expectationem aut meritum, Caroli V Cæsaris, tum adhuc juvenis, jussu a clavo regni deturbatus, præ-

maerore vitam clauferit: Richelius e contrario, præter omnia præcerum molimina ac civium vota, ad ultimum usque vitæ halitum, Regiæ voluntatis interpres, & Senatus sanctioris Præses, omniumque negotiorum princeps administer permanferit, atque adeo annum ætatis 58 nondum egressus, pene inter amplexus, certe inter lacrymas Ludovici Regis & Augustæ Domus Principum, qui lætulo decumbentis adfiterunt, expiraverit.

MONUMENTI, AELIA LAELIA CRISPIS, HISTORICA Explicatio. Fragmentum antiquum in Bibliotheca FRANCISCI MASTRII reperitum.

Venetis, typis Hier. Albricci, 1702, 4.

Constat plag. 5, pagg. 36.

Marmorum vetustiorum inscriptiones adeo sæpenumero difficiles ac perplexæ sunt, ut a paucissimis rite explicentur, & vel iis negotium facessant, qui cum Evandro se colloquutos fuisse, aut abstrusissima vetustatis mysteria detexisse gloriantur. Omnium enimvero difficultates una quasi in se derivasse videtur. *Aelia Laelia Crispis*, famosum illud Bononiensis cujusdam monumenti epitaphium, centum jam quinquaginta, & quod excedit, annis, a præstantissimis Itatorum Germanorumque ingeniis acerrima disquisitione examinatum. Extitit olim Bononiæ in villula Marci Antonii de la Volta, Patricii Bononiensis, quæ porta Mescharella egredientibus primo ab urbe lapide se statim offert, atque a Carolo Casare Malvasia, cujus de hac *Aelia Laelia Crispis* Tractatus a nobis in Actis anni 1684 p. 263 sq. recensitus est, circa annum superioris seculi quadagesimū octavum adhuc visum est, quod in latitudine uncias triginta circiter, in longitudine uncias triginta sex habuisse, atque ex marmore versicolore albo & rubro, præ vetustate obscuro, rudibus litteris ad magnitudinem non unius unciz integræ sculptis constitisse, & inscriptione, qualem l. c. p. 264 exhibuimus, signatum fuisse memorat. Multum hæc ab illa differt, quam Mediolanenses Academici publicarunt, cum ænigmatis enodationem Philosophis Patavinis proponerent, & idcirco tabellam.

epi-

epitaphii quibusdam in locis nonnihil immutatam, A. 1547 ad Antonium Catharum, J. U. D. magnum ævi sui apud Patavinos antiquarium, mitterent. Hanc enim, post Catharum, statim alii quoque sapientiæ ac eruditionis laude præclarissimi doctores illustrare adgressi sunt, ex quorum censu Marius Michael Angelus in epistola ad Christophorum Madrutium, Tridentinæ sedis Antistitem & S. R. E. Cardinalem, *Æliam Leliam Crispin de Aqua Pluvia*, Richardus autem Vitus Basinstochius, Patavii tum temporis studiorum commoratus gratia, de *Niobe in Saxum conversa*, interpretatus est. Qui posterior etiam brevi post, eodem nimirum anno 1547 vix. exeunte; speciali epistola ad Marcum Mantuam Benavidium, Equitem atque J. C. tum Patavinum, scripta; Marii sententiam de *Aqua Pluvia* refutaturus, ænigma dictum de *Anima* quoque exposuit; & quum interim novus inscriptionis tenor ex archetypo Bononiensi in lucem exiisset, eumque Joannes Turrius Brugenſis ad *Materiam* applicaret, tunc nova iterum & tertia quidem interpretatione, quam responsionis ad Tarrium nomine idibus Januariis anni 1567 exaravit, de *Idea Platonicorum* explicuit. Successit illis Nicolaus Barnaudus, Medicus Gallus Delphinæ, qui velut alter quidam Oedipus Sphingi huic satisfactorius, ænigmaticum Bononiense epitaphium de *Lapide Philosophorum*, seu metamorphosi metallorum chymica, intelligi debere contendit; scripto eam in rem Lugduni Batavorum d. 25 Nov. 1597 ad Mauritium Principem Auriacum commentariolo, qui cum Marii, Viti atque Turrii de hac *Ælia Lelia Crispi* opinionibus, Dordrecht apud Jo. Leonardum Berewoytum anno 1618, in 8, Solem adspexit, atque nunc inter rarioreſ illius argumenti libellos numerandus est. Plures hujusmodi commentatiunculas alicubi inter schedas litterarias deliteſcere, vix dubitare habemus: atque is ipſe, quem supra nominavimus, Carolus Cæſar Malvaſia Comes, inter *Marmora Felfinea*, quorum Inſcriptiones Bononiæ A. 1699 edidit, ſectionis decimæ capite primo fol. 577 ſq. hoc argumentum denuo pertractat. Quo quidem in loco non tantum ſuam de *Filia promiſſa in Sponſam, ſed abortivæ forſan enecta*; verum & aliam Petri Menguli, Prioris S. Magdalenz Bonon. quam d. 21 Jun. 1681 ad Malvaſiam miſerat, de *Regula ſcilicet Caſſianis*, (a Fr. Eodoringo Andalao,

M

Fun-

Fundatore Religionis Militaris Equitum S. Mariæ, sibi & successoribus religiosis propositam, & in prima sacra domo expositam) Sententiam adducit: addita insuper epitaphii hujus historico-mythica interpretatione, ab Alexandro de Nigris, Jo. Francisci Filio, exasciata, cui celaturam lapidis famosi, cum variorum de *Elia*, *Lelia* conjecturis ad oram marmoris adnotatis, subjungit, doctam hercle, & dignam omnino, quam ex laudatis Malvasia Mar-moribus Felsineis, vel hac sola occasione, Actis hisce denuo (confer Anno 1684. pag. 263, & Anno 1691. pag. 4.) infereremus. Caterum haud facile nobis quisquam persuaserit, decantatissimi ætigmati famam, Virorum in hoc scientiarum genere illustrium, Joannis puta Sættii, Josephi Scaligeri, Jani Gruteri, Thomæ Reinesii, Marquardi Cædii, Raphaelis Fabretti, aliorumque oculos aut lucubrationes effugere potuisse.

Non parum ergo literatus Orbis V. CL. Francisco Mastrio debet, qui monumenti toties citati duplicem explicationem historicam, velut antiquum in Bibliotheca sua repertum fragmentum, typis Hieronymi Albricci, ante triennium Venetiis publicavit: cujus libelli, serius ac nuperrime demum ad nos delati, revisionem tanto lubentius nunc instituimus, quo magis Auctoris anonymi sententia nobis arrisit. Is quippe, quisquis etiam fuerit, neglectis aliorum conjectancis, *Eliam Leliam Crispin* seu *Crispidem*, ab externis regionibus profugam, apud Bononienses diversisse, & Hermaphroditum egregia indolis atque formæ, sexu tamen famineo tantum cognitam fuisse statuit. Errantem in agro quidam Lucius Agatho Priscius, vir probus, atateque maturus, domum inter servas eius libertas recepit, ubi puella vaferissima innocentiam morum simulavit, clam vero in amplexus amicus ex domesticis Priscii exarsit, cujus concubiam quam non venisset, sed brevi post ab amasio desereret, pro amoris sui impatientia, jam sibi mortem parare statuit, & illa lentius pro ejus placito agente, ferro insuper ac veneno epoto facram festinavit. Priscius horum omnium ignarus, Crispidi bene alias de se merita funus fecit, cineresque in hortulo, ut mori erat apud antiquos, summo supra terram modice oreto cecidit: cui postmodum amasius, sive honoribus despecta palliis invidiosus, fræ, in
Pri-

Priscii inscitiam lapida joculari volens, summo lapidem superposuit, & ludicrum marmori titulum insculpsit. Hæc summa est utriusque explicationis, quam breves notulæ subsequuntur, in quibus Anonymus noster scortorum salacissimorum nequitas ex Martialis epigrammatibus comprobatur, cumque Poetam epitaphii fortasse hujus auctorem fuisse, suspicatur.

Reales Staats- und Zeitungs-Lexicon.

i. 9.

LEXICON REALE STATUS ET NOVELLARUM
in quo Religiones & Ordines sacri, Regna & Status, maria, lacus, fluvia, urbes, munimenta, arces, portus, montes, premonitoria, claustra, sylva, miliarium discrimina, Familie Germanice illustriores, Ordines equestres, comitia, judicia, officia civilia & militaria, res monetaria, modorum & ponderum generum, tum res ad rem militarem & navalem spectantes, nec non termini artis, aliaque vocabula peregrina in familiari discursu obveniunt explicantur. Editio secunda aliquot mille locis auctior & correctior.

Lipsiæ apud Jo. Frider. Gleditschium, 1706. 8. Alph. 2. pl. 17. ch. aug.

Cum & inter eruditos non omnes instructo librorum apparatu gaudeant, & reliqui literis haud exculsi in ipsis etiam novellis, quarum lectione plerique delectantur, ob vocabulorum nonnullorum, aut rei etiam Geographicae ignocantiam, haud raro hæsitent, egregie utrisque consultum videtur, Lexico hoc reali ante annum primum apud nos vulgato, jamque iterum singulari studio recuso; quale quid, si Geographica spectes, Laurentium Eychard sexta vice Londini A. 1703, sub titulo *The Gazetteer's: or Newsmen's Interpreter* in 8. edidisse, obiter hoc loco observamus. Præmissutrique libri hujus editioni luculentam præfationem Johannes Hübnerus, celeberrimus Gymnasii Martisburgenfis Rector, cujus *Quæstionum Geographicarum* editio decima sexta modo prodiit, & *Historicarum* tomus octavus sub prelo fudat, a nobis ex merito, ubi absolutum integrum opus historicarum fuerit, laudandarum. Quo

magis vero hujus libri usus appareat, varia hic producit exempla vocabulorum, quæ, si accurate considerentur, ad artium & scientiarum genera omnino quinquaginta referri possunt. Tum ordine, quibus rebus hæc editio priorem superet, docet. Nimirum, non modo Geographica longe plurima, & Genealogica, & Militaria haud pauca hic accessere, verum & de religionibus potioribus, sectis item & ordinibus religiosis, aliqua ex hujus generis libris præstantioribus transfumta sunt. Tum ordines equestres subtit. Orden inferi omnes, & ex jure publico Germaniæ complures articuli additi, passimque explicati exoticarum linguarum, quæ in familiari colloquio occurrere solent, termini. Denique cum multi hoc ævo, in politicis libellis suis, sub insignibus Principum ipsos Principes velare consueverint, ut sub Leone Regem Sueciæ, sub Rura Electorem Saxonie &c. non ingratum lectoribus putavit. Auctor, si operi insignium indicem accuratum adjiceret. Illud præterea magnopere deprædicat Hübnerus, quod ad hujus editionis ornamentum undique eruditissimi, imo & Principes viri sponte haud contemnendas operas contulerint. Ipsum quidem Auctorem, cum nomen suum celari voluerit, nos neutiquam propalabimus, illud tamen non prætermittimus, plures haud erubescendas lucubrationes historicas, imprimis vero Ziegleriani operis *Historisches Labyrinth der Zeit*/ Lipsiæ A. 1701 f. editi (ipse enim Henr. Anshelmus de Ziegler, edito libro, *Täglicher Schauplatz der Zeit*/cujus hoc alteram quasi partem constituit, satis notus, omnia morte præventus absolvere non potuit) eidem deberi supplementum.

NOVA LITERARIA.

Significavimus in Actis superioris anni p. 384, Summe Reverendum S^dn. *Stephanum Jaworowsky*, Archipræfulem sive Metropolitanam Rezanensem & Muromiensem, vices Patriarchæ in Moscovia p. t. gerentem, nobilem Polonum, Philosophiæ ac Theologiæ Doctorem, in Academia Kyoyiensi olim Professore celeberrimum, librum quendam sub titulo: *Signa Adventus Anti-Christi, & finis mundi, e Sacra Scriptura demonstrata, quomodo eam Apostolorum questione Matib. XXIV, quodnam est signum*

sequam adventus tui & consummationis seculi? consentiant, Moscuz nuper edidisse. Non dubitamus, cupidos fore haud paucos sciendi, quamnam de argumento minime ignobili, tanti in Ecclesia Græca nominis Viri sit sententia? Itaque quia liber ipse, idiomate nobis incognito, Moscovitico scilicet, conscriptus fuit, placet ex relatione, quam paulo ante obitam suam beatus Glückius de eo Moscua transmissam impertiit, quædam cum benevolò Lectore communicare, facile vel hinc deprehensuro, Autorem non pauca, quæ de signis Antichristi affert, ex Bellarmini l. 3. de Romano Pontifice in suum librum transtulisse. In præfamine ejusdem primum ostendit studium, quod doctrinæ de Antichristo impenditur, ab utilitate quidem se commendare, ingentem tamen iis noxam afferre; qui arcana Dei consilia plus justo rimari cupiunt: deinde conqueritur, salutarem de Antichristo doctrinam non modo a Romano-Catholicis, atque aliis peregrinæ religioni addictis, sed, quod maxime dolendum, ab illis quoque, qui domestici hostes nominari possint, impugnari. Et cum isti varios circa illud dogma errores foveant, asserantque Antichristum jam venisse, ac ea propter Moscuam, orthodoxam urbem, Babylonem vocitent, ejusdemque incolas pro Babyloniiis, Antichristi assæctis ac filiis perditionis venditent, semet hunc librum edere voluisse scribit, quo errantes in viam rectam reducerentur. Sub operis auspiciam aliquot proponit quæstiones, & ad illas breviter respondet. Ad primam: *Quis est Antichristus?* respondet, quæ Christo adversatur, eoque sensu multi dantur Antichristi, quorum origo a Simone Mago repetenda. Sed hos analogice tantum & non proprie tales, ac præcursores magis Antichristi, quam Antichristos dici posse, observat. Ad secundam: *Quomodo vox Antichristi distinguitur?* respondet, duplicem ejus, ad instar vocum Jesu & Christi, esse significationem, generalem alteram, alteram specialem: generaliter accipi de iis, qui Christo se opponant; specialiter autem sumi de Antichristo proprie sic dicto, qui nondum venerit, sed circa finem mundi demum sit appariturus, de quo Paulus *II Thess. II.* Ad tertiam: *Quomodo Johannes I. Epist. Cap. IV* dicit, eum jam in mundo esse, & Paulus loc. cit. asserit, mysterium iniquitatis jam operari? reponit, hæc de Antichristi prodromis in-

telligenda esse. Ad quartam : Num adventus Antichristi anas definiri potest ? respondet, neque Antichristi, neque extremi diei definitum tempus, juxta Christi *essatum Matth. XXIV*, indagari posse. Ad quintam : Quid autem de LXX hebdomadibus *Daniel. Cap. IX* sentiendum, cum ex iisdem finis mundi atque adventus Christi conjici posse videatur ? respondet, omnes patres primitivæ ecclesiæ verba Danielis de primo, non secundo Christi adventu exponere, atque ex iisdem Messiam jamdudum venisse, contra Judæos probare : quibus ipse accedit, ac prolixè admodum verba Angeli ad Danielelem, de LXX hebdomadibus exponere aggredditur. Quibus ita præmissis, & improbatis eorum ausis, qui temeraria curiositate in finem mundi inquirunt, promittit se discendi cupidis signa, eaque non generalia, sed specialia, de adventu Antichristi agentia, e sacro codice ostensurum esse. Hinc Cap. I. de primo Antichristi adventum præcedenti signo agit, asserens, illud esse Romani Imperii desolationem, nec posse per apostasiam *II. Theff. II;* vel Arii, vel Romanæ Ecclesiæ a fide defectionem intelligi, licet Romana apostasia aliquid Antichristiani in se habeat, cum & Leo X, Græcos in Oriente Monarchas contemnens, novum in Occidente Monarchâ, Carolum nempe, coronarit, & paulo post simbolo orthodoxo, Spiritum S. a Filio procedere, insertum fuerit. Qua occasione differit Autor de imagine, cujus apud Danielelem *cap. II* fit mentio, & postquam ostendisset, spiritualia in Scriptura Sacra spirituali sensu exponenda esse, avulsam lapidem de Christo, imaginis autem pedes de quarta Monarchia exponit, statuitque Christum eandem comminuisse spirituali modo, per sublationem & ejectionem ethnicismi, ac tandem plene comminaturum esse, tollendo illius potestatem ac regimen, atque circa eam tempestatem appariturum esse Antichristum. Postea ad imaginis de quatuor animalibus, a Daniele *cap. VII* descriptæ, illustrationem se confert, ac per potentiorum Regem, qui tres deprimet, Antichristum : per sanctos altissimi, Enochum & Eliam : per tempus, & tempora, & dimidium temporis, tres cum dimidio annos regiminis Antichristi : per judicium, extremum judicium intelligit. Cap. II alterum signum, quod Antichristi adventum præcedet, tradit, dicitque esse prædicationem Evangelii per universum orbem. Cap. III de tertio signo, Enochi

chi & Elizæ reditu, ex *Malach. IV, 5. 6. Synec. XLVIII, 1. seqq. Matth. XVII, 10. seq. Apoc. XI, 1.* differit. Cap. IV ex *Job. 7 & II. Thess. II, 2.* evincere studet, quantum signum esse, quod Judæi Antichristum pro vero Messia sint habituri; ac quædam de nativitate illius adjicit, asserens optimam eorum esse opinionem, qui judicant, ipsam non ex legitimo matrimonio, sed meretrice, genituri. Cap. V de quinto signo, falsis Antichristi miraculis, quædam in medium affert. Cap. VI de sexto signo, ejectione Antichristi, Numinis instar, in locum Christi differit. Cap. VII de septimo signo, sede Antichristi, quæ juxta ipsum Hierosolyma erit, loquitur. Cap. VIII de octavo signo, nomine Antichristi ejusque descriptione agit, notans, Antichristum variis insigniri nominibus, propria autem nomen ipsi a Johanne in Apocalypsi *cap. XIII, 18.* tribui: Antichristi nomen Græcum fore, quia Apocalypsis Græco idioma te conscripta sit: omnes patres confiteri, istud ignotum esse, adeoque peccare, qui in idem inquireunt. Cap. IX de brevi duratione regiminis Antichristi sermo datur, istudque tres cum dimidio annos duraturum esse, ex *Daniel. VII, 25, XII, 11, Apoc. XII, 6, & 14, XIII, 5.* probare satagit. Cap. X de regimine & bellis Antichristi agere insituit, atque inter alia mille annos *Apoc. XX* per synecdochen numeri certi pro incerto explicat. Cap. XI, quid per Gog & Magog; & Cap. XII, quid per Babelis ruinam denotetur, disquirit. Cap. XIII de signis adventum Messie secuturis tractat, atque inter alia perhibet, mundum non quoad substantiam, sed accidentia saltim interiturum: infantes, non ut infantes, sed ætate virili, qua Adam creatus fuerit, & juxta mensuram stature adulti Christi *Eph. IV, 13* resurrecturos esse: per magnos & pueros *Apoc. XX, 12* non quantitate, sed qualitate tales, id est, præstantes ac viles homines intelligi: judicium extremum in valle Josaphat futurum esse: per signum filii hominis *Matth. XXIV, 30* crucem intelligi. In Cap. XIV, quod Epilogum libri exhibet, verba *II. Petr. I, 16 & 19.* ad librum suum applicat, summam quandam dictorum de Antichristo repetit, ultimum horam *I. Job. II, 18* de periodo ultima mundi, quæ a Christi incarnatione ad extremum usque judicium extenditur, exponit, atque in ejusdem periodi colophonem non scrupulose inquirendum esse admonet.

Hæc

Hæc ex excerptis Glückianis communicare volumus, qua occasione de ipso Glückio quædam addere placet, quod enim innotescere orbi literato par sit, qui bonas literas tanto conatu in ipsa Moscovia exornavit & adjuvit. Nimirum Ernestus Glückius, Pastor antehac Ecclesiæ Mariæburgensis, Præpositus circuli Kokenhusani, & Præses Consistorii Regii Livonici, hætenus Director Gymnasii Illustriis, quod Moscuz institutum est, lucem primum adspexit A. 1653 die 4 Maji, Wettin in Germania, patre Christiano Glücke, Pastore Wettinensi. Hic postquam Theologiæ strenue Wittebergæ incubuisset, & Jura quoque non leviter attigisset, mox Rigam in Livonia petiit, verum redux factus triennio fere apud Musas nostras commoratus est, atque hinc in Belgium, rursusque in Livoniam profectus, ubi ad Ecclesiasticum, sed castrense, munus vocatus, biennio post Christianam Emerentiam de Reutern uxorem duxit. Sequentibus annis Ecclesiæ Mariæburgensis manus nactus, & paulatim officiis, quæ diximus, aliis auctus, varia elucubravit, Bibliorum imprimis versionem Russicam, quæ in expugnatione urbis illius a milite Mosco direpta fuisse, alias significavimus. Perlatus inde cum familia Moscuam, ornam. movit lapidem, ut Mosci litteris redderentur exculissimi, ingenti ideo a Magno Moscorum Monarcha stipendio donatus. Verum anno superiori, die 29 Aprilis, gravi morbo decumbere coepit, quo demum eodem anno die 4 Maji placide exspiravit, relictis duobus filiis, quorum senior pariter in novo Gymnasio exornando operam non inutilem collocat, & filiabus quatuor.

ERRATA.

Anno 1705. pag. 351. l. 6. a fine pro *illa*, hæc leg. *hæc*, *illa*.
 pag. 352. l. 5. pro *alium* leg. *amplum*. pag. 353. l. 6. leg. *differen-*
tie. pag. 355. ad marg. pro *fig. VI*. leg. *fig. IV*. pag. 356. l. 7. pro
A. scrib. O. pag. 359. l. 10. leg. *habebis*. pag. 360. l. 26. pro *(AB)*
 leg. *CAB*.

* * * * *

ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsia

Calendis Martiis, Anno M DCC VI.

LINGUARUM VETERUM SEPTENTRIONALI-
um *Thesaurus Grammatico-Criticus & Archeologicus,*
Auctore GEORGIO HICKESIO,
S. T. P.

Oxoniz, e Theatro Sheldoniano, 1705, in fol.

Constat Alph. II. plag. 2. chartz major.

multisque tabb. æneis.

DE vetustissima Anglo-Saxonum lingua licet egregie jam
meruerint Dugdaleus, Foxus, Junius, Lisleus, Lambardus,
Marshallus, Parkerus, Seldenus, Spelmanus, Somnerus,
Whartonus, Whelocus, ac nuper admodum Gibsonus,
Rawlinsonus & Thwaitesius, qui omnes præstantiora quædam
monumenta, idiomate isto conscripta, superiore & hac nostra
etiam ætate typis vulgarunt: neminem tamen horum eousque fe-
dilitatis progressum esse animadvertas, ut linguam pridem emor-
tuam Grammaticis regulis attentaverit. Intacta hæc laus man-
sit Viroz Clarissimuz Georgio Hickesio, Wigorniensis Ca-
thedre Decanuz venerabilem, dum Institutiones suas Gramma-
ticæ Anglo-Sonicæ & Mæso-Gothicæ A. 1698 publico obtu-
lit, quas Supplementorum Tomo I Sed. X quoque produximus; sed
cum longe plura dicenda haberet, plura etiam dies & amicus
unus atque alter ipsi suggererent, totius literaturæ Septentrionalis di-
vitiis excutere, indeque præsentem adornare Thesaurum voluit,
hoc maxime favoris a civibus suis expertus, ut collato ære operis,
impressionem strenue promoverent. Illud vero in duos libros.

N

dis-

disperditur, quorum primus Autori potissimum, secundus Humphredo Wanlejo acceptum referendus. Nobis autem hac vice deliberatum, prioris solum notabilia investigare, ne nimio rerum pondere Lectoribus oneri simus, de altero libro alibi acturi.

Auspiciatur ita Hickesius noſter curſum ſuum Inſtitutionibus ante dictis Grammaticalibus, quas Honorabili Viro, Roberto Pakintonio, Baronetto inſcribit, ſimulque occaſionem nanciſcitur, multa Wiccã ſeu Wigornienſis pagi nomina topica, Saxonice originem redolentia, commemorandi, tum Anſaticæ cognominis etymologiam a Cimbrica voce A, quæ aqua, flumen denotat, inque genitivo pluralis per *Anna* ſeſcitur, & *Seat* ſive *Soet*, *Sedes*, *habitaſulum*, unde in compoſitione *An-seat*, *urbs maritima* vel *fluminea* dimanaverit, ſat probabiliter derivandi. Multa inſuper de Pakintoniæ gentis, a ſexcentis jam annis inclytæ, ſplendore ac meritis recenſet, quin & Arctoæ literaturæ ſtudioſo methodum diſcendi inculcat, dumque Evangelia Gothica a Franc. Junio F. F. hæc donata legi jubet, hujus verſionis non Ulphilam Moſiæ Antiſtitem, ſed quemvis potius alium Teutonicum hominem, rationibus hæud ſiculneis autorem ſtatuit. Inſtitutiones ipſæ tot opulentiſſis acceſſionibus ſe commendant, ut plane diverſæ videri poſſint; ſiquidem prioribus octodecim capitibus, magna ſelectiſſimarum obſervationum farragine hinc inde diſſentis, ſex nova accreverunt, de variis nempe Anglo-Saxonice linguæ Dialectis, præſertim vero de Dano-Saxonice, tam in ſoluta quam ligata oratione, de Nortmanno-Saxonice, de Poetica Anglo-Saxonum, ut & Semi-Saxonice, ſeu potius corrupta Anglo-Saxonum Poëſi, quæ paululum delibare non inſucundum fore arbitramur. Scilicet cum tres epochas inſigniores Saxonice linguæ habuiſſe conſtet, totidem etiam Dialectos eidem assignat. Unam, quam Saxones a primo ſuo in Britanniam appulſu, uſque ad Danorum adventum, per 337 annos locuti fuerint, atque ab aliquo cum Picſis & Britanniſ mixtura, Britanno-Saxonice dicendam putat, de cujus tamen ævi monumentis, ſi a veri Cadmonis fragmento & Harmonia forſan Evangelicorum Cottoniana diſceſſeris, nihil ſuperſeſſe docet, adeoque ab ea conſulto abſtinet. Alteram, quæ a Danorum invaſione, at Normannorum uſque conquæſtum, per 274 annos in Septen-

trionalibus Angliæ Scotiæque Australibus locis, antequam Cantui Reges universam Angliam subjugassent, imprimis viguit, Dano-Saxonicam, quin & Germano- aut Theotico-Saxonicam muncupandam censet, propterea quod variarum gentium colluviem fecum adduxerint expeditionis istius duces, quæ non Cimbricas duntaxat, sed Theotiscas etiam voces plurimas Saxonice admiscuerint. Hanc binis Evangeliorum versionibus, quæ Rushworthianæ & Cottonianæ bibliothecæ cimelia sunt, adhuc conservari, ceterum si voces, scribendi modum, phrasès quoque peregrinas atque idiosyncrasmus spectes, intuitu prioris barbaric ipsa magis barbaram iudicat. Quod ne temere asseruisse videatur, ingenti exemplorum numero demonstrare contendit, quibus inhære nolumus. Ad Posticam vero delapsus, erudite colligit, hanc Dano-Saxonicam in omnibus fere imitari eam, quæ ipsi Borealibus poetis, puta Cimbrozæ Scaldis aut Edicis carminibus fuerit in usum, ita ut quæcunque jam remanent poemata Saxonice, ad Dano-Saxonicam dialectum tuto relegere liceat. Reprehendit ea de causa Fr. Junium, quod in Observat. ad Villeranum pag. 248, Historiarum veteris Testamenti paraphrasin, quam A. 1655 emisit, perantiquam crediderit, ac Cædroni secure nimis vendicaverit, cum tamen idem stylus generisque ibi se prodatur, qui in fragmento Historiæ Judith & Calendario metricæ exaratis occurrit, quæ sane ceterioris longe habenda esse ætatis, nemo inficias iverit. Tertiam denique Dialectum Normanno-Saxonicam sive Anglo-Normannicam facit, quæ a Normannorum invasione usque ad Henrici II R. seculum sese insinuaverit, ita tamen, ut inter hanc & modo memoratam Saxonicam adhuc aliam intrudat, Semi-Saxonicam videlicet, occidentalibus solum atque australibus Angliæ plagis, circa confinia seculi noni ac decimi familiarem, quæ nimio Anglo-Saxonum erga Danos victores obsequio incunabula debeat, tanque altas egerit radices, ut vestigia fere pristini sermonis versus seculi decimi finem ac deinceps ignorarentur. Ideo autem Semi-Saxonice nomen illi doctos imposuisse, monet, quoniam inter puriorem Anglo-Saxonicam sermonem & Anglicanum, majoribus ante centum & quinquaginta annos vernaculum, medias fere partes obtinuerit. Triplicem namque status quasi mutationem passam esse Anglo-Saxonicam linguam, ante-

quam in Semi-Saxonicam degeneraverit, minimam quoad scribendi rationem, majorem quoad voces & phrasas, & maximam tandem quoad syntaxin, ceu pluribus exemplis evincit. Et quidem scripturam quod attinet, jam a temporibus Ælfredi Regis, qui Gallicanis doctores profecit, Saxonicam manum defuetudine evulsiisse, & Gallicam, ut nitidiorum & aspectu magis gratam, civitate sensum donatam fuisse, tam ex Ingulphi Croyländensis auctoritate, quam plurimorum diplomatum aliorumque monumentorum, quæ æreis partim laminis incisâ prostant, intemerata fide probatur. Ad voces vero e Germanica, Danica & Normannica loquela adficiuntur divergens, earumque significationem operose explicans, inter alia meminit, quod ante Normannorum introitum, principum & magnatum conjugum maritorum suorum titulos apud Anglo-Saxones neutiquam affectare potuerint, sed ex. gr. regina saltem audierit *des cyninges cwen*, Regis uxor; Augusta vero *des caseres cwen*, Imperatoris uxor, & sic porro; istiusque ignominie causam Eadburga, Offæ R. Merciorum thalami consors, tyrannide in proceres regni exercita præbuerit: quamvis nec illud dissideatur, vocabulum *cwen*, uxorem antea indistincte significans, postero tempore Regina emphatice denotare coepisse. Plura sunt hujus generis non e trivio petita, quæ Reverendus Autor in medium profert, sed is indigitasse haud contentus, quomodo Anglo-Saxonicum idiomata in Semi-Saxonicum, ac dein in Normanno-Saxonicum, pedetentim abierit, curiosis quoque varia utriusque dialecti specimina, e codicibus ac membranis antiquis suggerit, in quibus bene multa ad historiam patriam apprime pertinent. Circa Poeticam vero Anglo-Saxonum, quam nunc ex professo adgreditur, ratione sermonis observat, quod illorum carmina vel purissima Saxonica vel Danico-Saxonica dialecto compacta appareant, verbis præterea valde perspicuis, nihilque a communi usu abhorrentibus, legentium aures demulceant. Respectu metri innuit, eadem versiculis trium, quatuor, quinque, sex, septem, octo, interdum etiam novem syllabarum absolvi, ordine quidem non certo, rhythmico tamen eoque haud inconcinno conjunctis, ita ut sæpissime versibus tetrasyllabis & pentasyllabis, plurium syllabarum versus, absque regula, ad libitum poetæ interspergetur. Enneasyllabos

antem superantes versus rarissime inveniri in Anglo-Saxonum poematis, nisi quod dijudicatu difficillimum pronunciet, quot syllabis versus precise consistat, tum quia syllabarum quantitas non satis explorata, atque ignoretur, quando duæ breves unius longæ vicem suppleant, tum quia diphthongorum potestas in *ea, eo, io* similibusque adhuc lateat. Sequuntur jam nonnulla fragmenta ante dictis lucem foeneratura, unde planum reddit, Saxones syllabarum mensuram non adeo sprevisse, uti quidem hodiernos nationis suæ versificatores facere videmus, qui pro arbitrio longas, (Auctoris ipsissima verba sunt) imo nasum longas corripiant, & breves, quidni dicam brevissimas, producant. Quod assertum tamen in medio relinquimus, merito tamen veremur, ut omnibus persuadere queat, quæ statim annectit. Ita quidem nostri, inquit, ita etiam exteri, per totam Europam poeta, apud quos una carminis lex est, certum & definitum syllabarum numerum observare, nulla tamen observata syllabarum quantitate. Hoc solum jam versum facit; cujuscunque vero natura & temporis ista syllaba fuerint, id perinde esse creditur, modo certum syllabarum numerum coæservaverint. Absit inique ab hodiernis carminibus pedum metricorum observatio, qui si ullibi occurrunt, casu sane id fit, non arte aut studio, cum promiscue licitum sit, cujusvis mensura syllabas cuilibet aptare loco, adeo ut de hujus seculi versibus dici possit, illos uno tantum pede decurrere. Nam ut nostratum saltem Poetarum causam tueamur, quinam observantiores quæso mensuræ syllabicæ & congruæ temporum metricorum dispositionis, quam nostri? Et quis hodie tam parum defricatæ auris, ut versum vel tantillum a justa quantitate aberrantem sine nausea ferat? Sed cum Autore ad Rhythmum seu decoram pedum connexionem pergimus, quæ Anglo-Saxonum poematibus in tantum propria est, ut a lectoribus, vel non prænoscentibus esse carmina, ex incessu harmonico mox talia sentiantur, quemadmodum e variis reliquiis carminicis, ac in specie e Harmonia IV Evangeliorum Cottoniana, quæ *Liber Cantu* inscribitur, & licet liberi sermonis instar ac sine disputatione metrica scripta cernatur, legentibus tamen Cædmonianæ indolis & Lyrici generis carmina subito detegit, apicum facit. Succedente tum jubet integrum Calendarium seu Menologium poeticum.

Dano-Saxonicum, cum versione Latina atque annotationibus finatissimis, quas excipiunt notæ secundæ Saxonice, ex alio Menologio Bibliothecæ Cottonianæ decerptæ. Nec parciorera conquirearis in Semi-Saxonica seu corrupta Anglo-Saxonum Poesi pertractanda, siquidem & hanc diversis fragmentis, maxime pseudorhythmico carmine Anglo-Normannico de passione S. Margarethæ, tum satyra in monachos & moniales, nec non versione Symboli, Athanasiani vulgo dicti, notiorera reddit.

Alteram hujus Thesauri partem occupant Institutiones Grammaticæ Franco-Theoticæ, quas Clarissimus Autor intra unius anni spatium confectas publicæ luci indulget, parum deterritus iudicio magni cujusdam & celebris, ut ipse eum vocat, apud Germanos Viri, qui cum a nobili Anglo forte accepisset, Hicclesium Grammaticam hanc contextuisse, *Monstrum*, inquit, *narras, & quod ab extero recte fieri posse non puto: Grammatica Lingua Franco-Theotisca Theotiscum hominem possis autorem; alienigena vires superat.* Ast minime ambigendum, quin præconceptam motesententiam, quisquis ille fuerit eruditorum, modo huc oculum conjiciat, & summam Nostri diligentiam, in sermone tantum non obliterato ad regulas Grammaticales adaptando, paululum examinare velit. De literis autem quia primo agit, Vossii aliorumque opinionem taxat, qui Francos nullas, ante receptam Christianam fidem, literas habuisse, aut scriptis quicquam consignasse crediderunt, cum tamen Eginhartus, optimus vitæ Caroli M. scriptor, eum barbara & antiquissima carmina, quibus veterum Regum actus & bella canebantur, scripsisse memoriæque tradidisse, diserte affirmet. Noster itaque carmina illa barbara, Gothica seu vetustiore Germanica lingua, Ariovisti aut Faramundi forte temporibus usitata, sed Carolino ævo non magis intelligibili, quam Franco-Theotisca monumenta nostræ ætatis hominibus esse solent, condita fuisse hariolatur, ac licet de literarum formis nihil certi constet, Cæsaris fide ad minimum liquere, Helvetios Græcis literis usos fuisse, idemque Tacitum quoque perhibere, nec incongruum videri, Germanos a Romanis postea debellatos cum lingua & literas eorum admisisse, in quibus Principum suorum res gestas descriperint. Adversari quidem prima fronte Tacitum, dum litera-

rum secreta apud Germanos viros pariter ac feminas ignorare testatur, sed per literarum secreta epistolas amatorias secretas, pudicitiae muliebris tentatrices, intelligi debere, ex antecedentium & subsequen-
 tium verborum consonantia elicit. Trithemium sane Waffaldi & Doraci Alphabeta, quorum illud Græcis literis simillimum; Rhabanum Maurum & Bedam Normannorum Alphabeta, Runicas figuras in plurimis referentia, depicta exhibere, unde manifestum effluit indicium, Francorum veteres sua habuisse literarum elementa, qualitercunque demum illa fuerint efformata. Cumque etiam maxima intercedat affinitas, inter Francicam linguam & Mosco-Gothicam matrem, de facili Ulphilanos characteres, seu literas Gotho-Græco-Romanas Francis, vel ante Clodovei I tempora, quem primum Christianæ fidei nomen dedisse novimus, innotescere potuisse. In hisce tenebris quamcunque tandem assumas conjecturam, id profecto lucraberis, antiquissima illa carmina, quæ Carolum M. addiscere calamoque excipere non puduit, literis seu Græcis, seu Latinis, seu Runis, seu Ulphilanis mandata fuisse. Convertitur deinde ad studia, quæ tum sæpe laudatus Imperator, tum Hirabanus Maurus, Otfridus Monachus Wizamburgensis, Notkerus Labeo Abbas S. Galli, & Willeramus Abbas Ulpergensis in linguam Franco-Theoticam impenderint, quæque in ea reliquerint scripta, quæve hodiernum superent, prolixè enarranda. Notkeri Psalmorum versionem e museo Dn. de la Loubere cura Joh. Schilteri, viri de bonis literis præclare meriti, prodituram annunciat. Cottoniani cimeliarchii codicem Evangeliorum harmonicum, poeticum & paraphrasticum eo eloquio ma-
 ctat, quod verborum copia & dictionis magnificentia cæteros Franco-Theotifcos scriptores longe antecellat, atque autorem Carolino seculo vicinum præ se ferat. Nec silentio præterit Tatiani harmoniam Evangelicam, quæ inter codices Junianos eminet. Duobus igitur hisce MStis Franco-Theotifcis ineditis confusus, tum aliorum opusculorum, quæ diu sunt impressa, suffragio munitus, non potuit non Grammaticam suam omnibus numeris perfectam reddere. Inprimis vero delectat, quod sub calceem ejus, nonnullarum vocum Gallicarum atque Italicarum primordia a Septentrionalibus linguis doctè accessit. Sic *Alex*, a

Latino-barbaro vocabulo *Allodium* descendere, hocque radices habere ait adjectivum Theotiscum *all*, quod aliis vocibus additum plenitudinem ac præstantiam importat, & Scando-Gothicum *loed* vel *lood*, quod annum territorii prov. ntam signat, siquidem in sensu forensi Gothico prædium liberum, cujus possessor u. unfructum cum proprietate conjunctum & ab omni servitio immunem tenuerit, *allalod* nominatum fuerit, illud autem, quod ususfructus dimidia n. partem, aut certum vestigal, aut servitium nobile vel ignobile superiori domino præstet, *balsalod* dici meruerit. Porro *Vassus* non a Theotisco *Fass* & *Fust*, quod stabilem & constantem notat, sed a Gothico *Fads*, negotii procurator quod respondet Anglo-Saxonico *Fadim*, ord. nare, dispensare, deducit. Orcadum etenim Præfectum *Faud* vel *Faad* salutari, atque in barbaris legibus urbium ac regionum præpositos, qui ex imperatorum & principum ministris ad hoc muneri eligi solebant, *thiufadi* nominari. Quoniam igitur aulicis Regum omnia fere officia committerentur, iis etiam beneficia seu feuda cederent, hinc evenisse, ut hujusmodi homines Regii ad aliquod munus obeundum constituti *Fadsi*, & deinde *Fassi* & *Vassi*, quia dignitatem involveret hoc nomen, audierint. Nullum autem successu temporis discrimen mansisse inter *Vassos* & *Vassallos domini os*, non quasi Vasallus diminutivum esset a Vassus, sed quia compositum, a *Fads* & Francico *Scale* minister, unde *F-discalcus* & Latino-barbarum *Vassallus* dimanaverit. Hæc speciminis loco adduxisse sufficiat.

Tertiam sedem obtinet Runolphi Jonæ Grammatica Islandica, Hafniæ primum, ac deinde cum Mæso-Gothica ab Autore in Anglia publicata, jam verò largo fœnore aucta atque onusta. Potissimum quidem multifaria Alphabeta Runica, quibus Islandi linguam suam Cimbricam exprimere amant, tam e saxeis quam membranaceis monumentis, indefessa opera acquisivit, æque delineari curavit, ac ne qua utilitate carere pateretur Runicæ literaturæ cultores, universam Runarum varietatem in una tabula collegit, quo ad Latina elementa relatæ significationem suam statim proderent; quemadmodum & in alia tabella illorum ductus e Græcis & Latinis literis propullulare ostendit. Elegantissimam

in-

insuper delineationem monumenti Runicæ, Ruthwelli in Scotia superstitis, beneficio Reverendissimi Wilhelmi Nicolsoni, Episcopi Carleolensis, hic sistit, cujus explicationem ab eodem in libro *Northumbria vetus*, quem molitur, nos expectare jubet. Pedissequas autem addidit scripturas nonnullas, e codice Carminum miscellaneo Saxonico Ecclesiæ Exoniensis depromptas, quæ voces Runicas insertas habent, adeoque non injuria locum sibi hic exposcunt. Sub finem vero Grammatices, Dictionarium Islandicum, quod antea quidem lucem viderat, pluribus glossis, analogiam Gothicæ, Saxonicæ atque Anglicæ linguæ demonstrantibus, locupletatum adjecit.

Quæ jam succedit, Dissertatio Epistolaris ad Pænobilem virum Bartholomæum Showere, Equitem Auratum & magnam togæ Anglicanæ ornamentum, veram linguarum Septentrionalium utilitatem, cum voluptate tamen conjunctam, fuscè expandit. Ab Anglo-Saxonica autem, prout Anglum decet, orditur Doctissimus Autor, & antiquissimum Curie Comitatus Herefordensis Recordum, seu Commentarium Saxonice scriptum, exempli loco affert, e quo varia notabilia eruit, quod nimirum apud Saxones Episcopus, in Curie confessu, cum Comite vel Vice-Comite ejus primas habuerit, paremque cum illo in jure dicundo potestatem exercuerit, id quod a Wilhelmo Conquestore dein abolitum; quod omnes Thani, seu liberi homines, Comitatus sui consentibus interesse, nec citra poenam ter emanere potuerint; quod omnia æqualia fuerint suffragia, & duodenus juratorum numerus adhuc incognitus; quod nec ad diem præstitutum per causam ponticam non comparente, Curia probos homines ad eum ablegaverit, qui rationes defensionis ipsius optemus exciperent, & confessui fideliter renunciarent; quod in hujusmodi Curis donationes, emptiones, aliove contractus celebraverint, testamentave, perinde ac Romani in Calatis Comitibus, condiderint; quod denique Acta Comitiorum, ad perennem eorum servandam memoriam, in libros scenobiales, maxime sacros, puta codices Evangeliorum, Liturgiarum &c., tanquam in tabulas publicas referre curaverint. Hinc plurimas munitionum, pactorum, apocharum similiumque solemnium for-

mulas: accumulatur, anathematum religione mutatas, e. g. *Christum eum excacet, qui hoc oblituerit.* Cæterum a testium nominibus, quæ Actis sollicitè subtextit, ad primordia cognominum nationis suæ indaganda exspatiatur, ubi post varias de patronymicorum formatione conjecturas, ita sentit, ultioris ævi Anglo-Saxones raro binomines occurrere, nisi forte occasio postulaverit, ut cognomina patronymica sibi adsciscerent, vel necessitas urferit, ut ab ejusdem nominis personis cognominum ope discernerentur. E. contrario Danos, Flandros, Islandos aliosque Boreales cognomina frequentius induisse, indeque accidisse, ut simul ac Dani aliqua duntaxat Angliæ parte potirentur, cognomina quoque invalescerent, Canuto vero toti Britannia imperante, ea non in aula solum, sed per reliquas etiam provincias personarent, donec Edoardus, qui apud Normannos enutritus in Normannum fænetranserat, regnum expelleret, & uti aliorum rituum abrogationem, ita & cognominum usum promiscue introduceret; adeo ut unanimum esse, opprobrii, quid fere involveret. Tempus autem, quo personalia cognomina in gentilia abire cœperint, ad Cruciatorum ævum figit, quippe quo tabus & familia integræ nobiles insignibus certis, hæc est reseris ac typis in scutis & vexillis depictis, designari gestierint, atque animadversa simul commoditate, quam gentilia cognomina lecta auditave præstare possent, ea genti suæ propria esse voluerint, quod plebeis peropportunum; quoque evenit, ut cum ad insignia gentis suæ aspirare non valerent, gentili tamen cognomine honorarentur. Quod vero acta in Curia Anglo-Saxonum, plenissimum atque inviolabile robur acquiserint duobus instrumentis latius probat, & contendit, nec Wilhelmi Conqueroris seculo Comitum autoritatem pessumwisse, siquidem in causa Gundulfi Roffensis Episcopi & Pichoti Vicecomitis Curiam Comitatus Cantuariensis, cui omnes prohi legumque periti homines, tam Francigenæ quam Angli adstiterint, quod Rinenanam sententiam tulisse constat. Nondum enim causas, seu civiles, seu criminales, duodecim juratorum examini committi moris fuisse, veluti Coko, Seldeno & Spelmanno statuere placuit, eo quod Wilhelmo II ac Stephano regnantibus, totorum Comita-

tu-

tum congregationes habuerint Angli, & Henricus II demum ad tollendam impiam duelli consuetudinem, iudicio huic duodecimvirali campum aperuerit, illudque sanctione sua firmaverit. Hujus vero originem a Scanis Normannorum majoribus repetit Auctor, qui eam politicam formam ab Odino, Asarum duce ac regnorum Septentrionalium fundatore, acceperint, ita quidem, ut Rex seu iudex duodecim assessores eligere ac nominare sueverit, quod progressu temporis litigantibus ipsis indulserit. Sed cum ordalio, duello ac compurgatione sensim prævalentibus, consuetudini isti derogatum esset, Regnerum R. cognomento *Lodbrog*, circa A. C. 820 eam, repudiatum duello quoad causas minores, redintegrasse putat, donec *Waldemar*us, Scandiz Danizque Monarcha, A. C. 1163, in majoribus etiam causis rejecto ordalio, illam valere iusserit, circa idem ferme tempus, quo Henricus II in Anglia, ceu dictum, subditos suos hoc privilegio beavit, ut in omni controversia, quam monomachia decidere liceret, penes reum esset electio, utrum duello adversus actorem se defendere, an duodecim juratorum cognitione, quæ *Magna Assisa Domini Regis* appellatur, litem dirimi ac finire mallet. Argumenta autem, quæ ab Anglicis Jctis hic in contrarium torqueri solent, ac si Saxonibus jam duodecimviralis ille confessus fuesit in usu, tam solide retundit Noster, ut facile intelligas, eum a veritatis tramite non deviare. Expeditis hisce, materiam testamentariam atque donationes Anglo-Saxonum strenue persequitur; ubi occasione testamenti MSti ab *Alfego*, quodam conditi in præsentia unius solum testis, S. Dunstani scilicet Archiepiscopi Cantuariensis, quod nihilominus Curia Comitatus jure subsistere debere pronuntiaverat, morientibus propter temporis angustiam necessitatem plures testes convocandi apud Anglo-Saxones remissam fuisse, & coram singulari homine voluntatem suam rite declarare licuisse, conjectat. Donationes vero inter vivos, maxime prædiorum, vel nudo verbo, & gladii, galez, crateræ alteriusve symboli traditione, vel scriptura, quam interdum, majore solennitatis ergo, cum annulo aut cespite super altare posuerint, celebrari sueville. Suadet etiam, ut quis Chartularium Anglo-Saxonicum & Normanno-Saxonicum com-

plare, inque illud, quicquid usquam chartarum ac diplomatum hujus sermonis, qua libri impressi, qua MStorum foruli offerunt, colligere non pigretur, sed in eo tam subactum simul iudicium requirit; ut Lectores monitis ac regulis necessariis preparare possit, quæ chartæ pro genuinis, quæve pro spuris habendæ. Prolixi nimis evaderemus, si cum Autore vastissimum mare annotationum ad rem Diplomaticam pertinentium, quaqua hic patet, emetiri vellemus. Libidinem itaque nostram cohibendam ducimus, id indicasse contenti, instrumenta Anglo-Saxonum rubris aureisque literis resplendentia; vel rubris aureisque crucis imaginibus conspicua, falsitatis a Nobstro, experientiam testem allegante, damnari. In legibus quoque Saxonis constipandis, fertilissimam adhuc messem superesse, novamque earum; post Wheloci editionem, jure efflagitari; quem in finem Æthelberti I, Hlotharii atque Eadrici RR. Cantii Reges, a Celeberrimo Viro Johanne de Laet, Antwerpensi, Latine translato longo agmine inducit. Nec minus ad Homiliarum seu Concionum Saxoniarum selectam Syllogen elaborandam Philo-Saxones instigat, eosque inescare videtur. sermone poenitentiali Lupi cujusdam Episcopi, ad populum Anglicanum in die jejunii, cum Dani terra marique patriam devastarent, habito, cujus Latinam versionem debet Clarissimo Wilhelmo Estob, Collegii Universitatis apud Oxonienses Socio dignissimo; qui Ælfredi R. versionem Orosii libri Historiarum, Ormeffa dicti, literaria orbi aliquando communicabit, atque in nominibus propriis Septentrionalibus colligendis, illorumque fontibus eruendis, laudabilem operam huc usque infumit. Porro librum, qui *Censu Saxonico* inscribi posset, desiderat, in quem fragmenta atque opuscula varia incertorum autorum; rerumque descriptioni inservitura, promiscue compingereantur, cujus farinae reliquæ rem nummariam majorum, & valorem Pénningi, Seyllingi, Stycæ, Sceattæ, Thrimsa, Hælfingæ, Otæ, Manculæ, Hundæ, &c. elucidarent, juramentorum etiam formulas, & materiam censualem, quia & tractationem de pace Régis & palatini; aliaque scitu perjuranda, in apricam lucem traherent. Quod consilium ut acceptius reddat, Historiam MStam Anonymi cujusdam, de Sanctis in Anglia sepultis, & codice Saxonico Collegii Corporis Chri-

Chri-

Christi apud Cantabrigienses ipse promit. Proficuum quoque linguae Saxonicae scientiam ei futuram autumat, qui Britanniae Saxonicae Topographiam, tot votis a literato coetu expetitam, in humeros suos suscipere velit; & tantum de Anglo-Saxonicae linguae commodis. Haud leviolem polliceri utilitatem ceteras Arcticas, puta Mæso-Gothicam, Franco-Theoticam, & Scandicam, seu Cimbricam, quandoquidem in hac potissimum plurima antiqua monumenta sint publicata, multa adhuc publicanda restent. Quorum unum, Hialmari nempe Regis Biarmlandiae ac Thulemarckiae Historiam, ab Anonymo, ante secula octo, lingua & Runis Sueco-Gothorum antiquis in membrana scriptam, quam Clar. Joh. Peringskiold Stoeckolmiae cum duplici versione edidit, integrum hic inseruit. Denique omnibus cujuscunque nationis Arcticae Lexicographis, aut antiquitatum scrutatoribus, linguarum veterum Septentrionalium notitiam comparandam esse censet, ni operam hndere, seque turpiter dare malint, quemadmodum accidisse monstrat Aldrete, Becano, Ferrario, Heutero, Menagio, Lindenbrogio, Scricckio, atque inter suos Bradyo, Coco, Lambardo, Savilio, Skinnero, Smitho, Tyrrello, Verftegano, Wheloco aliisque, qui nisi vel omnes, vel aliquas haec linguae ignorassent, non adeo graviter hallucinati fuissent, affectusque suos in foedos errores precipitassent, sane pensum suum feliciter multo absolvissent. Francisci Junii contra incredibilem harum linguarum peritiam decantat, serioque vovet, ut Etymologicum ejus Linguae Anglicanae, ad sempiternam Academiae Oxoniensis, imo Angliae universae gloriam, propediem in lucem exeat. Idem sentit de ejus Glossarum Alemannicarum Thesauris, quarum insigne specimen adjicit. Tandem & delicias haec, ad lectionem singulorum Autorum, qui de rebus Germanicis, Gothicis, Vandalicis aut Longobardicis quicquam consignarunt, oppido conducibiles fore persuadet.

Epilogum quasi priqui voluminis constituunt Eruditissimi Viri, Andreæ Fontaine, Equitis Aurati atque Aedis Christi apud Oxonienses Alumni, Numismata Anglo-Saxonica atque Anglo-Danica, juxta Alphabeticam seriem ordinata, atque ab ipsomet brevibus ceris miniaturis illustrata. Palmarium hinc non injuria at-

tribueris pretium, tum quod eorum clypei nitidissime exculpti apparent, regumque imagines æque distincte ac in Byzantinis aut Franc. cis nummis repræsentant, tum quod locorum atque urbium, Archiepiscoporum, monetariorum aliorumque virorum illustrium nomina exacte conservant, adeoque plurimum ad historiam Anglicanam penitus imbibendam faciunt, multum præter literaturæ amore flagrantibus delectant, ceu in præfatione ad Illustrissimum Comitem de Pembroke & Montgomery, magnum rei nummarie Patronum, solertissimus Editor uberius exponit. Ultimas paginas implet descriptio clypei argentei, a colono, dum agrum aratro verteret, prope Sutton, Insulæ Eliensis oppidum reperti, cuius icon quoque appingitur. Is in ambitu verba aliqua obscura & magici forte generis habet, reliqua vero Saxonice sunt profana, quæ Hicelius noster Latine sic explicat: *O Domine, Domine illum semper defende, qui me circumgestaveris, illi vasa sua concede.*

CRITICA HISTORICO-CHRONOLOGICA IN ANNALES BARONII, in qua rerum narratio defenditur, illustratur, suppletur, ordo temporum corrigitur, innovatur & Periodo Græco-Romana nunc primum concinnata munitur. Auctore P. ANTONIO PAGI. Opus posthumum, quatuor Tomis distinctum, ab O. R. ad annum 1198 perductum, cura P. FRANCISCI PAGI.

Coloniæ Allobrogum, sumptibus Societatis, 1705, fol.

Tomus I constat 7 Alph.

Cujus in Historiam sacram amor ac studium mixtum in modum placuit viris, in hoc doctrinæ genere peritissimis, *Henrico Norisæ, Joanni Ciampino, Emanueli a Schellstrate, Henrico Dodwello, Jacobo Basnagio & aliis, P. Antonius Pagi, Ordinis Minorum Conventualium S. Francisci, natales debet Rognis oppidulo, quod decem passuum millia ab Aquis-Sextis, celebri in Provincia, urbe distat, anno 1624 pridie Kalendas Aprilis in lucem editus. Humili ita quidem natus est loco, sed neque eo plane impeditus, quominus summos in literis elegantioribus usque difficilioribus, Chronologia puta & Historia, faceret progressus: quin modestiam potius, uti solet forte*

te-

tenui, auctam eo dixeris, & animi quoque candorem, quippe qui Scriptorem hunc eo adduxit, ut laudet non raro ac sequatur profello Ecclesie Pontificie, & maximi ejus defensoris Baronii hostes, non perperam arbitratus, veritatem ac eruditionem hautquaquam esse hæreticas. Ejusmodi virtutum ac doctrinæ subsidiis ad splendidas evehit in Ecclesia sua provincias, (dium enim, ut alia taceamus monera, Franciscanos ut Præfectus in Galliis moderatus est,) neutiquam aliis, quibus distinebatur, functionibus avocari se passus est ab Historiæ cultura, sed quamdiu inter vivos commoratus est, defectus, quos in ea observaverat, emendare adlaboravit. Testatur hanc industriam auctor elogii, quod Criticæ hujus præfationem excipit, *D. Ludovicus Du Four de Longuerice*, Abbas S. Johannis de Jardo ad Melodunum & Septem Fontium in Theraçia, cui uti refert Pagii Nepos §. 10. proœmii, multa debentur, operibus inserta: testantur præsertim elucubrations, quas in Chronologicis reliquit, eruditissimæ. Quas inter primo in lucem prodiit Dissertatio Hypatica de Consulibus Cæsareis, quam A. 1683 pag. 235 recensimus, præambula egregii hujus Historiæ sacræ operis. Ea enim cum omnium applausu exciperetur, non dubitavit amplius Baronii emendare labores, quamvis ipsos non aggressus sit Annales, sed Spondani epitomen, eo quidem successu, ut anno 1689 peculiari tomo secula quatuor priora promulgarentur, præmissis Dissertatione de Periodo Græco-Romana & Apparatu Chronologico, sicuti id pluribus patebit ex recensione Tomi primi, anno 1690 pag. 369 a nobis exhibita. Dum vero cætera, ut orsus erat, assidue peragit, admonetur undique ab amicis suis ac fautoribus, universos ut Annales, non autem horum epitomen collustraret: quorum nutui ut gereret morem, mox tomos tres sequentes ipsis Baronii Annalibus attemperavit, jamque meditabatur primum eodem adornare modo, & emendare si quid forte erratum esset, retractare inprimis, quæ sexti Concilii Nicæni expositionem spectant, sed vix tentatis immoritur, anno ætatis suæ 76, mundi redempti 1699. Ita opus suum ultima defrutum lima reliquit nepoti P. Francisco Pagi, ejusdem Ordinis Doctori Theologo, sicuti & dissertationem de anno & die mortis S. Martini, Episcopi Turonensis, pariter imperfectam, quem die 9. Novembris anni 400. ad Deum migrasse statuit:

Is obsequiosissima in Patrum mente, utriusque suscepit curam, & posterius quidem monumentum alia se occasione publici facturum juris pollicetur, prius autem tali indutum facie promulgavit. Scilicet Præcognitis, post præfationem paululum immutatam, inserti sunt, inter Dissertationem de Periodo Græco-Romana, & Apparatum Chronologicum, veteres Pontificum Romanorum catalogi decem, hætenus inediti, quos ex Bibliothecis, Regia, Colbertina, & Thuanea describi curavit, ut ex iis emacularetur liber Pontificalis Anastasio vulgo adscriptus, quippe qui toties a Viris Clarissimis, Fabroto imprimis, Holstenio & Schelstratio recognitus ac emendatus, nihilominus, uti in aliis, ita in numeris præfertim mansit imperfectus. Unde in animum defuncti subierat consilium, observationes præmittendi Chronologiam Pontificiam illustrantes, sed morte præventus non nisi Pontifices, qui in iis desunt, & identidem annos Christi in margine adposuit. Porro ipsam seculorum quatuor priorum historiam ordini restituit Baroniano, prouti Patruus intenderat, aliquotque ex mente ejus adjecit annotationes, ex quibus hæc excerpemus eas, quæ seculo primo a nobis quondam recensito accesserunt. Itaque ad annum Christi 1, suam denuo confirmat sententiam, Dionis locum de XIV Cæsaris Augusti Consulatu esse corruptum, testimonio alius adhuc manuscripti, in Bibliotheca Vaticana obvii. Circa annum 3 delevit, quod olim notatu dignum judicaverat, de Saturnino, ac si Syriæ fuisset præfectus, ut adeo etiam intercitant, quæ ex numismate a Toinardo secum communicato disseverat. Anno 46 ad calcem subjicit conciliationem discrepantiæ Josephum inter & Tacitum, de annis Syriacis regiminis Vibii Marfi, quam deprompsit ex dissertatione tertia Norisii de Epochis Syro-Macedonum. Quippe qui ostendit, Tacitum uno historiæ filo varia narrare, quando res in Syria a Marfo administratas describit; Josephum autem aperte testari, quod, defuncto Rege Agrippa, qui anno Christi 44 mortuus sit, Claudius Imperator successorem Marfo miserit Cassium Longinum, cujus tamen præfectura non fuerit adeo diuturna. Quod ad annum 57 animadverterat, etiam diem Sabbathi in Quadragesima Romæ jejuniis fuisse consecratam, retulit cuius hæc

Secundis ad annum 55, collustratis præterea argumentis pro jejunio Sabbathi in Ecclesia Romana, quæ in priori editione ex Quesnello curate excerpta. Qua occasione candidè ei ad stipulatus est, *nosse omnes, in more fuisse apud Monachos & Clericos, homilias sermonesq; S. S. Patrum suis aptare usibus, atque aliqua addere, qua proprie convenirent solemnitati, ut inde etiam Leonis locum, qui vulgari opponi solet sententiæ, insititum esse evinceret.* Ad annum 67, circa §. XVII finem, inseruit censuram in Papebrochii sententiam, primis duodecim cum dimidio seculis tempus cujuscunque Pontificatus, non ab electionis, sed ab ordinationis Episcopalis die, esse numeratum, cum Leo IX jam anno Christi 1049 a die electionis suos deduxerit annos, non vero a die consecrationis: quem & alii postea sunt secuti, quamvis seculi demum duodecimi initio hæc numerandi ratio prævaluerit. Eodem anno & quidem §. XXIV adjecit ordinem factorum in Ecclesiis Cappadociz receptum, & §. XXV observat, solemnia Natalitiorum & Epiphaniæ Christi in Oriente diversis celebrata esse diebus æque ac in Occidente, testatus Gregorii Nazianzeni orationem XXXIX in Epiphaniam, & Chryostomi sermonem XXXV de Nativitate Christi ex Tomo V Operum illius. Animadversionibus ad annum Christi 69 insitit, & quidem §. X, accessit nova ex Dione, a Valesio olim excerpta, qua ostenditur, Bithyniam ante Hadrianum, provinciam fuisse populi, eo autem imperante a populo Romano in Imperatorem translata. Porro mutavit quoque annum, quo S. Cletus in Pontificatu Romano successit Clementi, & quod antea anno Christi 75 contigisse statuit, nunc ad annum 77 retulit. Tandem notatu dignum censuit, Trajanum anno Christi 97 ante mensē in Novembrem a Nerva esse adoptatum. Hæc fere sunt quibus altera hac recognitione seculi primi historiam Auctor emendavit, unde B. L. de cæteris tribus feret judicium; alii tamen servamus tempori, Tomorum sequentium, qui prima nunc vice in lucem prodierunt, recensentem.

NOTITIÆ ORBIS ANTIQVI, SIVE GEOGRAPHIA Plenioris Tomus alter, Asiam & Africam antiquam expō-

ponens. • CHRISTOPHORUS CELLARIUS ex veteris probatisque monumentis collegit, & novis Tabulis Geographicis, singulari cura & studio delineatis, illustravit. Adjectus Index copiosissimus rerum & locorum.

Lipsiæ, impensis Gleditschii senioris, 1706 in 4 chartæ augustæ.

Constat Alph. 6, plagulis 15, & Tabulis Geographicis 13 ære expressis.

Quinquennium est, cum Clarissimus Auctor Tomum I Notitiæ Orbis Antiqui, sive Geographiæ Plenioris ederet, quo non tantum partem generalem antiquorum Geographiæ expositam dedit, sed speciatim etiam Europam universam tam verbis, quam tabulis æri incisis illustravit: quem Tomum A. 1701 mense Martio recensuimus. Ita autem hic liber a cunctis, qui elegantiores amant literas, etiam ab exteris, exceptus adprobatusque fuit, ut alterius, quo id opus continuatur & absolvitur, non mediocriter fuerit expectatio. Hic bonis nunc auspiciis se prodit, non minori cura & studio elaboratus, quam prior; immo tanto majori, quanto difficilius est per Africam Asiamque, longius remotas terras, & ob id minus cognitatas, peragrarè, quam veritari in Europa describenda, in qua insignes duces per varias se partes offerebant, Cluverius, Valesius, Camdenus, Palmerius, & alii, qui in ceterionibus antiqui Orbis regionibus peruestigandis multum studii atque laboris collocaverunt: in Africa autem dicit Auctor, & in Asia qui nostra vel patrum memoria pari studio præverint, vel paucos admodum sibi visos esse, vel omnino nullos, si a Palæstina seu Terræ Sanctæ descriptoribus discedatur: qui vero nec ipsi, quod sapius aberrant, & conjectura potius sua, aut fabulosa traditione nitantur, sibi usui fuerint. Laudat tamen Jacobum Bonfrerium & Joannem Lightfootum, quorum opera in Palæstinae descriptione se sæpe usum fuisse, non ingratus confitetur. Volumen ipsum in duos libros dispescitur, tertium qui Asiam continet; & quartum, qui Africam. Primus autem liber & secundus Tomo priorè comprehensi sunt. Asia, quæ tertii libri est, per regiones distributa est in Capita XXIV, quorum in primo divisio totius Asiæ

in majores partes & varias appellationes, descripta est: altero insulae Aegae & proximi mans, spectantes Asiam, quia in Asia maxime occidentales sunt, & in principio ejus, explicantur: quarum praecipue sunt Lesbos, Chios, Samos, Patmos, Cos, Carpathus, Rhodus. Capite tertio & quarto descriptus est antiquus status Asiae, quae cis Taurum est: illo quidem ejus maritima ora, nobilissimas regiones complexa, Mysiam, Troadem, Aetoliam, Ioniam, Cariam, Lydiam; hoc autem five quarto mediterranea ejus cis Taurum partis exponuntur, id est Lydiae vetustum regnum, Phrygia, Gallograecia, Pisidia, Lycaonia cum tractu Homonadensium. Capite quinto Asiae ejusdem status, qualis sub Romanis fuit, quae provinciam, quam Asiam proprie dixere, imposuerunt; nec non Amyntae regnum explicatur: sexto Pamphylia & Cilicia utraque, id est tam propria & Campeltris, quam Aspera & Isauria perlustrantur: septimo Cyprus insula cum vicinis minoribus: octavo Ponticae regiones, hoc est Bithynia, Paphlagonia & Pontus Mithridaticus, ex quibus postmodum provincia Romanorum Pontica facta; item Cappadocia, quae a Ponto usque ad Ciliciam patet, declarantur. Atque haec omnia una Tabula Asiae Minoris, in totidem regna, regiones, provincias & republicas divisa, non sine singulari artificio illustrat. Hinc in septentrionem conversus Auctor Colchos, Bosporanos, Maotas Capite nono exponit, etiam singularem his gentibus & Sarmatis Tabulam dedit: decimo Iberiam & Albaniam; undecimo Armeniam utramque explanat: duodecimo in Syriam descendit, cujus cum antiqua facies, turba cultior sub Macedonibus & Romanis status ostenditur. Copiosius autem, quam cetera, est Caput XIII, quod Palaestinam seu Terram Sanctam continet, quae omnis, cis & trans Jordanem, ex genuinis documentis Sacrae Scripturae, Josephi, Eusebii, Hieronymi, aliisque Historicis antiquis & Geographis, pro temporum diversitate clarissime demonstratur: etiam Tabulas Terrae Sanctae, a variis adhuc editas, innumeros locis clarissimus Auctor correxit, aut novam potius & suam substituit. Quod vel solum caput ubertate sua (plus enim ducentis paginis constat) & sacratioris usus gratia, hunc librum commendare cum primis potest. Sequentibus tribus, XIV, XV, XVI Arabiam, Mesopotamiam, Babyloniam &

Chaldaeam, itidem in sacris nominatissimas regiones, tractat, in quibus præ ceteris laudanda sunt, quæ de sancti Jobi sede in Deserta Arabia; & de patria Abrahami ejusque migratione in Mesopotamiam & Chaldaea disputantur. Reliquis Capitibus Assyria, Media, Persis, Parthia, Bactria, Sogdiana, Aria, Gedrosia, India, Scythia succedunt, æque accuratis Tabulis, ut superiora omnia, illustrata.

AFRICA, quæ librârum quantum implet, ab oriente in occidentem progressu facto, contra morem Geographorum, explicatur. quod doctissimus Auctor non tantum vetusti Geographi Scylacis Caryandensis auctoritate & exemplo, qui eandem viam in Africa secutus est; verum etiam ratione non poenitenda tuetur & defendit. Quemadmodum enim ex Europa in Asiam ad ortum Solis versus progrediendum fuit; ita ex Asia in Africam, nisi declinando ad occasum, continuo itinere venire non potest, quia apud Ægyptum communis est utriusque terminus. Verè quidem Ægyptum vel totam, vel majori ex parte, vel solam quæ trans Nilum est, adjudicaverunt Asia, quam vero noster Auctor jam tum libro I seu generali parte, ubi de magnis Continentibus agit, totam Africæ vindicavit. Ægyptus ergo ex Asia venienti regio primæ est Africæ, ad utramque Nili ripam late longeque patens, cui quod non desunt antiquitatis & historiarum testimonia, copiosius etiam describi & explanari potuit, præsertim nobilior illa pars, quæ inter alveos & ostia Nili est, aut illis proxima & parallela. Quod vero ceteræ Africæ tantum præsidii non est in historiis, etiam parcius illius sit explicatio. Sunt quidem in Africa Propria seu Carthaginiensi ex Romanorum bellis & itineribus, etiam ex Geographorum enarratione, plura cognita, nec vero pauca ubique supersunt, quæ in incertis relinquuntur, idque vel ex solis Sallustii & Cæsaris commentariis clarissimus Auctor demonstrari posse existimat. Marmarica sterilis est, & pauca ex illa cognita. Cyrenæica nobilior propter Græcos, aut Græco-Ægyptias colonias. Numidia & utraq; Mauritania; ex quævis fieri potest, documentis antiquis declarantur. Interior Africa & Æthiopia cum ceteris, quæ in austrum vergunt, quo Romani exercitus non penetrarunt, Ptolemæi potissimum fide, quod desunt alii,

alii, descripta sunt, etiam, ut superiora omnia, Tabulis æri incisæ, iisque, quoad historiam sinunt, emendatissimis, illuminantur: quarum quinque sunt in Africa, prima Ægypti, Marmaricæ & Cyrenicæ conspectu uno: secunda r̄ Delta, seu ostiorum & alveorum Nili, quæ notior & nobilior pars Ægypti fuit: tertia Africae Propriæ sive Carthaginiensis: quarta Numidiæ & Mauretaniæ: quinta Africae interioris. Index r̄ affixus est Capitum & Tabularum, ideo non inutilis, quis non singulis Capitibus adjectæ sunt Tabulæ geographicæ, ut, ubi cujusvis regionis delineatio sit, facile quisque inveniat. Alter Index, sub calcem operis, est copiosissimus locorum & rerum aliarum geographicarum, qui id commoditatis habet, ut singulis fere vocabulis nomen regionis aut gentis adscriptum teneat, quo a ceteris ejusdem nominis discriminetur, ne quis inquirendo fatigetur, sed statim videat, quodnam ex multis genuinum sit quod investigatur, sicut etiam in Indice Tomi prioris factum est.

**Johann Christoph Wagenseils von Erziehung eines
Prinzen / der vor allem Studiren einen
Abscheu hat.**

hoc est:

JOHANNIS CHRISTOPHORI WAGENSEILII
*de educatione Principis, qui literarum studia
prorsus averfatur.*

Lipsiæ, apud Jo. Heinrichii Viduam, 1705. 4.

Alphab. 1. pl. 20.

DE Educatione Principis, aut eminentioris fortunæ adolescentis, cujus animus alienus est ab omni literarum studio, & vel ad artes militares, vel ad venationem, aut voluptatem etiam promus fertur, expositurus Celeberrimus Autor, cujus mortem supra mense Januario significavimus, id sibi agendum potissimum arbitratus est, ut prescriberet rationem, qua eadem morum non modo præcepta instillarentur optima, sed variarum etiam disciplinarum tra-
derentur prima elementa. Adjungit vero huic jam a primis inde

annis duos pueros, vel fortis quoque vilioris, sed indolis tamen rectæ atque capacis, qui ætate aliquantum antecedentes, doctique legere, scribere, numerare, quin & Musicæ artis, atque Latine linguæ non prorsus expertes, & varias rerum ad navem instruendam non minus, quam urbium munitiones pertinentium callentes appellationes verentur cum Principe puero, & colludentes sua ipsi consuetudine earum dent notitiam. Egresso deinde infantiam studiorum atque vitæ formatorem adducit, quem non vulgari aut Præceptoris, aut morum Magistri nomine vult insigniri, sed Chironem potius, accepto e fabulis vocabulo appellat, prout apud Italos Matteo de Teglia libro suo, in quo describit officium ejus, qui peregre abiture Principi comes & moderator adjungitur, titulum fecit: *Il Chirone itinerante*. Is præfens semper magnæ dignitatis adolescentem rerum scitu necessariorum ita imbuat cognitione, ut non adfidere sibi per horas integras, & cum tædio, quæ traduntur, ipsum jubeat ediscere, sed modo querendo, modo admixtis prudenter jucundis narratiunculis, edisserendo varia vel ludentem quoque ac deambulantem erudiat. In toto ergo hoc libro Chironis habentur sermones, quibus commissum sibi Principem ad pietatis ducit studium, scribendique & numerandi modum cum linguis, Latina, Gallica, Italica docet, & ex Ethica, Geographia, Historia, Physiognomia, Chiromantia, Musica, & disciplinis Mathematicis aliis, Logica, Rhetorica, Botanica, Politica, Oeconomica, Heraldica &c. nonnulla delibando, ne ignarus plane sit eorum artium, perficere conatur. Sicut autem multorum & rariorum librorum lectione juxta sedula, ac peregrinando quoque crebraque consuetudine cum doctis Europæ nostræ atque illustribus etiam Viris præclaram sibi eruditionem & doctrinam Wagenseilius comparavit: ita flores hinc lectissimos non parca adspersit manu, & suavi optimarum rerum varietate lectorum animos minime delectat. Nos pro more nostro quædam enumerabimus. Ex vita Casparis Colnii, rei maritimæ apud Gallos olim præfecti, memoratur, quod factis ex ebore militum icunculis, vix trium annorum puer, tanquam exercitatus aliquis in diribitorio dux recensere exercitum, & aciem instruere caluerit, additque quod Weigelius, in aulis Saxonicas identidem adventans, colludens utri-

pag. 14.

usque sexus Ducum Serenissimorum liberis choram duxerit, baculumque manu tenens atque præinens prima numerorum elementa & multiplicandi eosdem rationem (quod ipsi dicebant, Das Eins mos! Eins spielen/) succlamantes læte & exultantes docuerit, Exponit idem de mulierum quarundam Genuensium instituto, quæ seculo XIII post N. C. ductæ pietatis studio, armatæ in Palæstinam transire, atque collectæ in agmen ad sacrum ibi bellum, accingere semet voluerint, singulari inde Bonifacii VIII ejus temporis Pontificis ornata encomio, quod Genuæ in Ducali Palatio a se descriptum integrum apponit. Mentio ab ipso injicitur equestris olim turmæ ductoris in exercitu Cæsareo, qui conspicuæ alias virtutis vir, scriptoriæ tamen artis ita fuit ignarus, ut vix figuram eam HH nominis sui Hans Heinrich Hayn initiales literas exhibentem potuerit pingere. Occulte etiam scribendi modus quidam, quem *Rebus de Piccardie* dicunt, ejusque exemplum ex libro quodam Gallico adducitur, ubi sex Græcæ literæ cum tribus vocabulis monosyllabicis conjunctæ sensum dant integrum effati Italici h. m. Ne la ◊ Δ ◊ NP la ◊ Nella *fidelta finivola Vita*. Laudat noster Joannis Neperi Angli singulare inventum numerorum artem docendi per bacilla, quibus numeri nimirum inscripti, singulari Rhabdologias libro expositum; dumque ad ludos & oblectationes sui Principis digreditur, Turcæ cujusdam, *Buzacca* dicti, facit mentionem, qui Florentiam aliquando venit, & latrunculorum sive Schachici ludi sciens fuit adeo, ut uno tempore cum tribus collusoribus decertans in tribus distinctis tabulis latruncularis victor evaserit; qua occasione pagum nominat Stropecke haud procul Brunsviga situm, in quo rustici artem illam tenent omnes & liberos suos etiam docere adiguntur, liberati id propter tributorum omni collatione, & Principi suo sacramento subditos obliganti non nisi tabulam cum latrunculis ex argento factis offerre jussi. Ad corporis exercitia delatus celebrem saltatoriæ artis magistrum in Gallia, Beauchamp rationem reperisse tradit, qua certis quibusdam characteribus, velut Musicis notis odæ decantandæ, sic saltationum diversa genera delinearentur, quam scientiam suffuratus ipsi Feuilletus quotannis novos chorearum modos curet imprimi. Insigne est inventum P. Coronelli, qui Venetiis dudum floruit, singulari ar-

p. 32

p. 43.

p. 47.

p. 54.

p. 62.

p. 76.

p. 90.

artificio saccos exhibentis, quibus pulvis pyrius ita servatur, ut, nec igne, nec aqua, damnum ipsi quodpiam possit dari, & Mediolani, Augustæ Taurinorum atque Parmæ saccum ejusmodi repletum, contectum trecentis pulveris pyrii libris, ac admoto eidem deinde igne deprehensum fuisse experimento, ad tectum hoc involucro pulverem eum ignem non potuisse pertingere, quin & Alphonsum Ferrariæ Ducem, quod Naudæus in Syntagmate de Studio Militari narret, pulverem dedisse pyrium, qui igne tactus citra ullum sonitum disiluerit. Donatum sibi, scribit porro, per amici testamentum anulum, in quo M. Aurelii Imperatoris & ipsius conjugis effigies calato opere in Achate elaboratæ conspiciantur, quem ex Clementis VII thesauro in famosa Romæ urbis direptione olim ablatum ingentis pretii esse statuit, cum ars illa ita ornandi gerumas, ut figuræ & signa emineant (nos appellamus erhabene Arbeit /) inter deperditas jure numeretur, & anulum suum exinde Ottonis nummo æneo, quorum unum Judæus quidam, Isaac Seligmann, Furthæ degens, Francofurti aliquando 1200 uncialibus vendiderat, longe anteponit. Sunt in Romani Pontificis Vaticano horto statuz Phidiaz atque Praxitelis, valoris supra quam potest dici, ut Hercules truncus, Antinous & Laocoon, quas Michael Angelus magni nominis artifex ita æstimavit, ut cæcus in senili etiam ætate deduci se in hortum fecerit identidem, & easdem ubique contrectaverit, complexusque fugit & osculatus. Ut de Stylo lapidario constet aliquid Principi, Inscriptionem illam, qua Philippi IV mandato janua ad Pantheon Scorialense, nobile conditorium, ferens ornata est, ex Francisci de los Santos edito a. 1657 de Monasterio Scorialensi libro Hispanico apponit, quam, cum nec in Itinerario quodam, neque in Hispaniæ descriptione ulla legatur, operæ pretium est hic inferere:

D. O. M.

LOCUS SACER MORTALITATIS
EXUVIIS CATHOLICORUM REGUM
A RESTAURATORE VITÆ CUJUS ARÆ MAX.
AUSTRIACA ADHUC PIETATE SUBJACENT
OPTATAM DIEM EXPECTANTIUM

QUAM

MENSIS MARTII A. MDCCVI. 121.

QUAM POSTHUMAM SEDEM SIBI ET SUIS
CAROLUS CÆSARUM MAX. IN VOTIS HABUIT
PHILIPPUS II. REGUM PRUDENTISS.

ELEGIT

PHILIPPUS III. VERE PIUS INCHOAVIT
PHILIPPUS IV.

CLEMENTIA CONSTANTIA RELIGIONE
MAGNUS

AUXIT ORNAVIT ABSOLVIT

ANNO DOM. M DC LIV.

Ut Pontifex R. eligatur, & Cardinales novi soleant cooptari, que
Jubilæorum & Canonisationis, quam vocant, ceremoniæ sint, ac-
curate quoque commemoratur; & de Philippo IV, quem aliquo-
tiesposito tridinio cocnantem in Hispania Wagenfeilius vidit, re-
fertur, quod ita sermonis parcus fuerit, ut per integras horas imo
interdum per octo dies nullum ex ipso auditum sit verbum, unde
e Gasconia quidam asseveraverit aliquando, non esse in vivis am-
plius Regem, sed ejus loco simulacrum quoddam *de 1605* popu-
lo interdum ostendi. De apodemica arte exponens, inscriptiones
varias adducit, & inter has quandam Genue in horto aliquo le-
ctam sibi ait, qua Joannes Andreas Doria sepulchrum canis sui
Gran Soldano, sub Jovis colosso publice defossi ornavit. Sunt
digna etiam lectu, quæ de fati Mensæ Isiacæ, inclyti istius *Κεμυλξ*,
differit, utque ea ex direptione Romæ in manus fabri cujusdam ferra-
rii, inde ad P. Bernum Cardinalem pervenerit, tandem in gazophyla-
cio Mantuani Ducis ad A. 1630 fuerit adservata. Etsi vero in illius
urbis deprædatione evanuisse eam Kircherus testetur, bonum tamen
nuntium statim annectit, quod nimirum Augustæ Taurinorum illa
jam habeatur, inter ferramenta & rejectanea in obscuro quodam
loco reperta forte, & ab Archiatro Viduæ Ducis Victoris Amadæi
Christinæ, & ipso thesaurum hunc pro merito non æstimante, sibi
ostensa, ut adeo, ubi conspici nunc possit, hoc indicio Wagenfeili
nostri constet. Notabilis est quoque descriptio Vallis Batuecas in
Legionis regno, haud procul Salamantica, sub imperio Philippi III
demum detectæ, & nullius peregrinatoris calamo delineatæ, cujus

p. 170. 1699.

p. 204.

p. 221.

p. 226.

p. 131.

Q

- p. 238. qui situs & indoles, longo tandem labore e Patre quodam Dominico cano Noster vix didicit. Tum Francisci Barberini Cardinali humanitatem deprædicat, ut ut gravissimis negotiis semper urgeretur, peregre tamen advenientibus conveniendi semet copiam continuo dantis, & cum Geographiæ studio cumprimis delectaretur, de patria cujusque accurate sciscitantis. De Carolo Gustavo, Suecorum Rege, ex ipsius fratris Adolphi Johannis ore id hausit, quod antequam Sueciæ præesse juberetur, venationibus supra modum fuerit deditus, ita ut raro in aula, crebrius vero in arce quadam ageret, canum suorum domicilio, quin & in sermonibus statim ad venationem dilaberetur, sed idem tamen Christianæ Regiæ imperio semet abdicanti suffectus, ne ullum quidem venationis aut canum desiderium amplius prodiderit. Quod Aeneas Vicus, Parmensis, in libro *Discorsi sopra le Medaglie degli Antichi* annotavit, meretur ex ore Chironis huc transcribi: scilicet Nobilis quidam Martini ordinis Hierosolymitani eques in Rhodo insula statuam repererat æris Corinthiaci, cui tamen dimidius pes deerat, quam cum Venetias ferret, & Cardinali Bembo monstraret, recordatus hic sibi aliquando pedem dimidium ejusdem materiæ in agro Patavino quodam erutum apportatum esse, cumque afferri illum curasset, accurate deprehensum est, esse illum statuæ Rhodiensis ejus partem. Idem Chiron Principi suo institutum illud laudat, quo A. 1524 in aula Ludovici Electoris, Heidelbergæ tum præsentibus XVI Electores Principesque, ut dejerandi libidini & insanis ad potandum invitationibus mederentur, certas sibi suisque leges præscripsissent, quas in Michaelis Hebereri Egyptiaca servitute, & non a sibi forte legendas, integras repetit. Circumvixit superiori seculo quidam ex insula Maltha homo, Blasius Manfredus, qui, spectantibus cum admiratione multis, magnam aquæ copiam ingurgitavit, & artificiali vomitu vinum, cerevisiam, aquas odoratas, & lac pro lubitu egressit, quod, qua ratione factum, beneficio Illustris Magliabecchii didicit Noster, & expositionem totius artificii subjecit. Unum adjicimus, quod ex Alexandro VII ipse audivit, cum Comitem quendam Germanum, cui aditus ad hunc Romanum Pontificem tum forte patebat, in angustum conclave fuisse comitatus; scilicet in Germania Nuncius cum Monasterium profect-

sc-

sciretur, miratum se dixit, qui fieret, ut in nostra lingua integra, vox *Schli*, lex consonantibus constans, una vocali animaretur, & eam, qua pagus quidam insigniebatur, longo se vix labore potuisset pronuntiare.

EUSTACHII MANFREDII EPISTOLA AD VIRUM CLARISSIMUM DOMINICUM QUARTAIRONIUM, qua Anonymi assertiones XVI pro Reformatione Calendarii ab illo impugnata vindicantur.

Venetus apud Antoa. Bartoli 1705 in fol.

Constat plag. 16.

ANno superiori mense Julio pag. 320 & seqq. Responsiones Clarissimi *Quartaironii* ad assertiones nonnullas Anonymi pro reformatione Calendarii Gregoriani recensimus. Illas tamen non sufficere credit *Manfredius* ad eas evertendas: quin potius, istis non obstantibus, cum Anonymo facit, imprimis cum eadem sententia Viris ob scientiam Astronomicam famigeratissimis, illustrissimo *Blanchino* & *Dominico Cassino* probetur, quorum is in *Solutione Problematis Paschalis*, mense Julio anni superioris nobis enarrata, nec non in duabus dissertationibus *de Cyclis Casarii & Hippolyti*, item *de Numo & Gnomone Clementino* ad nos nondum delatis; hic vero in dissertatione *Commentariis* Academiae Regiae Scientiarum anni 1701 inserta, mentem suam exposuit. Ipsas Anonymi assertiones verbotenus exhibet, responsiones *Quartaironii* in compendium missas subiungit, & quid circa easdem sibi monendum videatur, ad singulas notat. Assertiones & responsiones ad easdem in compendium missae leguntur in *Actis* nostris loco citato, quae vero *Manfredius* ad ultimas perierit, eorum summa in compendio huc redit. Docet scilicet, quaestionem, an Pascha anni 1700 die 11. Aprilis rite celebratum fuerit? duplicem habere sensum. Aut enim quari, an celebratum sit congruenter ad Cyclum Epactarum, quo tanquam Paschali regula utantur Gregoriani? aut, an conveniat Ecclesiae instituto antiquissimo, Pontificum & Conciliorum Canonibus, etiam ante *Nicenam Synodum* & *Aurei Numeri Cyclum*, confirmato, de

celebrando Paschate prima Dominica post decimam quartam primi mensis, hoc est, an cyclus Epactarum, qui anno 1700 Lunam decimam quartam die 4 Aprilis exhibuit, hoc anno eodem conformetur? In posteriori significato Anonymum quaestionem decidere, nec tamen propterea negare, si forte cyclus a caelo dissensisset, Pascha legitimum fuisse: sed tantum cyclum, qui, si saepius in hoc peccet, atque Pontifici ita videatur, corrigi debere. Cyclus igitur legitimus sit, ex ejus cum motibus caelestibus conformitate, colligendum esse, juxta ipsam *Clavii* mentem. Nusquam *Gregorium XIII* & *Clementem VIII* adeo mirabili legem promulgasse, immo promulgare non potuisse, ut Astronomi in posterum plenilunia ad dies ab eo diversos, qui Astronomicis regulis convenit, seu quo eadem in caelo contingunt, supputent, cum nullum sibi in motum siderum imperium arrogaverint. Neminem eorum, qui vel pro *Clavio*, vel contra eum scripsere, erroris in calculo pleniluniorum mediorum commissi meminisse; primum eundem detexisse *Cassinum* in *Regulis Astronomia Siamensis* A. 1689 editis. Epactas Clavianas omnino adversari menti *Gregorii XIII*, compendio *Lilii*, consensui orbis Christiani, motibus caelestibus, immo Nicenae quoque Synodo ac Patrum exemplis.

JOHANNIS DOLEI TRACTATUS NOVUS DE

*Furia Podagra lacte vitæ & mitigata propria
experientia conscriptus.*

Amstelodami apud Janffonio - Waebergios, 1705, in 12.

Constat 7 plagul.

Methodus lac arthritide vexatis propinandi jamdiu nota, sed a plurimis Medicis, tanquam summe noxia, morteanque accelerans hactenus impugnata fuit. Extiterunt tamen non minus antiquis temporibus, ut *Cornelius Celsus*, quam nostro ævo, *Greiffelium* puta, *Sachsum*, & *Waldschmidium*, qui insignem ejus efficaciam contra arthriticum furorem scriptis satis laudare non potuerunt. Sic & literæ quædam a Nobili Gallo, qui ipsemet cum aliis per longum temporis spatium savissimos arthritidis dolores sustinuerat, jam autem usu lactis curatus per plures annos bene.

valet, conscriptus, *Clarissimo Dolao* fuerunt communicatae, ex quibus hic magnam potus lactis efficaciam mirabundas intelligens, & ipse Castellis ejus usum pluribus agris, simili morbo detentis, instituit, qui omnes, regulis circa usum ejus necessariis rite & exacte observatis, optime se habuerunt, adeo ut quidam fere contracti, jam iterum incedere, imo saltare potuerint. Hinc experientia certissima pariter ac ratione fretus, divinum hoc remedium, ex singulari gratia divina in solatium tam crudeli morbo affectionum concessam, praesenti in opusculo communicare ac confirmare, utque alii pariter inde emolumentum consequi valerent, describere non fuit gravatus.

Consistit autem dicta cura in hoc : Preparari ante omnia debet corpus, cibos *superfluos* & potum tenuem mediocriter assumendo, purgantia usurpando, ab animi affectibus & Venere abstinendo, radicesque morborum, cum arthritide complicatorum, eradicando. Lac ipsum petendum est ex vacca mediae aetatis, boni habitus, gramine herbisque laudabilibus pasta, & a tauro longe semota. Calefaciendum est illud, dum hauriri debet, absque tamen ebullitione, & assumendum per diem ter, quater vel quinque, prout ventriculus robustus vel debilis existit, ejusque quantitas indies usque ad uncias quadraginta augenda : loco prandii & coenae panem similagineum leviolem capiendo. Nec inconueniens erit, quandoque mane dosim oculorum cancrorum vel alius absorbentis assumere. Continuanda autem est haec cura, quamdiu non omnis materia peccans e corpore est proscripita ; quo diutius enim hauritur lac, eo perfectior sanitas speranda est. Hinc quidam, per annum integrum postquam lactis potu usi fuerant, denique ad victum ordinarium sensim redierunt, continuando tamen mane lac ad uncias sedecim, summa cum euphoria. Majori pariter commodo, singulis mensibus purgans aliquod Luna de- crescente assumitur. Mittimus exempla, quae tanquam totidem faustae curae testimonia allegantur, hoc solummodo commemorantes, quod ipsemet Author Clarissimus lac omnibus lithontripticis falso sic dictis palmam praeripere, in se observaverit, cum intra unius anni spatium, quo lacte usus est, calculus vesicae, quocum diu fuerat conflictatus, ad unciam unam & plus fuerit im-

minutus, (tot enim frustula collegit, & in musco reservat) perfecta vero cura, non unicam calculi frustulum amplius prodierit; firmiter sibi persuadens, lac nullum calculum, sed potius phlegma viscidum in vesica aliisque locis, generare posse. Hisce præmissis, unde lacti tantæ vires eocedant examanaturus, in artantidis naturam paulo accuratius inquit Clarissimus Dolæus, ejusque causam primariam & proximam, liquorem quendam viscidum, acrem, sale acido vel lixivioso corrosivo magis minusve volatili vel fixo imbutum esse supponit. Inter remotas causas ventriculi accusat, dyscrasiam, quæcumque modo contractam, ita ut per eam chylus crassioribus ac viscidioribus imprægnetur particulis, ipsamque sanguinis massam crassiore reddat, unde procul dubio secretiones humorum lentius peragantur, stomachus & intestina magis laborant, liquorque gastricus, & qui in intestinorum glandulis secretur, reddatur viscidior, donec tandem alimenta assumpta multo adhuc difficilius digerantur, ac ob diuturnam moram in saburram acidam, viscidam, flatulentam commutentur, ipseque chylus acido quodam salino corrosivo ebrius, sanguinem reliquosque humores eodem caractere imbuat. Accedit & hoc, quod humores, recensitas ob causas tardius circulant, salibusque diuturnam, ut magis motu intestino quam progressivo agere queant, concedentes, omnium primo notabiliter corrumpantur, atque lentorem & spissitudinem quandam contrahant. Jam in juncturis articulorum glandulæ hærent mucaginose, serum aliquod mucilaginosum continuo plorantes, quod juncturas pro motu præstando laeves, & lubricas reddat, & conservet. Cui sero permiscetur oleosa quedam substantia medullaris, ab ossium cavitatibus per certos meatus illorum transmissa. Sic enim mucilago olei lubricitatem adauget, oleum vero mucilaginem conservat, ne inspissetur, aut gelatinæ consistentiam contrahat. Ex quibus patescit, mucilaginem hanc in glandulis in & circa juncturas secretam, non modo a salibus acidis corrosivis viscidioribus & tenaciorem evadere, sed & admodum corrosivam & lancinantem reddi, dumque membranas & tendines adjacentes quasi continuo vellicat & irritat, non modo ingentes patrare dolores, verum etiam, impedita sanguinis ob nervorum spasticam contractionem libera circulatione, accedere tu-

mo-

morem inflammatorium. Præter alias autem juncturas, pedes & manus potissimum afficiuntur, quia sanguis, ob motum instantem, paroxysmo maxime inaequalem, non ubique pari violentia salia impellere aptus est, sed in partibus pendulis, ubi ipsius pressio & impulsio gravitus incumbit, poros canaliculorum dilatat, & fontem mali communicat, quo ex parte ex sanguinis sinu proscripito, quod reliquum est, facilius per sudorem, urinam &c. eliminari potest. Reliqua mittimus, & ad lac revertimur, quod constat triplici potissimum substantia, (1) pingui, butyrofa, oleosa & sulphurea, (2) caseosa, terrestri, & limosa, quoddammodo salina, (3) serosa, aquæ, cum admixtione salium nitroforum; quarum qualibet proprios edit effectus, si in Arthritide exhibeatur lac. Ratione enim pinguis substantiæ, particulas salinas, austeras & rigidas, scindentes oblinat; ratione caseosæ, acrimoniam humorum blande temperat; imbibit æ abripit; & ratione serosæ, eosdem humores acres dividit, invertit, & per urinam, sudorem; & ubi via patet, eliminat. Tres autem hæc substantiæ unitæ & bene mixtæ, prout sunt in lacte, majori non modo efficacia salia & humores lentos, viscidos, circa articulos morantes, dissolvunt, invertunt, materiamque arthriticam eliminant; sed & insuper sanguini communicatæ glandulis mucilaginosæ benignum suppeditant humorem, ut juncturarum membranae & tendines eo commodius foveantur, laxentur, & ad pristinum vigorem remotis obstructionibus redcantur. Nec quicquam obtinebunt, qui contra hanc lactis curam crebriores & atrociores redolvas, dum egri ad pristinum victum se accipiunt, recitantes objurgant; siquidem hoc ipsum, teste Authore, experientia non minus refutatur, quam ratio; siquidem cibus, quo factus alimenta in bonum chylum commutantur, ac sanguini justa quantitate communicantur; eo meliores ac laudabiliores progigni solent, ac sic per consequens partium vigorem restituit. Et tamen, siquæ a lacte expectandum esse, nemo indubium vocabit. Multo minus ventriculi debilitatem, & partium languorem in principio curæ occurrentem aliquem in contrariam sententiam abducere, censedit Author Clarissimus. Quæmadmodum enim hæc symptomata ab obstructis glandulis, humorem gastricum & intestinales suppeditantibus oriuntur, siquidem partium pin-

guedinis lactez subigi & cum sanguine pro parturientis nutritione communicari potest; tolluntur tamen eadem, quamprimum portuli ab aqueis lactis particulis referati & unapiores facti fuerint.

**SAMUELIS BASNAGII ANNALES POLITICO-
Ecclesiastici. Tomus secundus.**

Roterodami, apud Regnerum Leers, 1706, in fol.

Constat Alphab. 10.

- T**Elam in perlustrandis Eruditissimi Basnagii Annalibus superiori mense coeptam ulterius protendere, dum animus nunc est, Tomum secundum ad manus sumimus, qui a Seculo secundo oeditur. Heic in etatem Johannis Evangelistae omnium primo incidimus. Ad summam hunc senectutem pervenisse concedit quidem Noster, sed mortis eum mansisse expertem, credere omnino abnuat. Defensionis Decretalium a nonnullis suscepta indignitatem perferre se non posse, latius ostendit. Hinc ad Haereticos, qui Johanne Apostolo adhuc vivente, veneno suo Ecclesiam infestant, delatus, de Menandro, de Simonianis, Cerinthianis & Ebionensis disserit. Nazareos de Christo recte sensisse statuit, & hoc unum illorum peccatum facit, quod ceremonias legis quali saluti necessarias usurparint. Synodum Apostolorum Antiochenam, a Baronio & Turriano confictam, a Binio vero statuminatam, nescire vult. Absonum ipsi videtur, Ossenos ab Essenis haud distinguere. Persecutionis a Trajano mota dum incipit, Ignatium in eadem e vivis sublatum, martyrium subisse notat, ante annum Christi CXVI, qua de re alias controversi solet, non minus ac de Ignatianis Actis, quae pro sinceris minime agnoscat, ac quaestionem: num Romae obierit? in medio relinquit. Sed Epistolas Ignatio omnes, etiam septem illas ad Smyrnecos, ad Polycarpum, ad Ephesios, ad Magnesios, ad Philadelphenses, ad Trallianos, ad Romanos, evellit. Haereticas, quas Plinius secundum Caesaris edictum inhibuerit, Christianorum fuisse agapas censet. Polycarpi ad Philippenses Epistolam adversus Dallai suspensionem tueri, quanquam paucula illa, quibus eadem claudatur, ab aliena manu esse, parum dissimulet. De sacris rebus titulum nomine affectis

Quia dum verba facit, causam istius appellationis in obsequio esse, prae ostenditur. Potentum scilicet palatii tituli cum inscripti fuerint, potuisse forsitan templa Sanctorum inscribi nominibus, quorum memoria consecrata fuerint. Praeterea monumenta pictatis vulgatae editionis auctori titulos vocari observat; adeoque & templa id nominis obtinere potuisse censet, utpote quae Deo colendo consecrata sint. Quibus tertiam addit rationem, a donationibus petitam, quibus templa ditescere coeperint, quaeque titulis olim contentae fuerint. Papiam quo pro audite Johannis habere minus possit, nonnullis se urgeri scrupulis, quas exponit, affirmat, eumque Confessorem quidem, sed non item Martyrem vocari posse concedit. Alexandrum Papam nec martyrio obisse, nec illius Acta genuina esse credit, Schelstrateno se hac in parte opponens. Ut alios haereticos sui temporis exortos nominat, sic Gnosticos imprimis late considerat, & barbara, quae usurpantur, Angelorum nomina (alia ut taceamus,) exponit, prout & aliquid lucis barbaris Valentinianarum Bonum vocabulis foetere nititur. Quadratum Apostolorum discipulum, a Quadrato, Acheniensium Episcopo, diversum facit. Adrianum Imperatorem de contemnendis Christo templis cogitasse, vero non potest simile. At quae benedictae originem ad Alexandrum Papam sine ullo fundamento referri, magnusque esse veteris & novae aquae benedictae discrimen ostendit. Sententiae de provocatione ad Ecclesiam Romanam a Marcione facta falsitatem, non pertentibus argumentis manifestat. Quaequam se Telephorum quidem Quadragesimalis disciplinae fontem jam tum extitisse & principium admittat, vel ex eo tamen Pontificios colligere posse infert, quod lex ista Pontificalis sit, non Apostolica. Antepaschale jejunium ut eum quadragesimali misceretur, haud permittit, & in universam jejunii quadragesimalis historiam prolixius inquirat. Concessam fuisse Polycarpo honoris causa ab Aniceto Eucharistiae consecrationem, negat, & argumentis Amplissimi Tenzeli, istius asserti qui se factorem praebet, respondet. Hegesippum tabulas successione Episcoporum, qui Ecclesiis praesuerint Apostolicis, composuisse, perhiberi videt. Hermiae Pastorem explodit. Non Antonino Pio, sed Marco Aurelio, secundam Justinii apologiam oblatam esse, contra

229-30
30.
35
43
51
55
59
65
70
96
107.
no. seq.
ut ad n6.

- tra Vassianum, Pollum, Dodwellum, aliosque asserit. Polycarpum
 135. A. C. 169 martyrio functum, Usserio adstipulatus credit. Qua-
 136. dratus vero, Polycarpi iudex, qualis fuerit, determinare vix audeat.
 138. Sabbatum magnum, quo Polycarpum martyrio coronatum perhibet
 Smyrnenfium epistola, pro illo habet, quod pascha proxime
 139. antecedit. Annos octoginta sex, quibus Servatori se ministrasse
 dixerit Polycarpus, de Ecclesiastico illius ministerio capit, eumque
 150. obuisse conicit anno Dionysiano, ut dictum modo, 169, d. 26 Mar-
 153. tii. Ad Tattianum delatus, num extet ejus Harmonia? anquiri,
 & Valesii imprimis argumenta, quibus negativam statuminavit,
 156. ponderat. Pluviam Romanos in praelio adversus Quados re-
 ereantem, & fulgura in hostes nulla liberat equidem a magicarum
 artium suscipione, at vero his vix credibilia plura adscribi, simul obser-
 157. vat, & legionem, ad cujus preces id miraculum perpetratum fuerit, ab
 Imperatore sustineam vocitam fuisse, mirus sibi persuadet. Quin nec
 Imperatoris unquam cogitationem, quod a Christianis pluvia sit im-
 161. petrata, subiisse, nec eum quicquam hac de re scripsisse ad Senatum,
 162. vero putat consentaneum. Athenagora epologiam non Marco
 & Lutio Vero, sed Marco potius & Commodo oblatam judicat.
 172. Legationem, ab ipso pro Christianis susceptam, in dubium vocat.
 177. Narrationem Nicephori de Judaeo arena baptizato fabulis apponit.
 182. sq. Apollonium Martyrem Senatoria ornatum fuisse dignitate negat.
 Theophilum Antiochenum Episcopum a Theophilo, librorum ad
 Autolycum conditore, minime discriminat. Paschatis festum A-
 189. postolos haud instituisse, variis rationibus probat. Epistolarum,
 194. quatuor, quae Victori tribuuntur, ~~redivis~~ operose ante oculos
 201. ponit. Symmachus an Theodotio prior fuerit? quaerit, & prior-
 205. itatem huic assignat. Sicca morte Irenaeum animam Deo red-
 215. didisse, autumat. Librorum Tertulliani chronotaxin accuratam
 format, & in hujus Patris mentione Secundum seculum obfi-
 gnat.
 220. Sub tertia primordium, Zephyrinum martyrum cruentorum
 224. numero eximit. Perpetuam & socios martyrii, de grege Monta-
 227. nistarum fuisse colligit. Origenis evirationem non cicuta, sed
 228 ad 230. ferro peractam ait, ejusque vitam omnem dilucidat. Eviratio-
 nem ejus canonicum fuisse ordinationis impedimentum, inficiatur.

Severissimam disciplinam, qua peccatores omni cum Ecclesia reconciliatione privati tum contigerit, ab Apostolis manasse, nullus admittit. Cum poenitentiae actus complures in narthece peragerentur, quid rei sit narthex? constituit. Partem videlicet appellat Templi, ingredientibus primam, exeuntibus vero ultimam, & tum ritus poenitentium varios justo ordine considerat. Simili industria Stationes expendit, jejuniisque dierum Mercurii & Veneris & Sabbati. Quae sacrae Synaxeos ratio his fuerit temporibus, distinctius explanat, interque alia asservationem Eucharistiae in Ecclesia olim neutiquam obtinuisse docet. Templorum dedicationem hodiernam praefcis seculis incognitam, quodque Sanctuarium respicere Orientem debeat, Apostolorum ordinatione niti, figmentum appellat. Pastophorium describit adiculam sive thesamam, in quo Ecclesiae suppellex recondi, Clericique recipi consueverint. Calicum sacrorum antiquam materiam & pietatam contemplantur. Mananae Christianissimum somnium accendit. Altarium usum vetustum pandens, plura in uno templo altaria antiquissimis temporibus vix reperta statuit, nec requisita admittit ad communionem jejunium. Sacramenti elevationem novam, & quingentis amplius annis Ecclesiae incognitam nunciat, in quo Christum perilem ceretorum diuorum usum rejicit. Fabiani Decretales inter spuria scripta collocat. Adultam processionibus antiquitatem abdicat. Philippam Arabem pro Christiano minus agnoscit. Cypriani magiam & amores Justinae fabulas dicit, & insuper traditionem de Cypriano Antiocheno enarrat. Dionysium Parisiensem pro diveris ab Atheniensi agnoscit. Novatum ex Africanorum Episcoporum numero eximit. Septem dormitionum historiam respuit.

pag. 235.
237.
238 ad 247.
248 ad 252.
253.
256.
260.

272
273.
286.
293.
297.
303.
305.
306.
329.
335.
348.
354.
357-362.

Sed dum Tomi cujusvis titulus *duodecim Dissertationes ad illustrandam antiquitatem Ecclesiasticam idoneae* promittit, de his, antequam ab opere locupletissimo manum retrahamus, non nihil dicendum est. Sunt ex non admodum prolixae, locumque inveniunt, post absolutos Seculi tertii Annales, in Tomo secundo; ubi spatium paginarum a 475 ad 576 conficiunt. *Prima traditionem Savae*, a Paulo in priori ad Corinthios epistola commemoratam, *excommunicationum* haud esse probat, aequae hanc voce

Anathematismi innui observat, Baronioque, *catathema* proximam anathemati censuram constituenti, dicam scribit. *Secunda* circa *Excommunicationem Judaicam* occupatur, quam ex inveterata opinione, multis etiam eruditissimorum pro poena spirituali haberi, Noster ait, impuris hominibus imposita, ut a sacrorum communione pellerentur. Quo ut plurimum obtorto collo trahantur verba Domini: *sit tibi sicut Sabaicus & Publicanus*. Sed vicissim Basnagius nullam flagitiosorum a sacris expulsionem his significari contendit, cum Judaeis minime moris esset, Publicanos a Paschatis & sacrificiorum usu removere. Stat ergo ipsi sententia, Judaeorum excommunicationem potius non Ecclesiasticis sed Politicis, quibus societatis jura reis abdicentur, esse annumerandam. *Tertia* dissertatio de *Excommunicatione Christiana* agit, interque hanc & Judaicam hoc interesse docet discriminis, quod, cum Judaica actus sacerdotalis non fuerit, quo impuri homines sacris pellerentur, sed forensis, quo jura civitatis reis eriperentur, Christiana vicissim non fori, sed Presbyterii decretum sit, quo Sacramentorum usu flagitiosi priventur, jure civitatis illato. Hujus excommunicationis jus non ex naturae modo, sed ex ipsius quoque Scripturae fontibus docuit Auctor, Thomae Beaso secus easenti obviam procedente, & ultimo loco antiquitatem Ecclesiasticae disciplinae in subsidium advocat. Inde non solum Episcopum, sed Presbyteros etiam excommunicandi facultate pollere asserit, quam tamen ad mortuos extendi posse negat, Principes vero eidem obnoxios pronunciat. Non esse de cetero hanc illius vim largitur, ut regiam Principibus dignitatem, Magistratui auctoritatem, privatis honores beneque auferat, nec internam fidei & charitatis cum Christo, copulationem eadem solvi posse contendit, quippe quae immeto aeternae praedestinationis decreto nitatur. Sed tangere hanc solummodo affirmat externam copulationem, qua cum Ecclesia conjugamur, usque mensae sacrae, precum pro fidelibus suscipiarum auxilio, consolationum fomentum, Presbyterorumque benedictionibus. *Quarta* de *Ecclesiastico tribunali* agit, quod nequaquam ad dictaturae ejusmodi trahendum sit, quales cogit Baronius, & per quas Ecclesia de rebus temporalibus judicium suum constituat. Hoc certe tribunal moribus impii Christi & universae antiquitati multum ad-

adversum ostendit. *Quinta* dissertatio *decima* examinat, de qua, his sequentem in modum statuit: Jure quidem rationis, quod nullo refugii modo queat, Ecclesiae Pastoribus honesta deberi stipendia, nec conscientiae modo, sed Scripturae quoque tabulis legem illam inscribi. Ut vero decimae quotannis suppeditentur, nec Evangelii, nec rationis, nec seculorum Apostolicorum auctoritate destitutum esse. *Sexta*, Baronio dicit, *claustra Virginitatis* instruat, ad ipsarum antiquitatem reperiendam, quam cum aetate Apostolorum conjunctam fuisse, Latinorum plures existimant, quamque & Pa-melius videre sibi visus sit in verbis Tertulliani: *Videris ipsum continentia votum*. Verum hic error multis argumentis oppug-natur. *Septima* ad *caelibatam Clericalem* spectat: Ubi ab ini-tio quidem credere se ait Bionagius, Apostolos post illapsam Spi-ritus Sancti, omnem prorsus Venerem abdicasse, quae continentia Episcopis Presbyterisque nonnullis exemplar ad imitandum pra-bucent, sed citra ullam tamen necessitatis imaginationem, quae post accesserit, & quam ex instituto heic impugnatam videas. *Octa-va* maximam partem in computatione *LXX hebdomadarum Dani-ielis* versatur, & annos hic non Solares, verum Lunares spectan-dos venire praesupponit, ac dein hebdomadarum initia Artaxerxis Longimani anno vigesimo, exitum vero anno, qui Tiberii decim-us nonus putatur, assignat. Mox oraculum Danielis ad Mes-siam esse referendum probat, ejusque verba potiora curatius pensit-tat. Abominationem vastatricem de Zelotis Temple insidentibus interpretatur. *Nona* *traditiones Pontificias* non tam ex fundam-mentis Theologicis, quam monumentis potius Historico-Ecclesia-ricis convellere studet. *Decima* periodam *Julianam* & *Pagii Graco-Romanam* inter se confert, & hanc ista minime praestare demonstrat. *Undecima* regulas ejusdem *Pagii Hypathicas* exa-minat ac perstringit. *Duodecima* denique *Catechumenorum* *conventum* *que baptismum* cura paulo penitiori contemplantur.

CREMONA LITERATA,

seu

DE CREMONENSIS DOCTRINIS ET LITERARIIS

R. 3

Di-

Dignitatibus Eminentiores Chronologicae Annotationes, Auctore
FRANCISCO ARISIO.

Parmæ, typis A. Pazzoni & P. Montii, 1702. fol. Tom. I.

Constat 5 Alph. pl. 4.

PLurimum omnino Reip. Literariæ interest, ut eorum memoria, qui præclare de ea meriti fuerunt, ad posteros quoque propagetur, quæ scilicet hoc pacto tum virtuti honos sua conferet, tum etiam alii istorum exemplis excitati, iisdem vestigiis insistere animum inducant. Nesso igitur dubitare potest, Franciscum Arisium Cremonensem, nobilissimæ patriæ suæ Ordinum Conservatorem, præclaram admodum operam in se suscepisse, quod Viros eruditione egregiusque in reip. literariam meritis conspicuos, quos Cremona unquam vidit, orbi erudito exhibere constituerit. De quo Resp. literariæ eo magis sibi gratulari debet, quod, cum jam ante eum, tum Josephus Bresianus, Vir in contextendis urbis Cremonæ historiis incomparabilis, inter cujus manuscripta opusculum Italica lingua consignatum & hoc titulo insignitum, *Virtus redempta insignium Virorum Cremonensium*, repertum fuit, tum Doctissimus Laurentius Legatus, qui in *Lyceo Mercatis* nonnulla de Literatis Cremonensibus memoriæ prodidit, simile aliquid tentasset, uterque tamen morte præventus telam pertexere non valuisent, Arisius noster hoc opus feliciter ad finem perduxerit. Hunc autem dissertationem præmisit, in qua urbem Cremonam, de qua patria sibi quoque Auctor gratulatur, & antiquissimam & nobilissimam esse, variis argumentis evincere conatur. Quod enim ad prius attinet, originem hujus urbis ad antiquissima tempora referri ait, ita ut ejus origo in historiis plane reperiri nequeat. Quamvis enim Tacitus, Luculentus cæteroque historiarum scriptor, eam T. Sempronio & P. Cornelio Consulibus conditam fuisse asserat, eum tamen a Polybio deceptum hac ex parte vehementer falli, vel ex Livio abunde constare, utpote qui disertis verbis testetur, multo ante adventum Hannibalis in Italiam, Colonias a Romanis Cremonam deductas esse, & de Valerio Flacco, qui ante T. Sempronium & P. Cornelium Consulatum gessit, affirmet, eum per totam ferme ætatem circa Padum Placentiæ & Cremonæ exercitum habuisse. Id quod etiam

etiam exinde patere Auctor ait, quod varia testimonia ex Veterum scriptis afferri possint, Cremonam jam Tuscorum coloniam fuisse, quorum opes multo ante Romanum imperium terra marique patuerint. Adeoque neminem de summa hujus urbis antiquitate amplius dubitare posse, cum Eusebius quoque asserat, ejus initium annis mille tercentum quinque & septuaginta Christi adventum antecessisse. Postquam igitur Auctor hoc modo demonstraverat, originem Cremonæ omnem vetustatis memoriam superare, jam laudes ejus tum ex veteribus tum recentioribus scriptoribus prolixè satis enarrat, & tandem maximam ejus dignitatem ex honore & innumeris beneficiis, quibus eam summi Pontifices, Cæsares ac Reges affecerint, satis elucescere putat. Post præfationem illam de antiquitate & nobilitate Cremonæ absolutam, Auctor Viros Eruditos, qui ex hac civitate originem duxerunt, in medium producit; in quo instituto ita versatur, ut eos non alphabetico ordine, quem subjectus tamen index supplet, sed juxta temporis, quo quisque floruit, seriem dispositos exhibeat, simulque ipsorum nomina, cognomina, munera, scripta & alias res ab ipsis præclare gestas, accurato studio exponat, in quorum recensione subinde, occasione ita ferente, varia Gymnasia, Collegia, Academia, Bibliographia aliæque hujus generis res literariæ ornamenta lectorum oculis subjiciuntur, ea potissimum fini, ut Cremonensium magnificentia literaria orbi erudito magis innotescat. Hisce præterea, ut lectorum curiositati ex assè satisfaceret, multæ Inscriptiones atque Epitaphia, ex antiquis & tantum non deperditis monumentis in lucem protracta, in quibus Virorum doctorum nomina eorumque laudes æternitati consecratas deprehendimus, hinc inde permixta leguntur. Incipit autem Viros literatos Cremonenses recensere ab anno ante ortum Christi quinquagesimo primo, in quo stadio ad annum post reparatam salutem millesimum quingentesimum primum inoffenso pede progreditur. Cæterum multa de Viris illis eruditis hic loci excerpte nil attinet, tum quod hoc nimis longum foret, tum quod hæc delicias cujusvis Lectoris curiositati relinquere magis consultum esse arbitramur.

IN VACTAME RUDITORUM

SERIES AUGUSTORUM, AUGUSTARUM, CAESARUM & TYRANNORUM OMNIUM, TAM IN ORIENTE, QUAM IN OCCIDENTE A C. J. CAESARE AD LEOPOLDUM, CUM EORUMDEM IMAGINIBUS ET OPTIMORUM NUMISMATICARUM FIDE AD VITAM EXPRESSES,

AUCTORE LAURENTIO PA-

TAROL

Venetis, typis Antonii Bortoli, 1702. 8.

Plag. 15. ch. aug.

VEL ideo libro huic pretium decernere par est, quod reliquorum Numismaticorum metas longe superare videtur, dumque illi in Heraclio communiter desinunt, hic Imperatorum series ad nostra tempora usque protendit, licet nummorum defectu icones interdum necessarias aliunde mutuare debuerit. Omnium vero, quotquot complectitur, imagines perquam nitide exsculptas habet, adjecta e praestantiorum Historicorum monumentis compendiaria cujuslibet Principis vitae enarratione, id quod tyronibus egregie prodesse, eorumque memoriam ad ampliora praeparare, nemo est, qui ignorat. Inprimis autem commendari meretur Nobilissimi Auctoris ingenium, quod Augustos contemporaneos, ipsorumque conjuges, una aera conspiciendos praebet, siquidem & hac methodo plurimum amoenitatis studiis haece obvenit. Prolegomena etiam breves aliquot discursus continent, a seculo ejus haud dissentaneos, puta, de nomine Imperatoris, Caesaris & Augusti; de varia pro variis temporibus Imperatoris eligendi ratione; de variis Imperii Romani periodis; in quibus copiosa lectio redundat. Ceterum cordatioribus Germanorum agre persuaserit, quae de coacta, aut non ita libera, ut loquitur, Imperatoris renuntiatione, ab Electoribus in defuncti Caesaris gratiam expedienda, contra Legum Reipublicae nostrae fundamentaliu tenorem asserere voluit.

LEXICON LATINO-BELGICUM NOVUM, OLIM

Idiomate Gallico publicatum a P. GUIDONE TACHARD,

nunc Belgica consuetudini communicatum, &c. ac-

curante SAMUELE PI-

TISCO.

Am-

Amstelædami, excudit Franciscus Halma, 1704, in 4to.

Constat Alphab. 6. plag. 15.

Est ea plerorumque Lexicorum, maxime, quæ puerorum, emanibus teruntur, ratio, ut multa, quæ plane & omnino inferenda erant, vocabula ibi desiderentur; barbarorum vero, & minus Latinorum, aut saltem non satis usitatorum, magnam copiam contineant. Quod cum secum reputaret, Reverendus Pater Guido Tachard, operæ pretium duxit, de locupletiori & comtiori Lexico edendo consilium suscipere. Confecit destinata anno 1687, & quod concinnandum susceperat, Lexicon Latino-Gallicum Parisiis publicavit, in quo obsoleta vocabula, & locutiones vitiosas notavit, poeticasque loquendi rationes, ab illis, quæ oratoribus & poetis in usu sunt, asteriscis distinxit. At ne sic quidem omnium expectationi satisfacit. In illud enim cum solertissimus Typographus, Franciscus Halma incidisset, censuit ad illius formam, phrasibus & vocibus, in illo Gallice versis, in sermone Belgicum translatis, non incommodum posse fieri lexicon Latino-Belgicum. Proinde unum alterumve specimen Samueli Pitiscus, Clarissimo Viro, Gymnasii Hieronymiani apud Trajectinos Rectori obtulit, & sententiam de eo rogavit. Is accuratius re perspecta, deprehendit, reverendum Tachardum scriptores, quos laudat, non evoluisse, & sicut non contemnendis conjecturis adductus; pace tamen optimi Viri, Pitiscus hariolatur, Coelii Curionis Secundi Forum Romanum compilasse, hic illicve, hoc illove scriptore, quamvis infrequentius, de suo addito. Hinc factum censet, ut errabundi ducis, (quia nec ille, dum scriberet, fontes adiit, sed ex aliorum lacunis multa in suum Forum derivavit) vestigia legens, in tot errores incidit. Ciceronem enim pro Livio, Cæsare, Columella, Nepote, Tacito, &c. Tacitum pro Suetonio, Cicerone, Livio; Cæsarem pro Sallustio, Gellio, Charisio, Celsò, aliosque pro alijs millies & trecenties perperam laudavit. Nec omisit non Tachardus multa vocabula, pluresque eorum significationes, imò vero non pauca auctorum loca male interpretatus est. Proinde id dedit operam doctissimus Pitiscus, ut ipsis consultis fontibus testimonia scriptoribus, apud quos non leguntur, perperam trans-

scripta, illis, apud quos inveniuntur, redderet. Capita præterea, paragraphos & numeros, in quos distinguuntur, adjecit, & vocabula & vocabulorum significationes, quæ in Tachardi editione, desiderantur, suis locis & incinulis, ut a Tachardianis separarentur, inclusit. Enatum hinc Lexicon hoc Latino-Belgicum, quod, quin idonei harum rerum existimatores approbaturi sint, nulli dubitamus. Promittit hoc loco Pitiscus *Lexicon Antiquitatum Græco-Romanarum*, ex Thesauris Antiquitatum Romanarum Grævii & Græcarum Gronovii, & plerisque aliis scriptoribus, qui Antiquitates Græco-Romanas proximis sæculis suis illustrarunt commentariis, congestum & ordine Alphabetico digestum.

AN UNIVERSAL DICTIONARY.

i. c.

DICTIONARIUM UNIVERSALE, HISTORICUM,
Geographicum, Chronologicum & Poeticum, e Morerii, Balii,
Baudrandi, Hoffmanni, Danesi aliorumque
operibus congestum;

Tomus II.

Londoni, ap. Jo. Hartley, W. Turner & Tho. Hodgson, 1703, 8.

Constat Alph. 9. pl. 9. ch. ang.

NON male & utilitati multorum & crumenzæ consuere, quicunque ex Morerii aliorumque dictionariis realibus compendium hoc compilaverunt. Quo quidem nihil speciatim derogatum cupiunt Anglicanzæ Morerii translationi, quam ante complures annos doctissimus Collierius (*Collier*) procuravit, non perfectorie auctam, & ob sublato passim errores tanto eruditorum plausu exceptam, ut solertissimus Th. Fritschius *Hoister Germanicam* Morerii editionem, ab erroribus, quantum fieri potuit, omnibus purgatam, locisque plurimis, e Germanicâ maxime *Historia*, adauctam, (quam prælo modo subicere cœpit) procuraturus, hac editione, quam Gallicis nondum satis castigatis, uti consultius merito duxerit. Qua occasione non dissimulamus, Excellentissimum Virum, Joannem Franciscum Buddeum, S. S. Theologiæ in Academia Jenensi Prof. Publ. edendi hujus operis principem curam in se-

lus-

suscipisse, a quo non nisi præclara omnia & elucubrata, sibi pollicentur eruditi. Ut vero ad compendium nostrum revertamur, equidem specimenibus ex eo petendis superfedere possumus, cum ipse Moræus in multorum manibus versetur; illud in universum asserere possumus, quæcunque huc ex Historia Ecclesiastica, non minus, quam Civili omnium gentium, & Litteraria, Mythologia item, Geographia ac Politica translata sunt, concinna omnia brevitate descripta deprehendi, ut iudicium, quod exactum adhibere epitomatores imprimis decet, desiderare hic nemo possit.

DICTIONARIUM SACRUM SEU RELIGIOSUM.
A Dictionary of All Religions &c.

i. a.

DICTIONARIUM OMNIUM RELIGIONUM,
veterum & recentium, Judæicarum, Gentilium, Christianarum & Mahometanarum.

Londini, apud Jac. Knapton, 1704. 8.

Constat Alph. i ch. aug.

Paulo prolixius anonymus hujus libri Auctor, quem Colerium plerique vocant, sed res tantum sacras tradit, nimirum religiones varias, schismata, sectas & hæreses, vitasque & dogmata auctorum diversarum religionum aut propagatorum, Deos gentilium & idola, mores divini cultus diversos, ordines religiosos & communitates, sacros ritus, vasa item & festa, officia distincta, regulas atque ceremonias. Itaque hic diffusiores nonnullos articulos deprehendas. Sic enim sub tit. *Bible* de Bibliis Arabicis, Armenicis, Chaldaicis, Copticis, Ethiopicis, Græcis, Hebraicis, Latinis, Moscoviticis, Persicis, Samaritanis & Syriacis accurate agitur, simulque commendatur liber Kortholdi *de variis Bibliorum editionibus*, ad cujus tamen notitiam non pervenit, *Sacra Biblia*, celeberrimi Viri Roberti Boyle cura & sumptibus, in ipsam etiam linguam Irlandicam, cujus rarus quidem in scriptis usus est, aliquot ab hinc annis fuisse translata. Pariter sub tit. *Festivals* Festorum diversa genera recensentur: sub tit. *Idols* historia idololatricæ: sub tit. *Persecutions* hi-

storia viginti quatuor persecutionum: sub tit. *Sabbath* historia cultus diei Dominicæ apud diversas gentes exhibetur: sub t. *Evangelists & Apostles* singulorum Evangelistarum & Apostolorum vitæ ætate describuntur: sub t. *Pre-adamites* Peirerii systema Præadamiticum prolixè examinatur. Imprimis vero lectu digna sunt, quæ ad Ecclesiæ Anglicanæ cognitionem spectant, ut cum de Independentibus, Presbyterianis, Quakeris, Cameronianis aliisque agitur. Et cum de Cameronianis speciatim pauca hæctenus exteris innotuerint, non erit alienum, quæ de illis in hoc Dictionario habentur, breviter hoc loco recensere. Nomen habent ab Archibaldo Camerone, Pastore castrensi, qui ab illis Presbyterianis secessit, qui indulgentiæ Caroli II uti decreverant, quod ille ita interpretabatur, quasi hoc modo primatum aliquem Regis in Ecclesiasticis agnoscerent. Cumque illi nihil aliud se agere affererent, quæ ut libertate excedendi muneri pastoralis, quo hæctenus injuria fuerint prohibiti, concessa gauderent, res majori paulatim contentione ab utraque parte agitari coepit. Et quanquam Presbyteriani reliqui ad synodum universalem provocarent, Cameroniani tamen non modo non deposuere, verum & auxere ferociam, eoque demum insulæ processere, ut Carolum Regem commune fœdus, quo Regno obstringeretur, violasse, & pravis moribus suis Ecclesiæ Anglicanæ *de jure*, ut loquebantur, excludi, atque adeo & Regno deprecipiendum & excommunicandum esse docerent. Verum & facili negotio oppressi sunt, & sub Wilhelmi regimine profusè quieverunt, tandemque decretis in conventu generali Cleri Scotici, anno 1690 instituto, sancitis sese submisere.

*INTRODUCTIO AD VERAM PHYSICAM, PER
JO. KEILL. Editio secunda emendatior
& auctior.*

Oxoniz e Theatro Sheldoniano, 1705, 8.

Constat pag. 19½.

Cum suum eruditum laborem probari, passimque desiderari, nec tamen proflare exemplaria intelligeret Autor; novam dedit editionem subduplè fore priori auctiorem, utpote quam 13 absolvent

plagula. Etenim dum eam *A. 1703 Mens. Nov.* commemoravimus, per errorem justo major moles ipsi assignata, quem lector haud gravatum corriget. Cæterum non ingratum fore arbitramur, si, quæ novæ huic editioni accessere, breviter indicemus. Addidit, nempe Autor 14 Lectionibus decimam quintam & sextam, cumque in decima problema de invenienda velocitate, qua datum corpus movendum est, ut habeat momentum æquale momento cuius dato, in priori editione non nisi ad vectem applicasset, in posteriori ad 5 potentias mechanicas simplices, vectem cum statera, axem in peritrochio, trochleam, cochleam, & cuneum applicat. Lectio XV de motu gravium vel in planis ad horizontem inclinatis, vel in superficiebus curvis, quales sunt sphericæ & cycloidicæ, vel in spatii denique liberis & non resistentibus peracto, nec non de motu pendulorum theoremata Geometricè demonstrat, & problemata inde pendentia resolvit. Inter alia *ad theor. 43 p. 205* notatur, horologia pendulis instructa tam affabre elaborari posse, ut temporis mensuram motu Solis multo justiore exhibeant, cum hic tempus apparens monstret, non autem verum. Atque hinc talia automata statim temporibus horam indicare ab apparenti diversam, tempus Solaris horologii 15 vel 16 minutis primis aliquando superantem, aliquando totidem ab eo scrupulis deficientem: nec nisi quater in quolibet anno Solem & horologium idem temporis punctum monstrare. Lectio XVI projectorum phænomena examinat, ubi notatur, si mobile directe sursum vel deorsum projiciatur, moveri motu uniformiter retardato vel accelerato in linea recta; sin secundum directionem horizontalem aut aliam, ad Horizontem obliquam lineam, in linea curva deferri. Theoria *in schol. theor. 51 p. 235* ad directionem tormentorum bellicorum applicatur. In fine denuo subjiciuntur Hugeniana theoremata de vi centrifuga & motu circulari cum Keillianis demonstrationibus. Utut enim ipsius Hugenii demonstrationes inter opuscula ejus posthuma nunc prostant; Keillianas tamen quoque prostrare consultum erat, cum sint Hugenianis multo breviores.

VITA & PHILOSOPHIA THOMÆ CAMPANELLE, AUTO-
RE ERNESTO SALOMONE CYPRIANO.

Amstelodami, apud Christianum Petzoldum, 1705.

Constat plag. 6.

Autor libelli Clarissimus us Philosophis annumerandus est, qui in nullius magistri verba jurant, sed e variorum fontibus, iudicio arbitrioque suo, quantum quoque modo videbitur, assumunt atque hauriunt. Quare cum in Academia Julia publicas prælectiones philosophicas indiceret, iudicaretque, non omnem veritatem esse veteribus patefactam, neque olim tantum Platones atque Aristoteles humani generis bono natos fuisse, sed hodiernum excellentis ingenii viros, ac, licet id vilia & obsequio prompta non agnoscant ingenia, veteribus pares aliquando reperiri; auspicali programme commentatus est de vita & philosophia Campanellæ. Quod cum doctus non ingratum accidisset, & rogatus esset Autor, ut paulo fusius, quod cœperat, persequeretur; hoc libello id sibi faciendum exiffimavit. Fatetur autem, vocato sibi ad aliud studiorum genus, & multis laboribus impedito, non licuisse industriam debitam ad hanc rem convertere, optatque, ut aliquis ex doctorum ordine omnibus præfidiis instructus hanc philosophiam accuratius examinet. Capite primo agitur de Campanellæ ortu, studiis, carceribus, tormentis, liberatione ac morte. Caput secundum exhibet variorum de Campanella iudicia, eaque adeo diversa, ut si unquam, certe in hac re verum esse appareat illud tritum: quot capita, tot sensus. De theologia & magia Campanellæ agitur tertio capite, ostenditurque, quoties vis inferretur, amplecti solitum Pontificis sacra, etsi artes aulæ Romanæ in libris suis sæpe liquido detexisset, ac religionem sibi formasset pro lubitu: de cætero magicis artibus inde a puero delectatum, fassumque, apparuisse sibi vario ac horribili vultu dæmonem, ac secum collocutum; fuisse insuper Campanellam profani oris hominem, & Christi disciplinæ adeo contraria docuisse suis libris, ut mirum sit, auper a novarum rerum cupidis inter Apostolicos viros annumeratum. Progreditur Autor capite quarto ad Philosophiæ Campanellæ, plenâ paradoxis, cognitione tamen & investigatione apprime dignam. Quinto capite exponitur de Campanellæ libris, exhibeturque epistola illustris ac de studiis litterarum meritisimi Viri, Antonii Magliabechi, ad libelli Autorem scripta, qua percensentur manuscripta Campanellæ in scriiniis Magliabechi allerata. In fine habetur

ab-

absolutis operum Campanellæ index ab ipso confectus, & appendix
ex Morhoni dissertatione de paradoxis sensuum, qua Campanellæ
philosophia de sensu omnium rerum examinatur.

ALEXANDRI THOMSON, M. D. DISSERTATIONES

Medicæ.

Lugduni Batavorum, apud Fratrem Haring, 1705. in 8. plag. 10.

Medicinam Veterum pariter atque Recentiorum multa imperfe-
ctione laborare, omnesque illius hypothefes ex mera imagina-
tione proficisci, indubia vero cunctorum fundamenta, cum naturam
rerum ab hominibus sciri Deus & Natura nolint, a sensibus & observa-
tione obtineri, *Autor* nobilissimus in *Introductione* prius indigitat,
quam meritum suam de canalium corporis animalis in fluida renisu, de
aquis mineralibus, de marte, de mercurio, de opio, atque de morbis ani-
mi, in *sex Dissertationibus Medicæ*, quas hic combinatas sistit, aperiat.
Quævis enim de renisu canalium in fluida animalia, post *Banellum*,
Bellinum & *Plicarium*, *Clar. Baylinus* agere, ac in tractatu de *fibræ*
morricæ solidorum vires præstantiores viribus fluidorum adstruere vo-
luerit, quia multis tamen modis ipse videatur deficere, *Noster* circa mo-
tum, quo canales corporis animalis in fluida renuntur, ita in *Disserta-*
tione prima versatur, ut a venæ sanguinis ex arteriis ad venas propulsio-
nem à corde impossibilem, ex nimia sanguinis & arteriarum resisten-
tia, qua cordis vires superentur, nunc sanguinis pariter ad venas transi-
tum, atque lymphæ & liquidi nervi per vala lymphatica & ner-
vos motum ab arteriis ipsis ideo deducat, quod hæc, quoties a san-
guine propulsi dilatantur, toties eius vires structure suæ elasticæ
sefe contrahere, ac fluida contenta in dictis partibus urgere debeant.
Quæ de veteri medicina, stimulis medicis, exercitiis, missione sanguinis,
vomitu, purgatione, sudore ac balneis subijciuntur, non est, cur singula
recescamus, qui ad *Alceum* potius *Dissertationem* pergentes anno-
tamus, varia non solummodo experimenta cum æquæ mineralibus ad-
ornata in hac commemorari, sed & ubi aquas quidæ minerales de cu-
pro, ferro, & sale terræ naturali participare, naturam nihilominus suam
a minerali quodam fixo nequaquam mutuari ostensum fuit, imprimis
aquarum mineralium, tum diversos virium gradus, tum originem, ad
Tabernemontani & *Giuræ* sententiam, & terræ succo glutinoso, tere-
bin-

binthinae siue gummi plantarū haud ab simili, serutinio ulteriori commendari. In *Dissertatione III.* quemadmodum obstructions a lymphâ crassiori, & a sero copiosiori evacuationes præternaturales derivantur, omnia vero medicamenta ex ferro parata serum dissipare & villos adstringere judicantur: ita varia simul & obstructions & evacuationum genera innuuntur, in quibus remedia chalybeata adhibere vel omittere convenit; neque hystericis ac phthisicis iis, in quorum visceribus vitium magis, quam in sanguine hæret, aquarum mineralium usus interdicitur. In *IV Dissertatione* ante omnia effectus, quos Mercurius, in ultima divisione sæpè sphaericus persistens saliumque commubio potentior redditus, in sanguine ac lymphâ solvendis, indeque in evacuationibus per diversa loca molendis præstat, non tam ejus ponderositati, quam globulorum circumgyrationi, ab osculatorio canaliculorum motu adjutz, determinatæque lymphæ solutz consistentiæ, ascribuntur; hinc in morbis pertinacioribus alia medicamina respuentibus propinatæ mercurii, ad justum etiam pyralismi gradum, si vires ægroti ferant, perquam proficua exemplis variis constructur; tum mercurio edemando, si nimium operetur, ses aurum, nec sulphuris flores, sed lac & decocta emollientia opponuntur, eidem vero e corpore eliminando, si in sanguine persistere contingat, purgantia blandiora suadentur; in affectibus denique spasmodicis, a liquido nerveo nimis viscido dependentibus, mercurii quoque summam salutem laudatur. Postquam a sanguine expanso liquidi nervei motum inhiberi somnumque induci, omnem itidem convulsionem ac motum convulsivum a totius corporis repletione, aut inanitione contingere, paralytin autem a fluida diutius in expansione persistentibus fieri, in *Dissertatione V* declaratum fuit, uberius ab opio immediate sanguinem, mediæ liquidum nerveum expandi asseritur, modusque edocetur, quo vel opium somnum provocare & quaslibet evacuationes serosas præter sudores sedare solet, vel nimis etiam opii operatio aliava symptomata præcautè debeant. Tandem in *Dissertatione VI* commercio, quod animæ cum corpore intercedit, atque ius animi affectibus, a quibus morbi corporis propullulant, explanatis, in horum medela ex remediis pharmaceuticorum speciebus non nisi opium ac vinum generosum seliguntur: quid tamen melius quoque, ingenii & corporis lusus, ratio atque religio in morbis animi valeant, non minus enodatur, ac quodnam Medici in iisdem habeatur officium; Medicum quippe felicissimum sæpe esse, non qui medicinam pharmaceuticam aut corporis mechanismum melius calleat, sed qui ægrotum animos optime disponat.




Fig. 10






Fig. 8.



Fig

Fig. 5.



ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsiæ

Calendiæ Aprilis, Anno M DCC VI.

HET VYFDE EN HET SESTE ANATOMISCH
Cabinet, van FREDERIK RUTSCH.

i. e.

FRIDERICI RUTSCHII, ANATOMIÆ ET BOTANICÆ
Professoris, *Thesaurus anatomicus*
Quintus & Sextus.

Amstelædami, apud Johannem Wolters, 1705. in 4.

Constat Vtus plag. 7. Fig. Tab. 3. Vltus plag. 16. Fig. Tab. 7.

DUOS hic conjungere *Thesaurus Anatomicos* eo minus videretur, quo magis celeberrimo *Ruschio* placuit uno anno eosdem divulgare: tanto majori autem cum cura in ipsis recensendis occupabimur, quanto majus quoque desiderium laudatus Autor in ultimo *Thesaur*o videtur exprimere, non solummodo reliquos posthac absolvendi *Thesaurus* decem, quibus atque prioribus omnia curiosa Anatomica intra 40 annos a se collecta comprehendat, sed & Deo volente, alios *Thesaurus*, quos copiosos possidet, de animalibus, insectis, marinis &c. cum literato pariter Orbe communicandi. A *quinto* proin *Thesaur*o initium facientes, ad eam intestini jejuni portionem primum attendimus, quæ ex homine ideo monstratur inversa, ut præter jugæ five valvulas conniventes glandulæ solitariæ ac miliares luculenter conspiciantur extra superficiem propullulantes, cum e diverso eadem in intestino recto, æque ac in agmen quæ consistit perhi-

pag. 56.

7.

T

ben

14. bentur, instar fovearum ut plurimum apparent. Hinc inter auditus ossicula stapedem in situ naturali respicimus, quod tenuissima membranula, quam arteriolæ plurimæ perreptant; involvatur.
16. Tum chorion foetus humani consideremus, quomodo in duas illud dissecatur partes, alteram tenuissimam & pellucidam, spectantem foetum atque pseudo-allantoidis titulo insignitam, alteram vero crassiorem, opacam, non extensilem & utramque faciem placentæ, adeoque eam etiam, qua cum utero cohæret, investientem. Neque reticendum, hujus illam portionem, quæ a placenta recedens uteri cavitatem obducit, valisque sanguineis in homine rarissimis gaudet, villosam placentæ membranam nuncupari, quia in eandem succus nutritivus, in extremitatibus arteriarum uteri confectus, & a venarum placentæ extremitatibus suscipiendus, atque ad foetum per funiculum umbilicalem deducendus, æque sese insinuet, ac chylus alias in villosam tenuium intestinorum tunicam sese insinuare solet, ut eo facilius a radicibus vasorum lacteorum recipiatur. Porro ossium tarsi, ossiculorum glandulæ pinealis, & vertebrarum ossis sacri mentio injicienda, in quantum ossa tarsi ex muliere, cujus pes extremus spina ventosa correptus fuerat, in unum coalita, & in aliam prorsus substantiam molliorem mutata, glandulæ pinealis ossicula tria distincta, pro calculis ab aliis habita, & vertebræ ossis sacri ejusmodi cavitatis, qualis spinæ dorsi vertebris cum aliquo humore intercedit, plane expertes, exhibentur. In arteriis denique ac costis ita finiamus, ut arteriarum intercostalium exortum, cum ex aortæ trunco descendente, tum ex arteriis mammariis, costarum vero superiorum vergentiam ad superiora, & inferiorum versus inferiora, in aperto infantis thorace ostendi commemoremus. Sed ad *sextum Thesaurum* progredientibus ea imprimis delibare lubet, quæ abstrusum generationis negotium, aliquomodo videntur illustrare, modo prius notaverimus, in homine meatum a naso ad oris cavum pone dentes incisores nunc geminum haberi, nunc simplicem; glandulas nasi ex mero arteriolarum contextu resultare; atheromata subinde occurrere pilosa, seu pilis referta; pseudo-membranam ex sanguinis sero confici posse; atque in intestinis tunicæ communi & carneæ aliam cellulosam intercedere, quæ in homine obeso pinguedine turgeat.

Nem-

Nempe in muliere a paucis diebus gravida uterus mole major, substantia ejus multo crassior, facies interior villosa, & in alterutro ovario, vel alicujus ovuli, quoad magnitudinis hujus incrementum & contenti liquoris coagulationem, insignis mutatio, vel calix saltem remanens, ubi ovum jam expulsum fuerit, annotatur. Ex muliere a marito in adulterio occisa uterus sistitur, nonnihil tumidior & in substantia crassior, cujus non minus atque utriusque tubae cavitas semine albo concocto turguerit, indicium fortassis praebens, in coitu prolifero haud solam auram seminalem, sed semen ipsum intrare uterum debere. Econtra ovum muliebte a semine foecundatum non tam totum, quam contentum ejus, h. e. liquorem cum tenerrimis membranulis ambientibus, ab ovario secedere, ac per tabam ad uterum amandari, ex eo verisimile redditur, quod cortex ejus cum ovario firmiter cohaereat, neque in gallinis externum ovi integumentum cum vitello extrudatur, sed in calicis potius forma remaneat. Ova separata cupienti lustrantur, horum tum foecundata, tum non foecundata, representantur. utero ejecta, licet in priorum nonnullis apertis, nec nudis, nec armatis oculis, aliquod embryonis rudimentum deprehendi valuerit, forsitan quia tale liquefactum evanuerit. Curiosum tamen est, in embryonibus magnitudine seminis lactucae, anisi & hordei mundati, quales pariter atque alii majores in liquore a nostro asservantur, molem magis confusam, caput & artus nequaquam distincte apparere, etiamsi Leeuwenhookiana microscopia in subsidium veniunt; distincte autem dictas partes cerni, ubi embryones magnitudinem hordei non mundati paulo superaverint, vel unciam, etiam dimidiam aut integram aequaverint, tali nihilominus cum, differentia, ut in ultimis quoque artus inferiores superioribus perfectione cedant, h. e. digiti manuum, non autem pedum conspiciantur, quippe qui in embryone adhuc proveciori ac duorum circiter mensium observentur. Foetus praeterea dum subjiciuntur magnitudine unciarum duarum & digiti maximi, trium itidem, quatuor, quinque, sex, septem & octo circiter mensium, sexus sequior sexto demum mense facile dignosci posse adstruitur, quoniam prioribus mensibus clitoridis longitudo, qua penem exilitem refert, difficile de sexu reddat judicium. Tandem, ubi indigitave-

4. 24.

15.

17.

28. 29.

31. & seqq.

34. & seqq.

37.
38. & seqq.

nus, præter varia enumerata quinque quoque sceleta humana magnitudinis diversæ delineari, ex prodromo Theauri sexti minime filere convenit, diversa nova, quæ Clarissimus *Vicussens* in *novo vasorum corporis humani systemate*, a nobis A. 1705 p. 453 recensito, sibi tribuere videtur, in specie vasculosam corticis cerebri ac renum structuram, a *Nestro* vindicari, renisque pariter vervecini figuras duas representari, hæc merito transferendas, quo utriusque modus renes præparandi ac figuris exprimendi clare pateat.

TAB. IV. Fig. I. Renem denotat vervecinum, per dorsum dissectum, ut interiora in conspectum producantur.

Fig. I.

- A. Arteriolæ, ductus urinofos producentes, vel in illos degenerantes.
- B. Corpus papillare, ubi notandum, in vervece unicum tantum reperiri corpus papillare semicirculare, uti hic demonstratur, cum contra in homine plurimæ reperiantur papillæ.
- C. Arteriolæ abscissæ.
- D. Margo pelvis adipe oblitus.
- E. Frustum penne anserinæ, principio ureteris insertum.
- F. Corporis papillaris margo, innumeris foraminibus seu oculis præditus.
- G. Vena Renalis.
- H. Arteria Renalis.
- I. Ureteris portio.

Fig. 2. Fig. II. exhibet Renem vervecinum bisectum, cujus margo corporis papillaris & semicircularis ab Autore reflexus est, ut vasa sanguinea nonnihil conspiciantur.

- A. Arteriolæ degenerantes in ductus urinarios; ubi notandum scilicet, illas ante dictam degenerationem quandam mutationem subire, seu in aliud esse mutari &c.
- B. Ductus urinarii.

C. Mar-

C. Margo pelvis bifecti.

DD. Margo corporis papillaris & femilunaris, innumeris osculis pertusus pro urinæ exitu.

E. Pelvis superficies exterior undique adipe obsita.

F. Ureter abscissus.

G. Vena Renalis abscissa.

H. Arteria Renalis abscissa.

I. Portiones interioris substantiæ Renis, quæ ceu papillæ quidem nobis hic occurrunt, sed neutiquam pro papillis habendæ sunt; omnes enim continuæ sunt, vasa autem sanguinea hisce portionibus intersita, videntur dictam interiorem partem Renis in varias particulas separare, suntque dicta vasa multo sevo obsita, unde illa prima fronte visâ, admodum crassa nobis obveniunt, cum contra, re penitus perspecta, longe tenuiora sint, sicuti hoc quoque liquet ex hac Figura.

GEOMETRICA DEMONSTRATIO THEOREMATUM Hugenianorum circa Logisticam seu Logarithmicam Lineam &c. cum addita epistola Geometrica ad P. Thomam Cevam S. J. Auctore D. GUIDONE GRANDO, Cremonensi, Monache Camaldulensi & in Alma Pisano Lyceæ Philosophia P. P.

Florentiæ, typis Regiæ Cellitud. apud Petrum Antonium Brigonci, 1701. in 4.

Constat Alphab. 1. plag. 6.

Celeberrimus *Hugenius* in Dissertatione de causa gravitatis Tractatu de Lumine subjuncta, de qua *Mense Nov. A. 1690* egimus, proprietates *Logisticæ* seu *Logarithmicæ* p. 176 & seqq. proposuerat, sed sine demonstratione. Cum vero ipse *Hugenius* in laudata dissertatione aliquibus ex illis ad arduas *Physicæ* veritates indicandas, & problemata de motu corporum, sive per aerem projectorum, sive proprio pondere descendentium, computata mediæ resistantiæ, determinanda usus fuerit; *Clarissimo Grandæ*, per *Geometricam* Problematum *Vivianorum* demonstrationem, *Mense Jan. A. 1701* cum laude commemoratam, *Geometris* jam optime

noto, illorum demonstrationem Geometricam pertexere placuit. Equidem Dominus *Carré* in *Methodo*, de qua *Men. e. Jun. A. 170.* dictum est, cum in *prop. 26 sect. 1* aream Logarithmicam & in *prop. 26 sect. 2* soliditatem Solidi per revolutionem spatii Logarithmici circa asymptoton suam geniti, ope *Calculi summatorii Leibnisi*, in Actis nostris satis noti, sine ullis lemmatum aliisque ambagibus (quæ est calculi hujus præstantia) determinasset, Theorematum Hugenianorum aliquot instar corollariorum deduxit, poterantque eadem facilitate per dictum calculum reliqua etiam erui; ex præfatione tamen colligitur, Nostrum methodum illam nondum vidisse, cum anno 1701 Tractatus Hugenius in manus ipsius primum incideret. Sed nullum est dubium, quin ipsius labor pergratus Geometris sit futurus, cum non nudam Theorematum Hugenianorum, eamque Geometricam & multiplicem, afferat demonstrationem; verum hac etiam occasione plures exhibeat Geometricas methodos circa Tangentes, Quadraturas, Centra gravitatis, Solida &c. variarum Curvarum, aliasque veritates Geometricas illu-

TAB. IV. *stret. Certe p. 41 ex Torricellii doctrina lib. 1. de motu grav. Fig. 3. & 4. prop. 18* ejusque *scholio*, methodum deducit generalem Tangentes inveniendi. Curvam nempe quamlibet DAV motu ordinatæ BA æquabili & sibi parallelo per axem BC latæ, & ex motu puncti A in ipsa linea BA velocitate accelerata vel retardata versus B accedentis vel ab eodem recedentis describi concipit, & ex hac genefi demonstrat, esse ut velocitatem puncti fluentis in situ A ad velocitatem ordinatæ AB, ita ipsam AB ad subtangentem BO. Exhibet quoque Tangentes Hyperbolæ Apollonianæ, omnium Parabolarum, infinitarum Spiraliū, Conchoidum diversorum generum aliarumque Curvarum; nec non expansæ Ungulæ Cylindricæ, immo omnium Ungularum, etiam ex Cylindro non circulari abscissarum. Expedit dimensionem Geometricam infinitarum Parabolarum, Hyperbolarum, Spiraliū, etiam Geometricæ, Cycloidis variorumque segmentorum, Cissoïdis & ejus segmentorum, Tractoriæ &c. item Solidorum ex trilineo Cycloidis, ipsa Semicycloide circa Tangentem verticis & ex spatio Cissoïdis concavo aut convexo circa asymptoton vel ei ex vertice parallelam revolutis. Inprimis sub finem operis p. 132 Hyperbolam per Tractoriam quadrare docet. Sic

ncq-

nempe Tractoria BLMN, ejus prima ordinata FB, axis FG; sit B vertex, F centrum Hyperbolæ æquilateræ, cujus semitransversus axis FB. Ducta ex quovis puncto H axi Tractoriæ parallela HM, fore ait Triangulum basi FB & altitudine HM æquale Hyperbolico trilineo, portione axis HB, Tangente Hyperbolam ex puncto H & Curva Hyperbolæ intercepta comprehenso. Cum *cap. 1.* varias Logarithmicæ, etiam spiralis, generationes exposuisset, inter alia *p. 11.* monet, Logisticam spiralem intelligi posse describi per Logisticæ communis convolutionem, toto axe BQ in punctum centri contracto, ipsa vero AK in peripheriam circulem radii BA (repetito, si opus fuerit, circumvolutionis gyro) curvata, ordinatis interea BA, CV, QD in totidem radios a centro deductos abeuntibus. Sed cavendum esse, ne quis putet, Logisticam in spiralem contractam spatium continere dimidium ejus, quod explicata complectebatur, quia infinite parva parallelogrammula BZ, XZ &c. in totidem abeant Triangula illorum dimidia, ex quibus spiralis Logisticæ spatium absolvatur. Hoc enim ratiocinium, ut Geometrarum methodo conforme, plerumque fallere, quod in convolutione non eadem retineantur Triangulorum altitudines & bases, quæ fuerant parallelogrammularum. Ostendit, aggregata quotlibet terminorum Geometricæ proportionalium esse inter se, ut differentia terminorum maximi & minimi; magnitudines incommensurabiles per ablationem quantitatis qualibet data minoris reddi posse commensurabiles; cujusvis figuræ convolutæ ejusve partium ad circumscriptum sectorem & ejus zonas eandem esse proportionem, quæ Conoidis ab evoluta figura ejusve partium ad circumscriptum Cylindrum & Tubos Cylindricos; Spatio a qualibet Curva contento quoad totum & quoad partes æquari spatium ex subtangentibus ad Curvæ puncta applicatis vel ad respectiva basis; Solida omnia ex infinitis Logisticæ spatium esse ut quadrata radiorum basis, & portiones ut differentias quadratorum a radiis extremis; generaliter cujusvis Logisticæ spatium & subtangentem tam submultiplicem esse prioris, quam submultiplicatâ Ordinarum ratio; quænam sit ratio Conoidum ex infinitis Parabolis ad circumscriptos Cylindros vel Conos, item ex infinitis Hyperbolis ad inscriptos Cylindros; Fusi Cycloidalis ad Cylindrum;

spa-

TAB. IV.

Fig. 5.

Fig. 6.

spatium Hyperbolicum æquari rectangulo ex ordinata in alteram Logistica subtangentem. Regulam proponit generalem, ex quo dignoscatur, quando spatia infinite longa aut termini infiniti finitam adæquent quantitatem, quando infinitam. Observandum esse ait, an crescente Arithmetice in infinitum terminorum multitudine decreseat pari ratione, aut majori, vel minori ipsorum quantitas. Si enim in eadem ratione decreseat, ut in $1 \frac{1}{2} \frac{1}{4} \frac{1}{8} \frac{1}{16} \frac{1}{32} \&c.$ quantitatem omnium simul fore infinitam; si in majori, ut in $1 \frac{1}{2} \frac{1}{4} \frac{1}{8} \&c.$ finitam; si in minori, plusquam infinitam. Idem applicari superficieribus & solidis, quorum una aut altera dimensio infinita sit, altera tamen aut reliquis continue dimmutis, prout enim in majori, aut eadem, aut minori ratione minuatür altera dimensio, quam crescat ea, quæ in infinitum extenditur, spatium fore præcisè finitum, aut infinitum aut plusquam infinitum. Demonstrat etiam, infinitam seriem terminorum proportionalium æquari maximo in exponentem rationis ducto & per eandem unitate minutum diviso. Sit nampe $m, \frac{m}{a}, \frac{m}{a^2}, \frac{m}{a^3}, \frac{m}{a^4} \&c.$ erit summa seriei $= \frac{ma}{a-1}$.

Ductis enim singulis in $a-1$, fiet $ma - m, \frac{m}{a} - \frac{m}{a}, \frac{m}{a^2} - \frac{m}{a^2}, \frac{m}{a^3} - \frac{m}{a^3} \&c.$

&c. adeoque, omnes termini post ma se mutuo elidunt, consequenter soli priori producto æquantur. Dividendo itaque per $a-1$, fiet $m \frac{1}{a-1} + m \frac{1}{a(a-1)} + m \frac{1}{a^2(a-1)} + m \frac{1}{a^3(a-1)} \&c. = \frac{ma}{a-1}$, divisione retexente, quod

multiplicatio conficit. Per hanc demonstrandi methodum ostendit, tum finitas, tum infinitas series æquales esse summæ vel differentie 2 Potestatum per summam vel differentiam radicum divisæ, & extractionem radices Newtoniano more per series infinitas peractam confirmat. Docet spatia Logistica in ratione data dividere; Hyperbolam, quæ datam Logisticam vel in dato puncto tangat, ducere; eidem, immo figuræ cuicunque, data ejus tangente, maximum parallelogrammum inscribere. Determinat distantiam Centri gravitatis trilinei Cycloidis a vertice tangente per semissem radii, Semicycloidis & ejus trilinei a basi ac vertice, Cissoidis ab asymptoto

to, una cum certis gravitatis variarum Conoidum. Ostendit denique (ut alia plurima silentio prætereamus) quomodo inveniatur centrum æquilibrii in libra longitudine infinita, ponderibus Geometricè decrefcentibus & æque distantibus onerata. Haberi nempe, si Logistica axem veluti infinitam libram Horizontaliter expositam accipiamus, unde Logistica spatia proportionaliter deficientia, æqualium tamen latitudinum, pendeant, idemque fiat in axe Solidi ex Logistica circa axem rotatione geniti, suntis æque crassis ejusdem Solidi portionibus. Similem fere in modum centrum æquilibrii haberi, dispositis in libra finita magnitudinibus Arithmetice in infinitum crescentibus, sed intervallis Geometricè decrefcentibus inter singulas relictis.

In Epistola annexa non contemnendas reperies de Cono meditationes. Monstrat Autor, quomodo Conica superficies in planum explicanda, & figura plana quævis Cono advolvenda; quarumvis in Coni superficie descriptarum linearum ichnographiæ determinandæ, & lineæ in Coni superficie is respondentes reperienda; ichnographiarum omnium linearumque ex Coni superficie in planum explicatarum Tangentes inveniendæ: qua occasione simul alia multa docentur, e. gr. Spiraliæ diversi generis origo, Spiralis Archimedæ & Parabolæ Apolloniæ æqualitas, infinitarum Parabolarum & Spiraliæ comparatio, Cycloidis rectificatio &c. Inprimis notat, *Sturmium* Math. Encl. lib. 2 cap. 4 consec. 2 prop. 17, *Guarimum* Tract. 13 Euclid. Adæucti prop. 13, & *Renaldianam* de Resolut. & Compos. p. 299 Spiralem justo minorem facere, dum semicircumferentiæ circuli genitoris æqualem asserunt. *Borellum* de motu animal. part. 2 prop. 41 similiter cespitasse, dum duas ejusdem Spiralis revolutiones esse ait ad invicem, ut sunt circulares Zonæ, quibus inscribuntur.

DISSERTATION SUR LE CULTE &c.

h. e.

DISSERTATIO DE CULTU, QUEM VETERES
Dea Sanitati exhibuerunt, cui juncta sunt Numismata aliæque
monumenta antiqua huic materia inser-

visentia.

U

Pe-

TAB. IV.
Fig. 7.

Ingenii sui vires iterum periclitaturus Politissimus Dn. Gros de Boze, cujus eruditionem jam mensē Septemb. anni superioris laudavimus, singularem illum at superstitiosum cultum, quem Græci pariter atque Romani Sanitati publicæ olim detulerunt, Reverendissimo Archi-Episcopo ac Comiti Lugdunensi Primate Galliarum Domino Claudio de Sancto Georgio, in præsentī Schediasmate, doctè satis atque eleganter exponit. Sub initium autem Græcos Sanitatem tribus sororibus stipatam introduxisse memorat, quarum nomina Iaso, Panacea & Ægle fuerint; nullius tamen mentionem in nummis occurrere, præterquam prioris, ceu ex adposito ectypo videre est. Cum igitur Basilidianorum gemmas Talismanicas morbis depellendis plurimum prodesse vulgo crediderint, haud temere Noster existimat, vocabulum ΙΑΣΩ, quod in iis frequentius conspicitur, idem forte significare ac Græcorum ΙΑΣΩΝ, motus inprimis autoritate Eusebii de Præpar. Evang. L. IV. c. 29, cujus verba: *Ιασω est Salus, hæc est Dei Salutare*; licet Macarius atque Chiffletius illa voce sacratissimum nomen *Jebova* contracte notari, sed absque fundamento pronunciaverint. Pergit deinde ad Salutis templum, quod Junius Bubulcus Romæ, cum Censoris officio fungeretur A. U. 451 statuit, indeque rationem deponit, quare in nummis familiæ Juniæ Salutis imago nomenque appareant. Diversam vero causam subesse in nummis Aciliæ gentis, Salutis effigiem vocemque referentibus, eandemque ab etymologia petendam, quia verbum Græcum *αἰσώμα*, unde nomen Acilius derivatur, *sano, medeor* Latinorum exprimit. Taxat itaque ex hoc capite Onuphrium, & qui lepidissimum ejus somnium adoptavit, Pacinum, quod M. Valerium Acilium Triumvirum Valetudinarium aut Valetudinis tuendæ dixerint, unico perscruti numismate, quod in anteriore sui parte Salutis caput nomenque sistit, in postica vero integram Sanitatis figuram cum serpente exhibet, additamque inscriptionem: *M. V. ACILIUS VIRIV VALETIV*, cui schema n. 8. ostendit. Neminem enim antiquorum de isto numere Magistratus quicquam memoriæ prædidisse, crediturque adeo non diffi-

Fig. 8.

elle esse ait, Aciliam gentem, quæ, ut modo indigitavit, a Græco ἀσίωμα denominationem suam accersit, Sanitatem duplici appellatione, eaque maxime recepta, Valetudinis scilicet & Salutis in nummo hoc commendare voluisse, quemadmodum ipsa hæc familia ipsum quoque Æsculapium sub gemino habitu in alio numismate signari curaverit. Hisce aliisque paululum immoratus, nonnulla etiam recenset de consuetudine Romanorum, quibus pridie Nonas Januarii pro Salute Augustorum rem sacram facere moris fuit, tanto quidem plebis Procerumque consensu, ut Neronis tempore Thraseæ Pato Senatori crimini cessent, hujusmodi solemnibus per aliquot annos non adstitisse. Originosa autem hujus religionis accersendam esse a Pompeji M. ætate, pro quo, cum gravissime ægrotaret, primo omnium civium universa Italia publica vota suscepit. Sed nolumus hæc omnia compilare, quando quidem majorem attentionem exposcat gemma gazophylacii Regii, cujus delineationem ex Auctore n. 9. curiosis suppeditamus. Sistere illa videtur sacrificium pro Salute Pescennii Nigri, depicti sub ara, in qua Æsculapius sub ordinaria serpentis forma intermediis flammis conspicitur, quali propensissimus esset ad vota ardentissima, Imperatoris ergo nuncupata, exaudienda. Ita enim interpretatur Noster literas in ima parte exaratas: Ἀυτοκρατορ Καίσαρ Γαίῳ Περσέννῳ Νίγρῳ Δίκαιῳ, Imperator Cæsar Cæjus Pescennius Niger Justus: circa eas vero, quæ in medio prominent, Oedipis aquam hæcere fatetur, aliis τὸ Α de urbe Antiochia, ubi sacrificium peractum, τὸ Ι de prænomine. Ιούλιῳ, quod habuit CABOQN, qui rem divinam fecit, literas ΒΘΗ de voce Ἰθῆνος, posuit, τὸ Τ de voce Τυσιῆν capientibus; aliis vero cætera quidem assentientibus, sed geminam vocem ε CABOQN eruentibus, nimirum CABEIVΘ OIΩΝΙΣΗΣ Sabinus Augur, cum sibi imaginentur τὸ Ι inter Ο & ΩΝ a sculptore amitti potuisse. In hoc sententiarum divortio, Autor suam quoque mentem aperit, quod scilicet sub litera Α, vocem Ἀγαθοδαίμων subintelligi debere, primo obtutu putaverit, siquidem Pescennius mense Anthestione, ipsaque die Agathodæmoni sacra Augustus fuerit salutatus, ita ut Autor hujus cælaturæ diem istum, tanquam bono augurio captando accommodatissimum.

TAB. IV.
Fig. 9

forte celebraverit, sicque instituenda veniat lectio: Ἀγαθὰ δαίμωνι Ιατρῶν CABOON EΘΗκον Τυιήη Ἀυτοκράτορος, &c. Quod si autem Talismanicis gemmis hanc adscribere velis, effictamque suspiceris ab Archiatro Imperatoris superstitionibus nonnihil addito, tum solitariae priores duae literae A & I exprimerent verba: Ἀλάκων Ιατρῶς &c. *Antidotum quod Medicus Saboon &c.* licet simplicior evaderet sensus, si legatur: Ἀσκληπίου Ιερού CABOON EΘΗκον Τυιήη &c. i. e. *Aesculapii Sacerdos Saboon fecit hoc sacrificium propter Salutem Imperatoris &c.* ea etenim ratione, numismati Graeco Pescennii, quod in averso latere Aesculapium baculo serpente circumvoluto innixum repraesentat, magis congrueret. Verum longe disparem opinionem fovere R. P. Hardouinum asserit, quippe qui res toto caelo diversas hic combinari, argumentumque plane Christianum proponi iudicat. Altare namque cum serpente inter flammis hoc innuere, quod ignis caritatis & religionis consumere debeat pravam concupiscentiam, cuius serpens iuxta Patres symbolum dicitur. Nec literis deesse, pium significatum, modo ita explicantur: Ἀδυναμίαν CABOON O'ON Eικὼν Θεοῦ ἢ Τιός. h. e. *Dominus Deus Virtutum vel exercituum, qui est imago Dei sive filius.* Effigiem vero Imperatoris alicujus ab artifice, ut artis suae specimen proderet, fortuito adsculptam fuisse, quae cum casu Pescennium Nigrum referret, recentiore quandam manum at minus peritam induxerit, ut Pescennii nomen in ima regione adderet, quemadmodum & attentius gemmam intuenti dissimilitudo harum literarum a prioribus in oculos statim incurrat. Autor vero hic nihil decidit, sed cuilibet eligendi sententiam sibi probabiliorum liberrimum arbitrium relinquit, & nos cum eo relinquimus.

L' ART DE GUERIR LES MALADIES DES OS
par J. L. PETIT, Chirurgien juré à Paris.

i. e.

ARS MEDENDI MORBIS OSSIUM, TRADITA
a J. L. PETITO, Chirurgo jurato
Parisiensi.

Lu-

Lutetiae Parisiorum, apud Laurentium D'Houry, 1705. in 12.
 Constat 13. plagul.

Primum hoc specimen est, quod in lucem publicam edidit. Author, quodque Chirurgiae Studiosis non potest esse non acceptum. Dividitur in quinque libros, quorum primus *Luxationum* Theoriam & Praxin sistit; secundus *Fracturas* omnes, quas corporis partes duræ, cranium si excipias, patiuntur, exhibet; tertius de *Exostosi & Carie* tractat; quartus diversas *Anchyloses* species & *Dentium* morbos adumbrat; & quintus *Rachidem* explicat. Nos ex primo libro quædam delibabimus.

Cum variaz prostant machinæ, quibus brachium luxatum restitui solet, nulla vero adeo perfecta esse dicatur Authori, quæ vel extensioni vel reductioni brachii luxati rite adornandæ ex affe satisfaciat, novam hic adinvenit machinam, cujus iconem ligno incidit curavit, & pag. 83 oculis exhibet; eamque nos æri incisam L. B. in Tab. IV Figura 9 sistimus. Scilicet CCCC Sella est, quatuor columnis AM, AN, AO, AP, insitens. Expers illa est fulcimenti firmi, cui dorsum innitatur, potest tamen hoc facile parari, si claviculæ lignæ DD vel per M & N, vel per O & P trajiciantur, prout dextrum aut sinistrum brachium fuerit læsum, Tertia claviculæ E semper per N & P trajicitur, linteo obvolvenda, cui brachium sanum alligari debet, ne Chirurgo inter operandum impedimento sit. KK machina est in modum Lunæ falcatæ efformata, duabus alis amplis XX gaudens, quæ corio obducenda, tomentoque infarcienda, ne ægrum lædat, cardinibus suis duarum columnarum foraminibus R & I inhæret. Ubi vero crassissima omnium existit, magnum habet foramen quadratum F, pro ac commodata extremitate Z recipienda alterius machinæ, quæ trochleis SS & apto manubrio T trochlearum funiculum V super aliam trochleam circumducendi & attrahendi habetur instructa. Jam insidet æger sella, tergum MN & pectus I versus obvertens, brachiumque sinistrum luxatum ita imponat arcus medio KK, ut hujus pars crassior axillæ subjiçiat, alæ autem scapulam & pectus amplectantur, tunc trochleæ ei alligentur laqueo, qui brachio adaptatus est, trahaturque trochleæ superioris funiculus, seu potius ope ma-

TAB. IV.
 Fig. 10.

nubem super hujus trochleam versetur. Sic enim tuto membrum extendi potest per gradus; in quantum rota, manubrium retinens, dentata est, simulque elatere tali instructa, quo resillire impediatur. Facta igitur extensione, posterioris machinae extremum Y deprimatur, funisque trochlearum relaxetur, atque reductio erit perfecta.

*L' APPAREIL COMMUNE EN FAVEUR DES
jeunes Chirurgiens, par Monsieur CLERC, Médecin
ordinaire du Roy.*

i. e.

*APPARATUS COMMODUS IN USUM JU-
niorum Chirurgorum adornatus a CLERICO,
Archiatro Regio.*

Lutetiae Parisiorum, apud Johannem Baptistam Deslepine,
1700. in 12.

Constat 13 plag. & figur. aenearum Tabulis 48.

Cum Apparatus Chirurgicus bene vel male aegro applicatus, huic non minus vel fiduciam & spem sanitatis recuperandae concitare, & animi tranquillitatem conciliare, vel metum male cessurae curae incutere, quam Chirurgi etiam existimationem vel conservare, vel famae detrahere aptus sit; infinitus autem fasciationum numerus quemvis a Chirurgiae studio detertere possit; operae pretium duxit Auctor Clarissimus, facili methodo Apparatum illum omnem oculis sistere, ejusque applicandi modum genuine inculcare. Postquam igitur in Praefatione praecipua quaedam generalia suppeditavit; in ipso tractatu, quem adeo sero ad nos pervenisse dolemus, omnes Apparatus cunctis operationibus Chirurgicis convenientes seorsim explicat; qui tum multum saepe negotii facessant, partim ob ingentem eorum copiam, partim quod juniores Chirurgi illis nondum adeo sint adfuerunt; omnes partes vel instrumenta, quae ad integrum apparatus requiruntur, juxta ordinem, quo applicari debent, traducto filo sibi invicem alligavit, numeris eadem distinguendo. Ut specimen

TAB. IV. exhibeamus, ex quo de reliquis L. B. facile sit judicium, Figuram Fig. II. Auctoris XI, hic sistere integrum visum fuit. Scilicet sit *Ancuris*.

curandum, ubi arteria pro sanguine conglumato eximendo aperienda venit, & sequens apparatus requiritur:

Num. 1. representat *aneurisma*

A. *Arteriam* brachii.

b. *Tumorem* seu saccum a sanguine sensim collecto formatum.

c. *Ligaturas arteria* infra & supra aneurisma. Scilicet denudato tumore, traicitur sub arteria primum, supra aneurisma acus incurva obtusa cum filo crassiore incerto, constringitur tum arteria filo per simplicem nodum, cui superponitur parvum splenium lineum, duobus nodis constringendum; id quod deinde etiam in arteria infra aneurisma faciendum est. Quamquam rectius videatur Authori, splenium in superiori ligatura omittere; ne splenio exsiccatō & graeciescente, ligatura laxetur, & sanguis prorumpat.

Num. 2. 2. *sistunt duo linca carpi*, pulveribus adstringentibus confecta, in vulnus, exento sanguine conglumato, ingerenda.

Num. 3. 3. *exhibent duo plumaceola ovalia*, pulveribus adstringentibus confecta, lineis carpi imponenda.

Num. 4. *sequitur emplastrum*, omnia contingens, ex utroque latere incisum, ut brachii plicis eo commodius possit applicari.

Num. 5. *depiagit lineam fissam seu canerum*, & extremitatum, cujus mediam emplastro in plicatura cubiti imponitur, extremitates vero circa brachium obvolvuntur.

Num. 6. *representatur fascia* sex ulnis longa, & pollice, vel duobus digitis transversis lata, conglomata, parti circumliganda. Inchoatur hæc ligatura aliquot circutibus sub cubito, & postquam dicto apparatu

Num. 7. *parvum splenium*, ad modum spleniorum venæ scæ imponendorum formatum, sed paulo crassius, & *parva arteria* longitudinem usque sub axillis ar
Aud

Num.

Num. 8. *splenium longitudinale*, crassum, tribus digitis transversalibus, latum, pro sanguinis in arteria impetu refrænando, & ligaturæ strictura moderanda, appositum fuerit, circumducitur fascia Num. 6. variis circuitibus in plicatura cubiti; (ut post venam sectam fieri solet,) & in modum asciz ad brachii longitudinem super splenium longitudinale, quæ vel circa brachii summitatem vel pectus circumvolvitur & firmatur. Tandem

Num. 9. requiritur *pulsio* molle, cui brachium ægri paulo inflexum, ita ut manus altius sita sit, quàm cubitus, dum ille lectum petit, imponatur.

Injungendum interim est ægro, ut flectat subinde & extendat manum, ne hæc ob materiam tartaream in articulo coarctatam & inspissatam se movendi perdat potentiam.

De cætero Apparatus hic quàm tardissime est removendus.

TRAITE' DES ALIMENTS &c.

i. e.

TRACTATUS DE ALIMENTIS, AUTORE
LUDOVICO LEMERT, *Doctore Regente Facultatis Medicæ Parisiensis & Academia Societatis Regiæ Membro.*

Editio secunda.

Parisius, apud Petrum Witte, A. 1705. in 12.

Constat Alph. i plag. 11.

Quam methodum *Autor* nobilissimus in Alimentis describendis insistat, & quæ principia constitutiva iisdem assignet, cum jamjam primam hujus Tractatus editionem in *Actis A. 1703, p. 396* recensendo satis indigitaverimus, non aliud postulari nunc a nobis posse videtur, quam ut differentiam, qua editio posterior a priori distat, vel illa potius præstat, breviter exponamus. Scilicet, præter varias etymologias omittas, quæ allusionibus potiori jure mererentur accenseri, in præsententi potissimum nonnulla hinc inde mutata, alibi vero plura de novo adjecta deprehenduntur. Mutationes si ullibi facta, certe in principiis, quæ ars chymica ex esculentis

elicit, vel numero, vel proportionem determinandis, subinde advertitur insignis, in quantum v. g. Pyra & Fungi non multo oleo & sale essentiali, sed illa mediocri olei quantitate, multo autem sale essentiali ac phlegmate constare, hi vero in destillatione multum olei, salis volatilis alcalici atque phlegmatis suppeditare perhibentur. Neque Cepis multa salis volatilis acidi, & mediocri olei quantitas adscribitur, verum ex hisdem destillatis multum acidi & phlegmatis, parum autem olei & salis volatilis alcalici obtineri assentur: prout Sorbis non multum, sed parum olei, e diverso Ribibus non parum, sed multum olei, cum multo sale essentiali ac phlegmate attribuitur. Quae autem de novo accesserunt, sunt vel integra capita, cum annotationibus interposita, vel pauca annotationibus prioribus interspersa, vel sub calcem denique subjuncta. Pars namque prima integris omnino capitibus & annotationibus de *Azarolis*, *Berberibus*, *Apio dulci*, *Valerianella*, *Saxifraga*, *Basilico*, *Coronopo*, & *Carebu*, aeque ac altera de *Phasiama*, *Turdia*, *Grutibus*, *Carumicibus*, *Fundulo*, *Polypio*, *Lupo marino*, *Mugili*, *Delphino*, *Cocleto*, *Castoreo*, & *Viperis*, habetur locupletata. Ex iis hinc, quae annotationibus aliquando occurrunt addita, considerasse sufficiat; efficaciam potus Caffé ebrietatem impediendi aut saltem imminuendi, quae ante ab alcali quodam, acidis vini vapores absorbente, ac praecipitante, tantummodo petebatur, nunc ab ejusdem simul vi tam ventriculum corroborandi & adstringendi, per consequens vaporum per poros ventriculi ad vascula sanguinea & cerebrum, transitum intercipiendi, quam ventriculi digestionem accelerandi, desumi. Tandem non ultimum incrementum *Dissertationis de nutritione ossium* affert; quae una cum *tribus Epistolis* adversus librum de generatione vermium in corpore humano sabneclitur. In *Dissertatione* quemadmodum ossium soliditas ac durities multis praecipue particulis terreis, beneficio pauci olei, phlegmatis & salis volatilis arctius cohaerentibus, adjudicatur: ita nutritio eorundem a tali succo, qui sapore gratus nullam ventriculo creet nauseam, quique gelatinosus ab arteriis intra ossium vesiculas depositus, harum parietibus agglutinatur, ac interventu caloris magis magisque inspissatur, quousque debitam ossis soliditatem acquisiverit, unice derivatur; medulla ossium ab officio ipsa nutriendi penitus seclusa.

quod oleum ejus subtile, linguæ quidem, non autem ventriculæ arridens, ope caloris nulla ratione coagulari queat, sed fluidius potius redditum ad fibras osseas demittatur, ut majorem hinc flexibilitatem conciliet conservetque. Epistolarum autem additarum quia prima ea ipsa est, quæ *Nicolas Andry* ansam præbuit, *Dilucidationem* suam, in *Actis nostris anno elapso* p. 345 jam commemoratam, sub Anonymi titulo in lucem edendi, L. B. haud frustra hariolabitur, in duabus posterioribus, ad Dn. Boudin pariter datis, di-
ctam Dilucidationem ad examen vocari.

*ADRIANI RELANDI DE RELIGIONE MO-
hammedica Libri duo.*

Ultrajecti, apud Gu. Broedelet, 1705. in 8.

Constat 16 plagulis.

ET si commentis vulgo annumeretur insulis Mohammedano-
rum religio, non omni tamen eam veritatis carere specie, vel
ex eo quis suspicabitur facile, quod per tam vasta sese diffuderit
terrarum spatia, nec raro inde periculum fuerit Christianis, cum
inter Turcas, tum in vicinia eorum degentibus, si vel maxime
Adami Neuseri aliorumque Apostatarum nefandorum exempla
præterirentur. E re itaque Ecclesiæ fore existimamus, accuratiori
si pensetur trutina, quid vere de Deo rebusque divinis sentiant
Islamitæ, ne aerem verberemus ea confutando, quæ sacris suis tur-
pi adversariorum calumnia affricari, haut raro conqueruntur.
Eo excitatus Clarissimus Auctor studio, ipsos religionis Arabum
fontes, missis versionum rivulis, strenue sectatus est, multaque
Mohammedanorum advertit lectione, pessimum quidem esse &
Christianismo exitialem Islamismum, quemque detestari debeat
omnis, qui Chæstus amet, & fidem habeat sacro Codici; nihilo
tamen minus hanc quoque religionem, eadem plane fonte, qua
pleræque aliæ, Judaica, Christiana & Protestantium, ab adversariis
suis nec bene esse perceptam, nec justis semper calumniis oneratam.
Cujus si investiget origo mali, potissimam in linguæ Arabicæ inscitia
versari culpam, cum a plerisque Theologiæ cultoribus habeatur inutilis,
qui parum cogitent, quantopere præpostero hoc judicio famæ
de-

derogent ac prudentiæ Virorum, qui ei addiscendæ & promovendæ tam sedulam operam navarunt, Pocockii, Bocharti, Erpenii, Gohii, Castelli, Hottingeri aliorumque, neque recordentur, loca tot difficilia in Jobo, in Prophetis, in aliis Scripturæ libris, non aliunde lucem accepisse, nisi ex lingua Arabica. Persuasione tamen hac falsissima id evenisse, ut si quis juvenum sacrarum Literarum studio se consecret, & generoso quodam ardore intelligendi religionem Mohammedicam inflammetur, statim amandetur ad legendum Hqornbeecii Summam, Controversiarum, Johannis Andreæ Mauri Confusionem Sectæ Mahometanæ, Forbesii Instruct. Theol. Libr. IV, Omni Turcismum referatum, Alcoranum a Roberto Retenenfi versum, aliosque, qui in hoc argumento vehementer hallucinati sint. Illos enim, vel linguæ Arabicæ defectu, secutos esse Græcos, quorum fidem invidia pariter ac ignorantia reddat dubiam, vel in ipsa Alcorani interpretatione a vero quandoque aberrasse. Quod ut principeret, Libro I de Religione Mohammedica orbi literato exhibuit Compendium MStum admodum elegans, cui genealogiam præmisit Mohanumedis ex codice Turcico MSto, usque ad Noachum deductam, adposita textui e regione versione Latina, eruditisque passim adpersis rerum Islamitarum floribus. Compendium hoc dissilit in *Partem Theoreticam*, quæ agit de Fide in Deum, de Angelis, de Libris Divinis, de Legatis Dei, de Die novissimo, de Decreto Dei; & in *Partem Præcticam*, quæ circa Lustrationes, Preces, Eleemosynas, Jejunia & Peregrinationem Meccanam occupatur. Omnia hæc fidei Mohammedicæ capita ab auctore suo, cujus nomen latet, tam caute, ac sobrie proponuntur, ut plane alia, quam qua vulgo induta creditur, facie compareat, sicuti a Clarissimo Relando *Libro Secundo distinctius compluribus observationibus demonstratur. Quæ cum infra tangantur, & reliqua Islamitarum placita non adeo ignota sint, tantum ex notis doctissimi Editoris quasdam speciminis loco excerpemus, unde de cæteris B. L. ferat judicium. Pag. 18 controversiam diu & magna animorum contentione inter Mohammedanos agitatum, num Alcoranus creatus sit vel increatus? ita componit, ut tutissime illos incedere statuatur, qui verbis Corani adhærentes dicant, illum positum vel demissum esse, & de crea-*

tione fileant. Pag. 22 animadvertit de Hottingero, quod in *Histor. Orient.* p. 22 ex Kessico referat, XXI libros ad Adamum a Deo demissos, cum Mohammedani, quos Clarissimus Autor vidit, tantum X memorent, neque Kessici verba talem sensum postulent. Ibidem de Enocho ex Taarich & dissertatiuncula Arabica MStis observat, quod Turcis dicatur Idris, ob præclaram, qua polluit, scientiam. Est enim sartor, uti tradunt, fuerit, qui in singulis diebus perfecit togam, Spiritu tamen sapientiæ & prophetico fuisse donatum, eo quod frequenter inter operationes illud *سبهان لله* *Lans Deo*, ingeminavit. Superatis autem annis 365, vivum ascendisse in coelum, die X mensis Moharram. Pag. 26 ostendit, Poenam Sepulchri Mohammedanis idem esse, quod Judæorum *חכוט הקבר*; & peragi a duobus Angelis Monkir & Nakir, qui reos, præmisso examine, plectant. Pag. 35 collata cum pag. 161 ex Taarich suo elegantem producit locum de Servatoris persona & officio: & de morte quidem observat, Arabes licet asserant, Christum sublatum esse in coelum, cum Judæi illum interficere studerent, non tamen mortem ipsam Mohammedem, uti vulgo creditur, negasse. Genealogia quoque subjicitur ex eodem Auctore, ad Adamum usque deducta, quæ in multis quidem consentit sacris Literis, non omnibus tamen destituitur antichronismis aliisque erroribus: sicuti & nomen Christi non ab unguendo, sed a peregrinando derivetur. Pag. 54 animadvertit, Sunnam idem esse Mohammedanis, quod Mischna Judæis, quæ dicta & facta Mohammedis in Alcorano non memorata, sed traditione propagata complectatur. Ibidem prolixius lotionum Islamitarum ritus, & statuta eis tempora describuntur. Pag. 58 agit de circumcissione seu potius incisione foeminarum, qua ratione ab alia petatur muliere, ostenditque ex Galeno, etiam Ægyptiis hanc in usu fuisse ceremoniam. Pag. 86 & p. 153 interpretatur Caravanarum institutum, quo tempore, quo loco, quibus præparationibus, quo ritu in æde Caba urbis Meccæ sacris operam dent: negat autem, peregrinationem hanc Meccanam suscipi a Turcis, quasi visitatum sepulchrum Mohammedis eo contenderent. sicuti Grelotus in *Itin. Conf.* p. 109, Leonicus Chalcocondylas *Hist. l. III, Volaterranus*, Hieronymus Oforius, alique sibi persuaserint; contrarium enim

Albertum Bobovium in Liturg. Turcar. pag. II fatis accurate demonstrasse. Porro Libro II adfert XL *ἐγκλήματα* falso Mohammedanis exprobrata, quæ inter primaria sunt, quod credant unumquemque in sua religione posse servari, Deum esse corporeum & mali auctorem, creata esse adoranda, non dari providentiam nec infernum, inter Angelos dari foeminas, mulieres non esse intraturas Paradisum, & alia, quibus grandes Alcorano in Historia Sacra, e. g. de Maria, de Hamane, Mose, lapsus obijciuntur. Argumentorum, quibus id evincat, robur arbitrio aliorum relinquimus. Nonnunquam Thomæ Hyde & Pocockii sequitur auctoritatem; quandoque etiam Viros in literatura Arabica celebres, Hinckelmannum, Marraccium aliosque virgula notat censoria, omnium maxime invehitur in Græcos, & qui ex interpretibus de religione hac judicium tulerunt. Ita statim sub initium sese opponit Nicolao de Cusa, Hoonbeeckio, Voetio, Maccovio, Flockenio, Hornio, Vigencio, Leonico Chalcocondylæ, Bellarmino, Gualthero, Thomæ a Jesu, Angelo de S. Joseph seu de la Brosse inter Arabes quindecim annis versato & linguæ hujus perito, quod tenaciter adeo defendant, Mohammedanos, unumquemque in sua religione salvari posse, statuere.

MAXIMES DU DROIT CANONIQUE DE

France &c.

h. e.

PRÆCEPTA JURIS CANONICI GALLIÆ, Auctore LUDOVICO DU BOIS, plurimis Observationibus aucta, per DIONYSIUM SIMONEM. Tomi II.

Editio quinta auctior & correctior.

Parisius, apud Jo. & Mich. Guignard, 1703, in 8.
Constat 3 Alphab. 6 pl.

Cum primum Institutiones has Juris Canonici, ad usum Ecclesiarum Gallicarum imprimis compositas, ederet Clar. Simon, nomen Autoris non adjecit; postea vero accuratius earum exemplar a Pinsono nactus, non ulterius dissimulandum duxit, celeberrimum Du Bois

Colberti jussu operi huic manus adhibuisse, quod sine dubio perfectius Simone judice prodiisset, nisi fati vis anno 1670 Autorem mortalitati & curis his exemisset. Primum ergo Tomum Ludovico Du Bois debemus, alterum Dionysio Simoni, qui & priori suas addidit observationes, elegantissimas sane, quæ Autorem partim emendant, partim restringunt, plerumque illustrant. Ita cum Du Bois cap. 3 Carolum V Imperatorem dixisset ab Alexandro V Pontifice jus obtinuisse, summam dignitatem Ecclesiarum Cathedralium libere conferendi, recte observat Simon p. 102, Imperatorem ab hoc Pontifice id impetrare non potuisse, qui integro seculo ante, quam Carolus admoventur Imperio, sanctæ Sedi præfuisset. Cæterum in tres partes Tomus I abit. Prima personas Ecclesiasticas considerat, ubi Clarissimus Du Bois Jura Episcoporum c. 1, & Abbatum c. 2 tradit, cap. 3 de Capitulis, Dignitatibus & Canonicis, c. 4 de Parochiis, c. 5 de Prioribus, Capellanis aliisque beneficiis agit, & singulorum officium, prærogativas, differentias, ætatem, potestatemque secundum Canones & Jura Ecclesiæ Gallicæ explicat. Altera pars ad res Ecclesiasticas spectat, & tribus capitibus de Jure Ecclesiarum Cathedralium & Collegialium, Abbatiarum & Prioratum, ac Seminariorum absolvitur. Tertiâ pars Leges Ecclesiasticas, quarum præcipua inter Gallos est autoritas, recenset & explicat. Quo pertinent imprimis Sanctio Pragmatica, de qua Tit. 1; & Concordata Nationis Gallicæ, de quibus Tit. 3 Autor disserit. Illa in conventu Biturige habito, ex articulis Concilii Basileensis ad usum Galliæ accommodatis, a Carolo VII collecta, & publica autoritate confirmata, Pontificis potestatem valde debilitavit; quare nec quievit Romana Curia, donec per Concordata Gallica, plurima immutarentur. Hæc Leo X Francisco I extorsit, qui bello cum Carolo V impeditus, tempori, & Pontifici interdictum minanti cedere, coactus est, repugnantibus frustra Academiis & Parliamentis Galliarum. Atque his Concordatis hodie standum esse monet Autor, excepto articulo de Beneficiis vacantibus. v. pag. 379, Sanctioni autem Pragmaticæ, ubi ea per Concordata non mutata est. vid. p. 229. 370. Exemplum mutationis circa privilegia Graduatorum specialia p. 273 seqq. exhibet, & per 23 capita, in quæ Titulus primus dividitur, singulos articulos Pragmaticæ Sanctionis cum Concordatis Nationis

nis Gallicæ prolixè confert. Titulus II Concordata Nationis Germanicæ respicit, quorum hoc loco faciendâ erat mentio, quia in iis comprehenduntur Ecclesiæ, Tullensis & Verdunensis, ut suffraganeæ Archi-Episcopi Trevirensis, Metensis quæque, in quibus ex indultu Alex. VII & Clem. IX Regi Galliæ jus competit nominandi Episcopos. Quod, ut & alia beneficia Ecclesiæ Gallicæ concessa, Pontificem non posse revocare, tuetur p. 366. Tit. IV versatur circa regulas Cancellariæ, ex quibus sibi vacantia in mensibus Papalibus Beneficia Ecclesiastica conferendi potestatem vindicat Pontifex per Britanniam minorem. Hæc enim provincia per edictum Henrici II de anno 1550 art. 9 Pontificis relicta obsequio est, nec Concordatis Nationis Gallicæ comprehenditur. vid. p. 385. Denique Titul. V Jus Patronatus tam Laicum quam Ecclesiasticum exponit, ubi notari meretur, causas Patronatus laici Judici seculari in Gallia vindicari p. 402. Nec Pontificem huic juri posse derogare, sive Patronus ex communi jure, sive ex privilegio Patronatus jus obtinuerit. Atque id pertinet ad libertates Ecclesiæ Gallicanæ, quas passim Autor tuetur ac strenue vindicat, sive ad jus Regis aut regni contra Pontificem, sive ad libertatem & privilegia Episcoporum Galliæ pertineant. Sic p. 61 seq. Regi imperium in Episcopos, & dominium directum feudorum Ecclesiasticorum asserit, eidem jus Patronatus Ecclesiarum Cathedralium p. 159, & Collegialium, quæ sine ipsius consensu, ut loquuntur, secularis factæ sunt, p. 74, in terris Concordati, nec non Metis, Tulli, & Verduni vi indulti p. 300 vindicat, Jus item condendi ordinationes de disciplina p. 209 & beneficiis Ecclesiasticis p. 206, ac immunitatem ab omni excommunicatione, plenissime adstruit p. 352. Huc & pertinet, quod in Gallia non valeant Concilia, nisi quatenus statui reipublicæ conveniunt, secundum Autorem p. 213, nec bullæ Pontificis, nisi accedentibus literis Regis patentibus p. 209. 227, nec interdicta contra regnum, provincias aut subditos Regios p. 352. 356. Præterea plenissimum est hoc opusculum observationum elegantissimarum, ad Statum publicum & Jus privatum Galliæ pertinentium, ex quibus quæ de Episcopis sub diversis Parliamentis p. 53, de Parocho testamentum valide recipiente p. 146, de usuris usurarum ab administrationibus

bonorum Ecclesiasticorum præstandis p. 188 occurrunt, imprimis legi merentur. Sed hæc de Tomo primo monuisse sufficit. Alterum, ut diximus, Celeberrimus Simon addidit, ut quas omiserat. Du Bois, materias suppleret, & plenum ac perfectum Juris Canonici compendium Lectori exhiberet. Qua in re quid præstitit, Vir Clarissimus, facile ex iis, quæ de annotationibus ejus ad Tom. I. diximus, colligi potest. Non enim minore elegantiâ, eruditione & ingenio hanc partem composuit, ac alteram exornavit, sed uti in alieno opere illustrando, ita in suo quoque judicium & industriam rerumque Gallicarum peritiam singularem ostendit. Verum cum Titulorum seriem materiasque prolixè exponere, instituti nostri ratio non permittat, ex pluribus, quæ ubique occurrunt notabilibus aliqua saltem speciminis loco adjiciemus. Legatorum nempe Pontificis potestatem in Gallia limitatam docet p. 45. Declarationem Regis de dote personarum, quæ religiosam vitam amplectuntur, temperanda, p. 91. seqq. exhibet. Regulas Cancellariæ in Gallia receptas recenset & explicat p. 323; seqq. Ad Jus privatum spectant observationes de primogenitis, pro quibus in Gallia non habentur legitimated per subsequentes secundas nuptias, si ex priori matrimonio filius licet natu minor supersit p. 362; de matrimonio invitæ parentibus contracto, ex quo qui nascitur, illegitimus habetur p. 363; de matrimonio cum hæreticis vetito p. 389; de computatione Canonica in materiis civilibus quoque recepta p. 390; de liberis conjugum, postquam parentes monasticam vitam elegerunt, susceptis p. 434; de dote adulteræ, utrum ad patrem revertatur, nec ne? p. 428 seqq.; de matrimonio cum uxoris sorore, accedente dispensatione Regis permissa p. 412; de nuptiis cum patruo magno in Lusitania licitis p. 376, aliæque quam plurimæ passim obviæ. Quas uti brevitate studio omittimus, ita non perdituros eos operam, qui Juris Canonici amoenitates & Legum ac Consuetudinum Gallicarum notitiam suo pretio æstimant, si ipsas hæc Du Bois & Simonis Institutiones integras evolvant, certissimo sumus persuasi.

*JOHANNIS CONRADI BECKERI, PHIL. & MED. D. TRA-
HENS Asfeld. Medici Ordinarii, Paradoxum Medico-Legale de
Submersorum morte sine potu aquæ.*

Gies-

ETiamsi hæcenus creditum fuerit; vivos homines aquæ submersos ventrem totum aqua plenum ac tumentem habere, adeo ut, deficiente in submersorum cavitatibus aqua, mortis extra aquam aliunde illatz, demortuique in aquam projectionis probabilis negatur suspicio; Author tamen Clarissimus quatuor observationibus, una in cane, reliquis in hominibus factis, in quibus pulmones & intestina aqua vacua, ventriculus chylum pauca aqua dilutum continens fuit repertus, adductus, in eam abiit opinionem, sub aquis neminem aquæ haustru perire, petitum vero e pulmonibus ac intestinis aqua vacuis argumentum, ad negandam sub aqua suffocationem & ad præsumendam cædis suspensionem, temere adhiberi. Præter experientiam verò hæc, rationes varias allegat, ob quas aqua in pulmones & intestina irruere non possit; & unumquemque observasse confidit, se vel metu percussum, vel improviso periculo expositum, vehementius avidiusque ducere spiritum, eandemque cum impetu impulsam diutius retinere. Jam in suffocationis periculo illapsus cum impetu aër ad extremam pulmones magnitudinem extendit, & vesiculas eorum usque eo inflat, ut bronchiorum cartilagineas a se invicem abductas bronchia protendant, ipsi vero pulmones, adducta interiori tracheæ membrana, truncum ipsius paululum elongent, ac ipsam epiglottidem fibris muscularibus attrahant, simulque firmiter incumbentem retineant. Adde quod eadem epiglottis ab incumbens etiam fortiterque premente aqua simulque applicata teneatur, ut adeo retrudi attolique hæc, & ad systolem redire pulmones fibræque musculares non possint. Quamobrem nec exterior pulmones cingens membrana, nec fibræ musculares vesicularum ad extremam magnitudinem extensæ, tanta pollere vi existimari possunt, qua resiliant, se contrahant, & epiglottidem attollant. Cui rei etiam diaphragma suffragatur, quod in suffocationis periculo semel deorsum motum, redire in fornicem nescit; siquidem costæ, quibus illud in tota circumferentia affixum est, musculorum ope elevatz resiliere & thoracem angustare nequeunt, ab incluso cohibitoque aëre impeditæ.

Y

Ex

Ex quibus constat, fluctibus expositum hominem aërem inspiratum non expellere, sed potius cohibere, & ad maturandam mortis horam comprimere cogi; cum reliqui morte naturali obeuntes expirando vitam ponant, quam inspirando inchoaverant. Aer enim sic cohibitus, inque pulmonibus moram nectens, a pectoris calore expanditur, in elatere suo augetur, vesiculas dilatat, pulmones secundum omnes dimensiones distendit, vasa sanguifera comprimit, & coarctat, ejiciendum e dextro ventriculo cordis sanguinem arcet, illapsum partim reprimit, partim retinet inque grumos cogit; verbo, circularem vitalemque istius motum impedit. Quemadmodum autem extra aquam, respiratione abolita, animalia per tempus aliquod vitam continuare, vel ad eandem revocari, experimenta machinæ Boylianæ ope instituta abunde testantur; ita dubium nullum est, in aqua vivere pariter posse submersos, licet per pauillum tempus. Hactenus dictis probavit Author Clarissimus abunde, nullam aquam ad pulmones penetrare posse; eandem vero nec ad intestina descendere, eam ob causam putat, quia cessante respiratione, deglutitio ab aëre juvanda infirmil feriat. Distentis autem eo, ut dictum, modo pulmonibus & aspera aëria, oesophagus itidem, huic immediate adjacens, & ventriculi officium sinistrum comprimitur & arctatur; imo & sanguine in motu circulari impedito, vasa intumescunt, partesque ita stringuntur, ut angustiores fiant. Pauillum tamen illud aquæ, quod in ventriculo reperitur, primis forsan immersionis momentis, antequam stagnatio, reliquaque adducta phænomena accesserint, delapsum esse, probabile videtur. Nec sola denegata respiratio illi aquam in pulmones ac intestina prohibet, sed ipsa sibi aditum præcludit aqua. Sua enim gravitate epiglottidem deprimit, particulis elasticis ac impetuoso in os illapsu fauces musculosque distendit, malas extrudit, linguam comprimit, ita ut fibræ musculorum se contrahere nesciant; gule substantiam nerveam, palato faucibusque continuam, propter partium oris extensionem distendit sive adducit, sicque gulam coarctat. Quod eo facilius factum est, quo magis gula a stagnante sanguine vasisque intumescensibus comprimitur. Imo etiam si pateat aliquantulum gula, aqua tamen eam non ingreditur, propter aëris præsentiam, qui licet in ventriculo & in testi-

MENSIS APRILIS A. MDCCVI. 71

testis rarus sit, irruenti tamen aquæ resistit, (quale phænomenon
pauca in urceo vel vitro longioris colli aquæ immerso occurrit)
& eo fortius resistit, quo magis illa a diaphragmate comprimuntur,
quo minor est, distentis & inertibus faucium musculis, aquæ
versus gulam propulsio, quoque angustior facta per gulam via
existit.

Hæc de opusculo satis; illud adhuc monendum restat,
quod adjecta sit eidem Dodecas observationum circumstantiis cu-
paque rarissimarum; ex quibus primam recensuisse, speciminis lo-
co sufficit. Scilicet puer, qui per duos a nativitate annos satis
commode valuerat, tandem difficulter spirare incipit, malo indies in-
gravescente; attolli iusto plus thoracem observat, scilicet non sine
difficultate trahendi spiritus ascendit, de ventris dolore conqueritur,
tussisque ac calore subinde redeunte, & a pastu repleri sentit
præcordia. Quamquam autem alii a lumbricis prodire symptoma-
ta crediderint, alii phthisin accusaverint, alii stomachi imbecillita-
tem causam esse pronuntiarint; post mortem tamen pueri, vix
quintum annum attingentis, observatum fuit, intestina cartilagini
eniformi, & hypochondriis ac inguinibus firmiter fuisse annexa,
omentum computruisse, & abdomen ventriculo, liene & hepate
fuisse destitutum; quæ tamen in pectoris cavitate fuerunt reperta,
ita ut mediastino deficiente, toti pulmones cum corde ac hepate
dextrum, ventriculus & lien sinistrum latus occupaverint.

OSSEVATIONI SOPRA IL LIBRO DELLA *Felsina Pittorice &c.*

i. e.

OSSEVATIONES IN LIBRUM, QUI FELSINA
(Bononia) Pittorice, seu Linteum pictorium inscribitur; ad defenden-
dum R. sp. aelem Urbinatem, Coniectio, bononiæ, Scholam, publicatæ,
inque Epistolæ septem divise. a D. VINCENTIO VICTO-
RIA, Patritio Valtrianiano, Canonico

Kativano.

Romæ, apud Cajetanum Zenobium, Clementis XI P. S. Cælatorem,
1703, in 8vo. Constant plagulis 7 $\frac{1}{2}$.

Y 2

Qna

Qua ratione inductus sit ad publicandas has Observationes Autor Nobilissimus, Præfatione Lectorem docet. Nempe cum artis pictoriæ perficiendæ causa, Romæ apud insignem Virum Carolum Marattam, Raphaelis Urbinatis imitorem, una cum Illustrissimo Horatio Albani, Clementis XI P. S. Fratre versatus esset, accepissetque deinde in Hispania hujus literas, quibus de libro, *Felsina pittrice*, vitas pictorum Bononiensium complexo, judicium ferre, juberetur, non tulit hæc injurias, a Scriptore libri istius, Raphaeli Urbinati cæterisque pictoribus præstantissimis illatas, sed eas septem his Epistolis ad Illustrissimum Albanum missis depellendas judicavit. Quarum prima & secunda de Raphaelæ Urbinatæ, tertia de Caracciis, de Albano quarta, quinta de Dominico Zamperio seu Domenichino, sexta de Ludovico Caraccio & Guidone Renio exponit, septima denique data opera Urbinatæ Raphaelæ ab indigno nomine pocillatoris Urbinatis (di Boccalojo Urbinatæ) quod adversarius Autor ei imposuerat, defendit eo argumento, quod Raphael, ille pictorum facile princeps, nunquam eo se demiserit, ut vasa ejusmodi figulina (boccali) pingeret, a quibus id nominis ei male dederit alter. Qui idem, ut de momento controversiæ etiam nonnihil afferamus ex Epistola potissimum secunda, pictoriam reprehendens Raphaelis, eam statuariam, Romanam, aridam, duram, ligneam, decolorem, humilem, indoctam seu ineptam causatus fuerat. Quibus omnibus criminationibus doctissime occurrit Nobilissimus Victoria; & primo quidem, quod statuarum antiquarum imitationem Raphaeli exprobravit Adversarius, in eo hujus impetiam artis condemnat, Raphaelæque eximie dilaudat. Romam autem ipsam, tanquam perpetuam pictorum excellentium scholam, Sicoræ & Athenarum Græcarum simillimam, magnopere commendat, fratresque duos Annibalem & Augustinum Caraccios, item Guidonem, Dominicinum, Albanum, Antonium, Augustini Caraccii filium, Lanfrancum, profert, qui Romæ, Raphaelæ magistro, artis præstantiam consecuti sint. Jam, ut pictoriam Raphaelis minime aridam aut ligneam, sed speciosam, & eximiam fuisse ostendat, ad hujus tabulam præstantissimam provocat, hodie in sacello Regio Madriti asservatam, in qua Christus sit crucem humero portans, & cadens, us coloribus eaque arte,

de-

depictus, ut affectus animi Servatoris ac Mariæ utriusque ad vivum quasi expressos nemo contemplari ac mirari queat satis, quem admodum Varius in Vitis Pictorum Bononiensium digne descripsit. Quam eandem imaginem inveniisse ait, indignante Adversario, Noster, ut a Philippo IV Rege, artis callentissimo, annuo reditu mille scutorum a Monachis Panormitanis redimeretur, gratiaque referretur Superiori horum, qui tentatam, semper cum tumultu civitatis, deportationem solertia tandem sua perfecisset. Atque, ut porro coloribus quoque ornatissimam pictoriam confirmet Raphaelis, duas imprimis tabulas laudat, in cameris Vaticanis adhuc conspicuas, historias nempe Attilæ & S. Missæ, grandes illas & coloribus artificiosissime pulcherrimeque illustratas. In quo quidem argumento cum versatur, non potest non reprehendere Adversarium, qui colorem picturam putet, inque vita Joannis Francisci Centani (da Cento) cum hanc sententiam posuisset: centum de rebus, imaginem pictam ornantibus, nonaginta novem, attulisse eum, qui coloris pulchritudinem præstitisset; ei hanc rationem subjiciat, quod propositi excellentiam pauci, iique docti, intelligant, colorem omnes, etiam de vulgo, sentiant. Denique, in historia Attilæ, Leonem X P. S. pro S. Leone I depictum, inque aliis historiis Julium II positum a Raphaele, item in historiis S. Missæ Sacramenti, & Atheniensium Scholæ, Philosophos, Astrologos & Theologos esse conjunctos, quasi conciliaturos Philosophiam & Theologiam, vel aliud mysterium etiam sublimius occultatum, observat Noster, inter alia argumenta idem minime humilis, sed nobilis imprimis atque excellentis, quæ in Raphaele eluxerit. Quem eundem eruditissimum fuisse Virum, atque eleganti omni doctrina politam, inque optimis Scriptoribus legendis versatissimum, atque adeo una cum Michaele Angelo & Titiano, pictoribus excellentibus, inter præstantissimos ævi sui Scriptores annumeratum, denique propter excellentiam illam doctrinæ, a Leone X inter Purpuratos Patres penæ cooptatum scribit Autor, vere eodem loco docens, pictoriam non esse, cum quis nudum sibi hominem ob oculos ponat, ejusque partem colorate delicateque imitetur ac describat, verum artem esse, quæ ab ingenio bonaque eruditione instructa sequatur ornate naturam, quæ

que operibus ingeniose perfectis eximat se opificiorum vulgarium numero, nobilibusque scientiis inserat. Idcirco necessarias esse pictori multas artes, Poeticam, Historicam, Mathematicam, ipsamque Philosophiam, quippe qui opera Naturæ, affectus & mores doctè debeat repræsentare, quemadmodum Leonardus Vinciensis bene præcipiat pictori, & Vitruvius etiam architecto. Tales fuisse Apellem cum sua Calumnia, Parrhasium cum suo Dæmone Atheniensi, Timantem cum suo Cyclope, tabulis doctè descriptis, Plinio, Philostrato, Pausaniæque celebratis, Polygnotum quoque cum Porticu sua varie eruditeque picta sede Philosophorum: itemque recentiores Albanum, Dominicanum, alios, Poetarum præstantium ac Philosophorum æmulos, confirmat Autor, ipse ille idem non arte magis sua quam doctrina omni bona, si quid iudicamus, profecto excellens. Cujus ad Epistolas has, doctè, curiose, atque eleganter sane scriptas, Lectorem gustu quodam lævi præparatum nunc dimittimus.

VITA DI S. EMIDIO, &c.

i. e.

VITA S. EMIDII, EPISCOPI ASCULANI ET
Martyris, una cum Narratione rerum urbis Asculi, occasionem præ-
bente S. VALENTINO MARTYRE, ejusdem Diacono, &
primo gestorum hujus Sancti Scriptore, Composita a PALLIO
ANTONIO APPIANO, Soc. J. Editio
secunda aucta atque emendata ab
Autore.

Romæ, typis Betnabi, 1704, in 8.

Plagg. 28.

Liber hic, Clementi XI P. M. hodie sedenti, dicatus, & ab Illustrissimo Magliabechio eximie nobis commendatus, complectitur, præter Introductionem, libros vel partes quatuor. Illa admodum Reverendus Autor exponit imprimis de Vita S. Emidii a S. Valentino scripta, quam ipse e codice MS. Vaticano exceptam & cum R. P. Conrado Janningho, celeberrimi Papebrochii in colligendis Sæctorum Vitis socio, communicarit, & ex amore adversus patriam ejusque Apostolum, S. Emidium, separatim in-

lucem ediderit : item de nomine Emidii, quem eundem in Martyrologio Romano *Emigdium*, in alio quodam MS. codice *Aimidium*, sive *Emidium*, ab Asculanis sæpe *Amiddium* atque *Ame-
lianum*, pro Emidio, seu *Emilio*, dici observat, verbaque ipsa Martyrologii ad diem Emidii festum, ponit hæc : *Asculi in Piceno S. Emigdis Episcopi, & Martyris, qui a S. Marcello Papa ordinatus Episcopus, & illuc ad prædicandum Evangelium missus, in confessione Christi sub Diocletiano Imperatore martyrii coronam accepit.* Libro autem ipso primo, gesta S. Emidii, ab infantia ad ingressum usque ejus in urbem Asculum, capitibus septem persequitur Autor. Secundo integro de urbe Asculo, id quod titulus libri præ se ferebat, exponit capitibus sex. Tertio res Emidii usque ad mortem ejus ac sociorum, itemque civitatis erga eundem venerationem, capitibus novem enarrat. Quarto denique, miracula ab Emidio defuncto patrata, cum adhortatione ad religionem S. Emidio præstandam, hujusque descriptione religionis, septem capitibus absolvit. Quam nos descriptionem, quia vitam ipsam non licet propter studium brevitatis, in compendium misissimam, e capite libri totius ultimo, exhibebimus. Moriturus nempe quidam Dal Monte (Montanum dicere liceat) ultima voluntate sua filii religionem erga Sanctum hunc virum commendavit, ejusque modum ipse lingua tum usitata conscripsit, Noster autem e Chronico Asculano vetustissimo in linguam hodiernam & puriorem transtulit. Absolvitur autem modus ille celebrandi S. Emidii, decem præceptis. Primo vult Montanus, ut filii primo sibi natis nomen imponant Emidii, idque suis etiam mandent posteris, ne unquam deficiat in ipsorum familia, qui nomen hoc habeat. Secundo prohibet, ne quis nomen S. Emidii pronunciet profane, aut cum blasphemia vel perjurio. Quod si quid horum fecerit e domesticis aliquis, post duas tresve admonitiones, nisi resipuerit. domo ejiciatur, quantumvis videatur rebus domesticis utilis. Cum enim vituperabile sit, nominare cum contumelia personam honoratam, etsi ad nos non pertinentem : maxime fuerit incivilis, ingratus atque injustus, qui hoc modo nomen profert S. Emidii, ejus, qui tanta in nos beneficia contulerit, qui præsens nobis in sacro suo deposito sit, quique *nos audiat & exaudiat* de

de coelo. Lex tertia hujus religionis præcipit, ut hab eant in conclavi, minori vel majori, S. Emidii imaginem, vel descriptam in charta, vel in tabula pictam; utque e collo suspensum gestent exemplum monetæ istius vulgatæ, in qua est Sancti hujus effigies expressa, quasi Principis ipsorum ac Protectoris. Quarta lex, ut domi vitam quoque hujus Sancti descriptam habeant, ejusque particulam aliquam legant, vel privatim, vel præsentibus domesticis, hieme præsertim, cum vesperi familia ad focum una convenit: sitque liber iste *quasi signum in manu tua & quasi monumentum ante oculos tuos*, Exod. XIII. Regula quinta: In urbe locati, singulis hebdomadibus saltem tribus vicibus vos conferte ad sepulchrum S. Emidii visitandum, eoque una amicos invitate; quemadmodum Cyrus Israelitas: *Quis est in vobis de populo ejus? Sit Deus cum ipso, & ascendat in Hierusalem.* 2. Esdr. I. Res indigna fuerit, si quotidie a Porta Romana ad Pontem Majorem ambulantes, necessarioque cathedrale templum prætereuntes, non intretis, ad salutandum brevi oratione primum Advocatum nostrum. Est autem (quod h. l. e Lib. III, c. VII, p. 262 commemorandum duximus) monumentum S. Emidii, in quo & S. Valentinus, ejus Diaconus, & Euplus & Germanus, socii, una requiescunt, in templo Asculanorum primario, sic inscriptum:

CUM SOCIIS ALIIS
EMIDIUS HIC
REQUIESCIT.

Sexta regula: Providete diligenter, ut singulis annis in majore domus nostræ conclavi ad octavam Sancti hujus, mense Augusto, conveniat Academia Discordium, (*l' Accademia de' Discordi*) carminibusque celebret ejus martyrium atque obitum gloriosum; exemplo *Mosis*, qui populo liberato, *cecinit & filii Israel carmen hoc Domino, & dixerunt: Cantemus Domino, gloriose enim magnificatus est*; Exod. XV. Laudabilem hunc ritum ab Academicis Institis, (*Dall' Accademia degl' Innessati*) quorum patronus S. Emidius est, instauratum hodieque obtinere, scribit Autor, quemadmodum libro hujus historię suæ III cap. IIX p. 272 jam annotaverat. Septima: Accedatis ad S. Synaxin singulis festis hu-

hujus Sancti, nempe vigesimo primo Martii die, qui propter reliquias ejus inventas celebratur: duodecimo Aprilis, qui ob translationem earum in templum festus est: & quinto Augusti, qui Martyrio ejusdem sacer est. Et tres hæ communionibus erunt, instar trium sacrificiorum eucharisticorum, pro tribus illis annis & octo mensibus, quibus Emidius ille Episcopus fuit. Asculi, & mortuus ibi est, vita exacta, nostro bono, tam ærumnosa, ut ob magnitudinem molestiarum instar mortis prorogata videri poterit: itemque in gratiam atque honorem trium Sanctorum, Eupli, Germani & Valentini Diaconi, qui ut comites ejus itinerum & laborum Evangelicorum martyriique focii, sic etiam sepulchri participes facti sunt. Potestque per octo illos menses octo dici vicibus: *Gloria Patri &c.* VIII. Per octo dies, a prima triuna festorum inchoantes, triginta vicibus Orationem Dominicam recitabitis, respicientes triginta illos annos, quos S. hic Episcopus vixit, & orantes eum, ut vobis impetret a Deo constantiam potius gratiæ divinæ, quam vite. IX. In collectionibus anniversariis, offerre ad altare S. Emidii pium aliquod donum, vel frontale, vel calicem, vel lampadem, vel elemosynam ejus nomine pauperibus erogandam; prout fecerunt principes exercitus Israelitici, qui a pugna Madianitica multa cum præda reversi, ad Moysen hanc attulerunt, Numer. XXXI. X. Denique ne sinatis abire diem, quin vespere, antequam oculos in somnum declinetis domi, recitetis antiphonam consuetam, & versus una cum oratione hac: *Sancte Dei Præsul, & Martyr Emidii, quas in Christo genuisti filios, tuam pro nobis sanguinem fundendo: tua, quasumus, oratio commendet nos indefinenter Domino: Ora pro nobis Beate Pater Emidii. Ut digni efficiamur &c.* Oremus. *Omnipotens sempiternæ Deus, qui Asculanam Urbem Beatissimi Emidii Pontificis, & Martyris tui passione decorasti: ejus exoratus precibus sacratissimis, ab omnibus nos defendas adversis. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium suum &c.* His paucæ quædam postquam addidit eloquentia ac doctrina præstantissimus Appianus noster, libro elegantissime scripto finem imponit, cui Lectoris in gratiam annexus est duplex Index, capitum alter, alter rerum memorabilem.

VINDICIÆ ÆQUISSIMI DECRETI ALEXAN-
DRI VIII P. M. adversus propositiones XXXI in eo damna-
tas. Opera & studio ANTONII MARIE BONUG-
CI Soc. Jesu.

Romæ, ex typographia Bernabò, 1704, in 4.

Constat 1 Alphab. 6 plag.

Janfenismi originem, & Janfenistarum dogmata, prolixè satis ex Clarissimi Leydeskeri *Historia Janfenismi* representavimus mense Jan. 1696. Nota etiam sunt fulmina Pontificum in *Janfenium* & ejus sequaces vibrata: quæ inter locum invenit Decretum *Alexandri VIII* die 17 Dec. 1690 promulgatum, XXXI propositiones Janfenisticas damnans. Id cum sparsis in vulgus non paucis libellis traducerent nonnulli, Pontificatum statutorum æquitatem sibi propugnandam sumit Noster. Totum opus tot habet sectiones, quot decretum Pontificis propositiones, quarum contrarium ex utroque Fœdere, Conciliorum sanctionibus, Patrum chirographis, Theologorum ac Philosophorum scriptis evincere conatur. The- sium damnatarum summa huc redit. Ad peccatum mortale post lapsum sufficere libertatem interpretativam, quæ aliquid libe- rum est in causa sua, peccato originali & voluntate Adami pec- cantis. Hinc operantem ex ignorantia invincibili juris naturæ, aut conscientia probabili, non excusari a peccato formali. Irregentos nullum a Christo accipere influxum, adeoque in omni opere pec- care, & peccatum esse, quicquid ex fide supernaturali non proce- dit, utut procedat ex odio peccati mere ob ejus turpitudinem aut disconvenientiam cum natura, vel ex solo intuitu celestis gloriæ obtinendæ, vel ex metu gehennæ & poenarum, qui naturalis esse possit. Per omnem vitam hominem pro peccato originis agere debere poenitentiam, nec ad sacram coenam admittendum esse, nisi in quo sit amor Dei purissimus omnis mixtionis expers. Dei simulachrum nefas esse in templo collocare; laudem Mariæ ut Mariæ delatam esse vanam; ad baptismum non requiri intentio- nem Ministri; doctrinam in Augustino clare fundatam absolute posse teneri, non respiciendo ad Bullam Pontificis, in fidei quæstio- nibus decernendis minime infallibilis, nec supra Concilium Occu-
me-

menicum collocandi. Multa præterea taxantur circa Confessionem Pontificiam seu Sacramenti Poenitentiae (quod vocant) administrationem, & Mariam indignisse purificatione, ipsiusque macula Filium maculatum esse contenditur. Contra *Bonuccius* ad peccatum mortale libertatem interpretativam sufficere pernegat, quia alias motus primo-primi forent peccata, contra assertum *Pauli* Rom. VII, 20, *Jacobi* c. I, 14. 15, *Augustini*, *Chrysofomi*, *Cyrilli*, *Thoma*, *Bonaventura*, nec nostrum dici queat peccatum, nisi quod nostra voluntas formaliter admiserit. Quamobrem cum ignorantia invincibilis rationem voluntarii tollat, eam omnino excusare a peccato, Joh. XV, 22. Reputari autem pro invincibili, cuius nulla nec in universali, nec in particulari, præcesserit suspicio. Recte *Galenum*, *Columellam*, *Pythagoram*, *Senecam Tragicum*, ex conscientia probabili operanti conscientiae tribuere securitatem: cum enim paucorum admodum actuum honestas aut malitia iudicio metaphysice, vel moraliter certo cognoscatur, multorum actuum honestatem ignoratum iri, opinione probabili rejecta. Christum, quia mortuus pro omnibus, 1. Tim. II, 4, omnesque illuminat, Joh. I, 9, atque omnium existit Redemptor, omnibus quoque sufficientia ad salutem auxilia præparasse, adeoque in omnes omnino homines influere. Opera ergo infidelium non omnia esse peccaminosa, cum nonnulla laudet Scriptura, Exod. I, 20. 21. 2. Reg. XVII, 27. seqq. 3. Reg. XXI, 29. Dan. IV, 24, ex lumine etiam naturæ plures actus ex se honesti cognoscantur, quos homo infidelis appetere possit ex illo affectu operaturus. Certe non orane opus bonum ex fide supernaturali proficisci debere; alias enim infidelem in omnibus necessario peccantem ab obedientia legis exemptum fore, Deo peccatum non præcipiente. Esse operationem ex se ipsa difformem naturæ rationali per se, & sine ullo ad Deum respectu, licite & sanctissime odibilem, Thren. IV, 1. & seqq. ac laudabiliter odisse peccatum, qui Deum non agnoverint. Multo minus damnandam esse operationem spe adipiscendæ beatitudinis cælestis a nobis emanantem, Psalm. CXIX, 112. Psalm. XXXVI, 27. 2. Petr. I, 10. Apoc. II, 10. 1. Cor. IX, 25, unanimi Ecclesiæ consuetudine, auctoritate *Chrysofomi* & *Gregorii M.* atque exemplis Sanctorum repugnantibus. Ex timore gehennæ profectam attritionem

nem esse similiter bonam & supernaturalem, Luc. XII, 32. Matth. III, 7. c. XXIII, 33. c. VII, 19, cum ipse timor bonus sit, honestus, ac actus veræ virtutis, immo supernaturalis, Matth. X, 28. Hebr. XI, 34. Pro peccato originis qui asserat per omnem vitam penitentiam esse agendam, baptismo detrahere, a labe originali baptismum mundantem; discrimen inter peccatum originale & personale tollere, quorum hoc cordis dolore defendendum; nec responderi posse, quid agatur de pueris statim a baptismo decedentibus. In Divinam clementiam injurium esse, qui a communione arceat amore purissimo destitutos, utpote quæ tanta sit, ut nullum certum puritatis aut amoris gradum ad dignam illius perceptionem præscripserit, (Christo omnes ad se vocante, Matth. XI, 28. Immo cum nemo certo sciat, se a Deo diligi, Eccles. IX, 1. nec quenquam certum esse, num ipse sincere diligit Deum, Prov. VIII, 17, testimonio Spiritus Sancti non nisi conjecturaliter certo, quoniam utrum a Spiritu Sancto an a Diabolo sit, non sumus omnino certi, I. Joh. IV, 1, atque plurimos hic falli, experientia testetur. Ubi in sacris simulachra prohibeantur, e. gr. Act. IV, vocem simulachri pro idolo seu imagine Numinis falsi sumi. Dei veri imaginem ex visione Danielis suaderi, Dan. VII, 8, nec eam Deo spirituali inhonorificam esse; Angelis enim Spiritibus nullam, si pingantur, fieri injuriam, & Scripturam, citra injuriam in Demogridem *αιθροπορασις* nares, aures, oculos, manus, pedes aliaque membra tribuere; universalem denique adesse Ecclesiæ usum. Cultum Marianum nullo Scripturæ testimonio, nulla ratione solida alia nixum, ex hoc unice capite defendit, quod pium, præclarum ac utile Christianorum studium sit, qui Sanctos omnes ac eorum virtutes publice prædicant, supplices colunt, pro virili sua imitantur & seduli contemplantur, quodque Ecclesiæ officiosam quandam erga Sanctos, veluti patronos & intercessores, gratitudinem ac pietatem exerceri a nobis postulet, & multis hic cultus ad multa Dei beneficia consequenda profuerit. Intentionem Ministrum sacramentum efficiendi factem consulam, qua facere intendit, quod facit Ecclesia, vel Christus instituit, vel alii Ministri Christiani faciunt, ad valorem baptismi requiri; nec intentionem adhibendi ablutionem & formam, quam

ad-

adhibet Ecclesia, sufficere, inde arguit, quod verus alias fieret baptismus ab illo, qui ludicre & irrisorie aliquem in fonte demergeret dicens: *ego te baptizo* &c. Pontificis auctoritatem auctoritati *Augustini* præferendam esse contendit, ex ipsius *Augustini* testimonio, quo eam in definiendis fidei ac morum controversis, supra Doctores & Patres, epist. III. *ad Fortunatum* collocaet. Inprimis multus est in asserenda Pontificis prærogativa supra Concilium Oecumenicum, ex monumentis Historicis, & desumptis inde argumentis has annectens rationes: quod Papa eam in rebus fidei definiendis habeat auctoritatem, quam habuit Petrus, auctoritate a Concilio Generali independenter gavifus, Matth. XVI, 9. Luc. XXII, 32; quodque Papæ etiam extra Concilium Generale definiendi parere teneatur Ecclesia, sitque adeo Supremus Pontifex necessario errare nescius: si enim errare posset, multa dogmata, in Conciliis nationalibus a Pontifice confirmatis definita, de facto in dubium vocatum iri. Tuetur Pontificiæ Confessionis ritus, & immaculatæ Virginis integritatem, utpote quæ se legi eum modo in finem submisit, quo obedientiam exemplo suo commendaret, humilitatis studiosa singularitatem, superbiam speciem, aufugeret, Filioque suo se conformem exhiberet, qui legi circumcissionis minime subiectus, ejus tamen gladium subire non recusaverit, legem ad amissum servaturus, & Prophetarum de ipsius in templo præsentatione Mal. III, 1. Hagg. II, 10. prædictionem verificaturus, atque a jugo præceptorum ceremonialium legis antiquæ nos liberaturus. Præcibus denique opus suum finit, quibus Deum flagitat, ut xvi hujus (quos vocat) novatores illuminet, approbans sententiam *Augustini* in libro *de natura & gratia cap. 25*, non tam disputationibus, quam orationibus cum hominibus, de hæresi seu convictis, seu solummodo suspectis, agendum esse ducentis.

VOYAGE DU SIEUR PAUL LUCAS AU

Levant.

i. e.

ITINERIS A PAULO LUCA IN ORIENTEM

suscepti Historia.

Z 3

Ha-

Hagæ Comitum, apud Guil. de Voys, 1705, 12.
cum figuris.

Tomi II, quorum *prior* plagulis 10, *alter* vero 11 $\frac{1}{2}$. absolvitur.

Quam variis casibus obnoxios sese reddant illi, qui per montes & maria peregre proficiscuntur, atque divisas ab Europæis regiones perlustrant, recenti exemplo *Paulus Lucas* Gallus docuit, cui Itineris ab ipso in Orientem facti narrationem duobus tomis comprehensam, & apud Batavos superiore anno in publicum emissam, debemus. Prior tomus XXVII capitibus constans, ea complectitur, quæ Auctori in peregrinatione Melitensi, Ægyptiaca & Syriaca acciderunt. Atque inter illa memoratu digna sunt, quæ de Laurentii Medici Melitenfis filia, ex captivitate Turcica ab Austro nostro vindicata, cap. I, II, & III recenset. Cap. IV, V ac VI in describendis Pyramidibus Ægyptiacis, & Cairi urbis memorabilibus occupatur. Cap. VII usque ad XVII iter ad Cataractas Nili, ex montibus Lunæ per anfractus petrarum magno strepitu decidentis, atque Ægyptum annua eluvione fecundantis, susceptum fusius illustrat, atque adeo aliis, qui idem argumentum ante ipsum adgressi sunt, palmam ea in re dubiam facit: addita quoque tabella, in qua omnium ad ripas famosi fluminis sitarum urbium & vicorum consignationem exhibuit. Quæ deinceps post felicem ad Cairenses reditum, sive in insula Cypro, sive apud Tripolitanos in Syria, sive inter Arabes & Damascenos, sive tandem in montibus Libano, Tauro, Caucaſo, aliisque per Palæstinam Armeniamque obviis, notatu digna observaverit, ea capp. XVIII ad XXVII persequutus est. Partis secundæ rursus XXVII capita sunt, quorum I, II, III ingressum in Armeniam, IV transitum ad Taurim & Ecbataniam, V steriliâ Mediæ & Persiæ confinia, VI ad IX Persidos, ac præcipue Ispahani, quæ Regum hodie sedes est, descriptionem ob oculos ponit. Cap. X multus est in enarranda templi Capueinorum apud Babylonios sive Bagdadenses destructione, idque eo, quod in illa expilatione ab Altabano Prorege Turcico, (qui postea Princeps Purpuratorum creatus fuit) peracta, omnium cimeliorum, gemmarum ac nummorum suorum, quos in usum Regis Galliarum apud Ægyptios, Persas, Armeniosque ma-

ximis sumptibus collegerat, intra horulæ infelicissimæ spatium, jacturam irreparabilem passus est. Post ergo, quum ex manibus latronis famigeratissimi vix vivus elapsus fuerat, per Ninivam versus Alepum contendit, (vid. Cap. XI.) inde in Cyprum navigavit, qua non minus ac Rhodo Chioque relictis, (Cap. XII. XIII.) Constantinopolin pervenit. Ibi quidem per Marchionem Feriolium, Legatum Gallicum, litteras ab aula Turcica ad Babyloniz Proregem impetravit, in quibus cimelia Paulo Lucæ per vim abrepta, & 50000 libras Gallicæ pecuniæ æstimata, restituere jubebatur, sed eventu plane frustraneo. Barbarus enim, neque literas, neque mores humaniores edoctus, atque ex avaritiæ insatiabilis dictamine ferociens, nuncium ex aula ad se missum non audivit: immo in turbis illis, quæ A. 1702, 1703, Imperium Ottomanicum graviter concusserunt, ad supremam inter Purpuratos dignitatem, quæ Magni Vezirii titulo gaudet, aspiravit, atque Hussanum Baslam, prædecessorem suum, Seleuciæ veneno ex viventium numero sustulit. Lucas ergo noster quum Altabanum, quem paullo ante latrocinii accusaverat, nunc quidem judicem causæ suæ, neque amplius reum, præter omnem opinionem conspiceret, ad Prusiam Bithyniæ civitatem interim divertit, (Cap. XIV.) atque brevi post, anno scilicet 1703. reditum in Galliam meditatus est, cujus itineris socium legit puerulum, a Michaele Jankowskio, Equite Polono, ex foemina nobilissimi generis, quod Palæologos, Byzantini quondam Imperii Dominos, attingisse fertur. Constantinopoli genitum, infantem omnino generosissimæ indolis, tantæque spei atque in respondendo promptitudinis, quantam tenera ipsius ætas capere vix posse videbatur. Illum sane annos pubertatis haud egressum, sed quatuor jam linguas loquentem, cantantemque peregre, & maximo desiderio servitiæ Ludovici XIV Galliarum Regis anhelantem, Magnus Hetruriz Dux, ipse insuper Romanus Pontifex, & Augustæ Domus apud Gallos Principes admirati sunt. Quæ quidem res, quam in reliquis capitibus ad finem usque secundi voluminis sedulo pertractat, in causâ fuit, ut Ludovicus Rex puerum, *Joannem Baptistam Palæologum* communiter dictum, Jesuitis educandum tradiderit.

Atque

Atque hæc summa est peregrinationis ab A. 1699 ad 1703 per varias Asiæ Minoris provincias a Paulo Luca institutz, quam, ex more peregrinantium, partim observationibus Geographico-politicis, partim recensione infortuniorum, quæ expertus est, insignivit. In hunc autem censum venit præsentissimum trucidationis periculum, cui Auctor inter latrones Arabes, haud procul Damasco, jamjam destinabatur, nisi Deus, quasi quidam ex machina superveniens, ipsum solo *Medici* vocabulo, quod apud barbaros Arabes Ægyptiosque in magna veneratione habetur, ab orco revocasset, seu potius gravioribus damnis & contumeliis servavisset. (v. Part. I. Cap. XXI. XII.) Pertinent huc quoque, præter expilationem apud Babylonios ab Altabano exercitam, horrendæ maris prope Cyprum tempestates, & navis illius, qua cum Palzologo suo in Galliam redire constituerat, a pirata Flissingano facta expugnatio; quos casus adeo graphice delineat, ut ingemiscere oporteat lectorem, qui hominem opes suas; inter Arabum atrocina Periarumque fraudes immensis laboribus acquisitas, unius barbari odio ac perfidia omnes perdidisse, atque ex pelagi sævientis interperie, vel piratarum manibus, vix quidem ad patriæ littora tuto enatare potuisse legerit.

Ad alteram classem referenda sunt ex priore tomo, quæ cap. IV de cute vivis quibusdam Arabibus, velut ex supplicii titulo, detracta; cap. VIII de scortis, inter Ægyptios Nili accolæ publica auctoritate publicisque sumtibus, in urbibus, per quas exteri vel advenæ transire solent, constitutis; cap. IX de Fano quodam Taatenfi, ex quo Turcæ omnes cæci egredi perhibentur; cap. XI de Crocodilo, memorabili fraude ab Armeno Christiano clavis occiso; cap. XIII de deserto *Bella de Mofse*, sive loco Moyfis natali dicto; cap. XIV de cryptis compluribus in superiore Ægypto perlustrandis; cap. XV de aqua Nili, non per urinam, sed per sudorem e corporibus humanis transpirante; cap. XVI de Josephi Patriarchæ palatio; cap. XVII de equitatione omnibus Europæis, quos *Franco*s Turcæ adpellant, apud Cairenses interdicta, solo nationis Gallicæ Consule excepto; cap. XIX de hospitiorum publicorum apud Syros commo ditate; cap. XXVII de Paradisi terrestri, qualis hodie in Armenia ostenditur.

ditur, situ ac cultu differit. Spectant huc etiam ex posteriore tomo, quæ cap. II de montibus Ararat; cap. VI de sepultura Regum Persicorum, ex propagine Haly descendendum; cap. VII de equite Persico sagittandi peritia ad stuporem callentissimo; cap. IX de Camelorum apud Ispahanos singulari festo; cap. X de monte Nalbano herbis salutiferis clarissimo; cap. XIX & XXVI de turbis Turcicis, in aula Byzantina annis 1702, 1703 obortis narrat.

Sunt in reliquis nonnulla, quæ fabulas redolent, aut ab aliis, qui fecerunt idem iter per has terras, in commentarios congesta jam invenias. Tria tamen præ cæteris ab oblivione adhuc vindicanda sunt. Primum est (Part. I cap. XIV, p. 115. 116.) Dervisii sive Sacrificuli cujusdam apud Ægyptios Superiores notabile exemplum, qui *Lapidem Philosophicum* habuisse, atque ingentem cupri portionem ab igne liquefactam, injecto pauculo pulvere, in purissimam auri massam commutasse scribitur. Ab illo Præses provinciæ hanc artem extorquere cupiverat, sed vaferrima ratione delusus est. Dervisius enim non modo metallorum transmutationem, sed aliud insuper artificium, corporis scilicet contra ictus omnes illæsi servandi scientiam se nosse, atque remedium istud non nisi ex quibusdam verbulis schedulæ inscriptis, vique magica pollutibus, & in os inferendis, constare jactitavit: cujus rei quum periculum facere vellet in Dervisio Præses Ægyptius, cervicem ei, præter spem atque votum, acinace amputavit, schedulæque in ore Dervisii quæsitæ nihil aliud inscriptum offendit, præter hanc sententiam: *se scire quidem mori, non vero revelare secretum suum.* Alterum est (Part. II cap. II pag. 14. 15.) urbis Erivani in Persia descriptio, quam omnium rerum copia florentissimam Noster vocat, adeo ut cives persuasum habeant, Noam illic plantasse vitem, imò sedita ibi Paradisi fuisse, jactaveritque Armenus quidam, Gallos in universum omnes expugnandæ illi urbi impares futuros, quam gloriationem tamen Noster lepido responso elusit. Tertium locum occupat Gubernator navis Cypriæ, qua Lucas vehebatur, (Part. II cap. XII p. 113) qui, quum naufragio in illo maris tractu proximus esset, ad hæc tandem preces, veluti ad Palladium aliquod ultimum, confugit: *Heus, inquit, charissima in purgatorio anima, conciliate*

nobis ventos, & accipietis duos piastris! Ad has preces venti non statim ex voto succedebant, sed ille mox altiori voce exclamavit, atque singulis vicibus piastrum (quod monetæ genus est) prioribus addidit, ita quidem, ut se ab animabus purgatorii viginti tandem ac quinque piastris venales ventos mercaturum sponderet. Quæ hercle simplicitas hominis stupidissimi cæteros, qui cum ipso in navi erant, ad risum potius quam ad precum communionem commovit; Nauta autem Cyprius, quum ad 25 clamorem ventum exoptatum nancisceretur, voto se jam damnatum dixit, atque socios omnes ad exsolvendam pro rata portionem 25 piastrorum adegit.

*COLLECTANEA GENEALOGICO - HISTORICA,
ex Archivo Inclytorum Austriae Inferioris Statuum, ut & aliis privatis
scriniis documentisque originalibus excerpta. Accessit
de Hereditariis provinciarum Austriacarum
Officialibus Commentatio.*

Viennæ, sumptibus Jo. Bapt. Schönwetter, 1705, fol.

Constant 4 Alph. & 10 Tabb. æncis.

Auctor hujus operis, quem Illustrissimum quendam Virum esse conjicimus, cum in manibus haberet Archivum Statuum Inferioris Austriae, quater mille propemodum documenta in membranis exarata complexum, rem historiarum cupidis haud ingratam fecit, ubi ea, quæ de Comitum, Baronum & Dynastiarum Austriae familiis hodieque superstitis in illo notata digna reperit, in unum volumen collegit, quibus & proximissima supplementa, de Polheimia imprimis, Stahrenbergia, Harrachia, Hardeccia aliisque familiis ex ipsarum avitis documentis compilata adjecit. Equidem absolutas hic Genealogias contexere noluit, aliis eam provinciam relinquens, eoque ab incertis stirpium originibus lubens abstinnit; quo magis vero rem etiam Heraldicam adjuvaret, non tantum diligenter subinde observavit, ut insignia e familia in aliam, vel pacto, vel alia ratione fuerint translata, verum & sigilla documentis appensa simul æri incisa representavit. Præterquam vero, quod, uti dictum, & publico & privatis archi-
vis

vis usus est, alia etiam opera, quæ adhuc in MSCris latent, subinde adhibuit. Hinc ad Richardi Streinii Baronis de Schwarzenau opus incomparabile, quod vocat, *Land-Hand-Best* / anno 1595 confectum, ad Historiam item familiz Lambergicæ a Jacobo Barone de Lamberg anno 1599 scriptam, & deinde a Matthia Barone de Keinsach Collectaneis Genealogicis anno 1592 factis inferam, nec non Lazii Chronicon MS. Austriæ, quod in Bibliotheca Vindobonensi asservatur, Prevenhuberi Chronicon MS. urbis *Steyer* / aliaque manuscripta non raro provocat. Etsi vero illud præcipue agit Auctor diligentissimus, ut, quo pacto acquisita sint a familiis fæda, doceat, multa tamen passim inferuntur, quæ historiam Germanicorum Regum & Imperatorum egregie illustrant. Sic legi merentur, quæ de profectioe Italica Frederici, vulgo Terti dicti, verbis Andreæ de Lapiz, testis oculati refert cap. 19, ex quibus inter alia patet, parum abfuisse, quia Ladislavus Posthumus, quem Imperator, Neapolim pergens, Romæ reliquerat, antibus Ulrici Ciliæ Comitis, plagio fuerit subductus; eidemque Ladislavo Pragæ a Georgio Podiebratio veneantem fuisse propinatum, quod alii uxori Podiebratii, alii amantæ cuidam adscribunt. Ubi de familia Comitum de Rogendorff agit cap. 39, multa imprimis de Wilhelmo Rogendorffio refert, qui gravissimis negotiis a Maximiliano I, Carolo V & Ferdinando I fuit adhibitus. Itaque mandatum illi a Maximiliano, ad componendâ quævis cum Ferdinando Catholico dissidia, A. 1509 datum, diploma quo eidem summa rei militaris cura a Ferdinando A. 1541 demandata est, aliaque Illustrissimæ familiz concessa beneficia recenset. In Addendis ad cap. 10 observat, fratres Stahrenbergios, Casparum & Gundaccarum, in castro familiz gentilitio Wildpergenfi, Wenceslaum Imperatorem aliquandiu captivum tenuisse, unde cubiculum, cui fuerit inclusus, ad hunc usque diem Regium, (*Das Königs-Zimmer*) vocari meruerit; eundem tamen Wenceslaum, solemnibus postea A. 1394 literis, quibus suam etiam sigillum Rupertus Bavarus addiderit, testatum esse, se eam injuriam familiz prorsus & omnino condonare. Eiusdem familiz ut dignitatem extolleret, ei dudum titulum *Nobilis* ab ipsis Pontificibus concessum fuisse notaverat p. 24, qui non nisi illustrioribus & Principali etiam dignitate fulgentibus ab illis

tribui consueverit. Nec profus de familiarum origine flet. Ita enim Zinzendorffios nequaquam probat p. 14 ex Helvetia, Rudolphi Habsburgici aut Alberti I tempore, ut plerisque creditum fuit; in Germaniam venisse, sed ex ipsa Austria oriundos esse, quod jam sub initiis regiminis Rudolphi, eorum memoria in documentis Austriacis celebretur. Lambergios vero antea Ritterspergios dictos fuisse, animadvertit p. 32, quod ex familia non nemo altero pede claudus, ex eo vitio cognomen *Der Lahme* traxerit, ex quo factum, aliarum gentium consuetudine, ut ejus deinde successores, omisso Ritterspergiorum nomine, Lambergii (*Die Lamberger*) salutarentur. Ceterum lectu jucunda sunt, quae passim veteri illi lingua Teutonica inferuntur, documenta, singularia quippe Germanicae simplicitatis, qualis iis temporibus fuit, testimonia. Sic tibi *Claram Haidiam*, e gynaeceo *Beatricis Hungariae Reginae*, sub finem seculi XV, *Andreas Kornfail* nupsisse memorat p. 133, novae auptae potulum argenteum decoratum dono datum fuisse a Regina addit, cui inscripti sequentes rythmi:

Als Kornfail die Clara Haydin nahm/
Aus dem Frauen-Zimmer lobesam/
Die Königin Beatrix gut/
Zu Hungarn und Böhmeimb wohlgemuth/
Schenckt ihr das Schirt auff die Hochzeit/
Voller Ducaten mit grosser Freud.

Legi etiam meretur p. 177 *Catharinae*, *Poloniae Reginae*, Epistola Germanica ad *Juditham Polheimiam*, quae illi S. Bibliothecae lectionem commendaverat, A. 1568 d. 16 Oct. data, in qua postquam se falsa fuisset lectione ea magnopere delectari, curiosiorem tamen investigationem Ministris Ecclesiae, quorum vocatio eam postulet, relinquendam esse statuit, demumque concludit: *Derhalben rathe ich dir und mir / wir bekümmerten uns nicht um die Sachen / die uns nicht befohlen seynd / sondern halten uns nach der Lehre Pauli / das wir in Still hören und fragen / und die Haushaltung in die Hand nehmen / so weit denen Weibern gebühret / das habe ich dir zu gnädiger Antwort auff dein Schreiben nicht wollen verhalten.* Ultimo loco Auctor de haereditariis provinciarum Austriacarum officiis, paulatim

MENSIS APRILIS A. MDCCVI. 189

tiam in aliis familiis translatis, erudite disserit; ut de hereditariis
Aulæ Praefectis, Camerariis, Marschallis, Equitum Praefectis, Rei
Venatoriae Praefectis, Rei Argentariae Praefectis (Erb- & Silber-
Cämmerern/) Pinocernis, Depiferis, Archimagis, seu Rei Culina-
riae Praefectis, Austriae Inferioris Janitore (Erb- & Thür- & Hüter/) Ba-
cillifetis (Erb- & Stäbelmeistern/) Scindendi Magistris (Erb-
Borfschneidern/) Falconum Magistris, Austriae Inferioris Sacellano,
supremo Cursorum publicorum Magistro, Austriae Vexillifero, Rei
Monetariae Magistro Austriae, & Armamentarii Praefecto Austriae &
Styriae (Erb- & Wink- & Erb- Zeugmeistern in Oesterreich und
Steyer) nec non supremo duellorum Judice in Austria (Obri-
sten Kampf- & Richter/) quod tamen officium hodie expiravit.
At de his singulis aliqua hoc loco depromere, praestituti operis
nostri ratio haud patitur.

CAROLI ARNDII BIBLIOTHECA POLITICO-
Heraldica Selecta.

h. e.

RECENSUS SCRIPTORUM AD POLITICAM
atque Heraldicam pertinentium selectus.

Rostochii & Lipsiae, apud Jo. Henr. Rusworm, 1705, 8.

Constat Alph. 1, plag. 12.

Postquam Clarissimus Auctor in Praeloquio de selectissimis Biblio-
thecarum Theologicae, Juridicae, Medicae & Philosophicae Colle-
ctoribus egisset, fontes, ex quibus apparatus suum hausit, praecipuos
indicat: Inde, quem ordinem servaverit, breviter enarrat. At-
que ita a Pseudopoliticis exorsus, primum quae ad vitam, doctri-
nam & scripta Machiavelli attinent, tum eruditorum de illo judi-
cia diversa, praecursores item & sectarios ejus recenset. Hinc post
enarrata Monarchomachorum incunabula & exempla practicae,
doctrinam eorum & scripta dogmatica tradit. Inter genuinos Po-
liticos Dogmaticos Platonem, Aristotelem, Salustium, Ciceronem,
quorum imprimis editiones diligenter excutit, Lipsium, Boxhor-
nium, Boeclerum, Schoenbornerum, Cellarium, Clasenium, Contze-
nium, Arniseum, Keckermannum, Alstedium, Heiderum, Lie-
ben-

benthalium, Bodinum, Tholosanum, Philephum, Patricium, Beckmannum, Weisium, Rechenbergium, Buddeum, Wagensehium, Pufendorhium, Schurzfleischium ordine considerat. His subjungit *Historicos pragmaticos*, Polybium, Tacitum ejusque Commentatores, quotquot existant, & interpretes, Steidanum, Cambdenum, Baudium, Meursium, Thuanum, cujus imprimis editionibus justum pretium statuit, Gramondum, Siri, Nani, Marianam, Pufendorhium, Letum, Tillemontium & plures alios. E *Philologis* epistolarum imprimis scriptores, Plinium, Miltonum, Mazarinum, Richelium, Temple, Ollatum, atque inde Oratores & Poetas quosdam politicos producit. Inter *Florilegiorum* scriptores Gruterum, inter *Discurforios*, quos vocat, Berneggerum, inter *Eristicos* Besoldum, Danæum, & alios refert. In *Pædæricis* Instructiones paternas Basilii Imper. Manuelis Palæologi Imper. Jacobi Regis Angliæ, cujus *Δῶρον βασιλικόν* imprimis accurate considerat, Caroli V & Philippi II exhibet, additis qui certis exemplis Principem formare aggressi sunt, Xenophonte in Cyro, Verulamio in Historia Henrici VII, Ameloto Houffæo, qui sub nomine *de la Mosbe Jasseval d'Aransel* latere voluit, in Tiberio, & Status Scriptoribus, ut Marnixio, Guevarra, Seckendorffio. *Consultatorios* Nostro constituunt Conclavium Scriptores, Goldastus item, Richelius & Mazarinus, quibus varii libelli politici adscribuntur, hic ingenue examinati, Leibnützius, Lünigius & similes publicorum documentorum promicondi. Ex *Statisticis*, præter quamplurimos alios, quos & Casp. Thurmannus in *Bibl. Statistica Halæ* 1704 in 4 publicata breviter percensuit, imprimis commendat. Noster Ducem Rohaneum Henricum, de cujus Trutina Statuum Europæ, libro elegantissimo, dum agit, vitæ ejus curriculum, tum familiæ Genealogiam & Symbolum addit, ac paulo etiam diffusior est in Godofredi de Jena, Halæ die 9 Jan. 1703 defuncti, vitæ & tractatu *de ratione Status* recensendo. In *Hieroglyphicorum* numero & Mythologicos scriptores ponit, & Fabularum Romanensium auctores quosdam, in quibus & Nicolai Baumanni Valpeculam (Neinicke Suchs) & Philandri von Citterwald / vero nomine Jo. Michael Moscherosch, Visiones Satyricas numerat, tum Symbolorum scriptores, Saavedram & Boccalinum, de

qui

quibus hic plura. Inter *Eschicos*, qui de characteribus & affectibus imprimis egerunt, præter Theophrastum ejusque commentatores, Barclajum & Christianum Thomasiū commendat. Hinc in *Juridicis*, post enumeratos breviter Juris Divini doctores, Grotium, scriptorem Juris Gentium & Naturæ, instar omnium, scriptores Juris Civilis Stravium, Huberum, Lauterbachium, & qui in hunc triennio abhinc commentatus est, Nobilissimum Titium nostrum, & Juris Publici, Arumæum, Limnæum, Vitriarium, Coccejum, Schützium, Textorem producit. *Geographias* politicas primum scitias, ut Mori Utopiam, Campanellæ Civitatem Solis, & his similes, deinde veras, quales in Rebuspublicis Elzevirianis continentur, recenset, & præ cæteris Schookium laudat, qui fatum Reipubl. Vejentium & Achæorum Belgis suis in exemplum proposuit. *Strategici* memorantur Polyænus, Frontinus, Naudæus, Lipsius, Turnerus, Lydius & Gannetasius. In *Hodæporicis* & *Apodemis* eminent hic præ cæteris Rutilius, Thevenot, Monconysius, Burnetus, Misson, Tollius, in quibus, ut & aliis, lubuit Auctori doctissimo sæpius ea sequi, quæ nos de illis in Acta hæc nostra passim retulimus. Diffusissima est classis ultima *Genealogicorum* & *Heraldicorum*. Et primo quædam catalogum alphabeticum librorum Heraldicorum vario idiomate conscriptorum inserit Auctor, postea è Germanis Höpingilium, Siebmacherum, Spenerum, Imhoffium, Rudolphum, Weigelium, Bussingium, Weberum, Schumacherum & Gottschlingium late considerat, & partim sub examen vocat. His succedunt ex Anglis Uptonus, Speelmannus, Jo. de Bado, Bissæus, Philippotus, Goreus, Gibbonus, & de quo plura verba facit Noster, Wilhelmus Dugdale: & Gallis Marcus de Vulfon de la Colombiere, Lud. Geliotus & Petrus Faliotus, Phil. Monetis, Petrus Le Moyne, Menetrenus cæteris notior, & Vallemontius: ex Italis Campanille, Catani, Petra Sancta & Beatianus. Sed de his qui plura cognoscere cupiunt, eos ad ipsum Auctorem amandamus, cujus & singularis politicarum rerum cognitio, & judicium subactum ubique emicat. Plures quidem, ut Genealogicos, ita Heraldicos etiam aliarum gentium scriptores, si prolixus esse voluisset, addere utique potuisset. Sic enim inter Belgas auctor imprimis laudandus Jo. Bapt. Christin in vasto opere, *Jurispruden-*

denia Heroica, sive de Jure Belgarum circa Nobilitatem & Insignia, Brux. 1668 & 1689 in fol. Thomas Ruyk in libro *Belgicae Nederlandensium Heraldicae, of Adelyk Tooncel*, Amst. 1672 in fol. & Anonymus Gallus in libello *Le Jardin d'Armoiries* Gand. 1567, in 12, quo Nobilium Belgii insignia secundum ordinem alphabeti exhibentur, aliique addi poterant. Inter Polonos quoque, praeter Bartholomaeum Paprocium, quem Scarovolscius *de armis seu insignibus Nobilitatis cum Polonia, quam Boemica* tomos duos, & Andream Vargocium, quem idem librum *Clenodiorum seu Nobilitatis Polonia armorum* scripsisse testatur, eminet Simon Okolsky, Becmanno, Baëlio aliisque commendatus, qui in *Orbe Polono* Cracoviae 1651 in fol. tribus tomis edito. antiqua Nobilitatis Polonicae insignia & arma exponit. De Hispanorum re Heraldica quo pauciora ad nos pervenerunt, eo avidius expectamus *Insignia omnium Hispaniae Nobilium Magnarumque*, ab eruditissimo Viro Gerardo Ernesto a Franckenau promissa.

L I B R I O N O V I.

Julii Fontanini Vindiciae Antiquorum Diplomatum adversus Bartholomaeum Germonium. Romae, per Franc. Gonzagam, 1705. 4.

De Sarcophago Marmoreo Probæ Falconiae in templo Vaticano Dissertatio Abb. Jo. Christophori Battelli. Romae, typis Caj. de Zenobis, 1705. 4.

De Sacris Basilicis SS. Martyrum Marcellini Presbyteri & Petri Exorcistae de Urbe Dissertatio Historica Jacobi Laderchii. Romae per Franc. Gonzagam, 1705. 4.

Lettera e Poetici Componimenti in Ragnaglio e in Encomio della Nuova Ripa presso al Sepolcro de' Cesari in Roma ridotta nella Presenza Edilizia di Monsig. Nicolo Guidice. In Roma per il Zenobi, 1705. in fol.

Dissertatio in Historiam Sacram primæ Mundi ætatis, habita per Dialogos & Auctore F. Guillelmo Bonjour Tolosano. Apud Montem Faliscum, ex typographia Seminarii, 1705, 4.

** * * **

ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsiæ

Calendis Maji, Anno M DCC VI.

ANTIQUÆ LITERATURÆ SEPTENTRIONA- lis Liber alter.

Oxoniz, e Theatro Sheldoniano, 1705.

Conferatur proximus Mensis Martius pag. 97.

Secundum hoc Thesauri Hiccesiani Volumen, cujus recensio
mense nupero Martio in præsens tempus differenda fuit,
singulari profecto industria elaboravit Humphredus Wanle-
jus, Vir, si quis alius, ad literarias antiquitates indagandas &
colligendas a natura ipsa factus, omnibusque ingenii dotibus ex-
cultus. Complectitur autem librorum veterum Septentriona-
lium, qui in Angliæ Bibliothecis asservantur, tum plurimorum,
codicum hujus generis alibi extantium Catalogum Historico-Cri-
ticum longe fidelissimum, in quo nihil a se descriptura Politissi-
mus Noster asseverat, quod oculis manibusque non usurpaverit,
sex tantummodo libris exceptis, quorum & in specie meminit.
Notas insuper numerosque forulorum, quibus cimelia ista in pa-
trix bibliothecis delitescunt, ipsorumque codicum inscriptiones seu
rubricas, quin & exordia atque fines summa cura apposuit, & no-
minum propriorum aliarumque vocum scriptiones, mendosas li-
cet, accurate designavit; voces vero vocumque partes, in MSis
forte deletas atque a se suppletas, uncinulis lunulisve notavit, ab-
breviaturas, ut vocant, literarumque jugationes majoribus usitatas,
solicite retinuit, earumque peramplam tabulam struxit, codicum
denique materiam, formam, ætatem judiciose observavit. Verbo
ut eloquamur, lynceos oculos operi ubique admovit, idque agen-

Bb

de

do Catalogum suum omnibus numeris absolutum exhibuit, ita ut non nisi trium errorum ipsemet sibi conscius esse queat. Consilium initio secum inierat, breviores tractatus integros, vel longiorum fragmenta, Lambecii aliorumque doctorum exemplo hic inserere, sed cum in paulo grandius volumen labores suos excrecere animadverteret, abdicavit hocce institutum, nisi quando materię forte præstantia, aut libri raritas interdum suadebant, ut ad illud rediret. Quod vero tot MSta Anglo-Saxonica, e civilibus nationis suę bellis, ex demolitione cœnobiorum per Henricum VIII Regem maturata, velut disjectę tabulę e naufragio etiamnum superent, Matthæi Parkeri, Archi-Episcopi Cantuariensis, qui cōdices chartasque veteres undique conquistavit, iisque sedulo incubuit, providę diligentię potissimum deberi refert. Quemadmodum & illam superiorum temporum injuriam effugerint facti multi cōdices, aliis linguis exarati, quos si consulissent editores Patrum apud exteros, longe elegantiores & castigatiores eosdem, iudice Nostro, dedissent. Biblia etiam & Psalteria Gallice conscripta, in bibliothecis extare memorat, quibus antiquiora nec Galli ipsi producere possint, modo de cōdicibus suis recte sententiam tulerint. Scripturę genus apud Anglo-Saxones receptum quod attinet, existimat Noster, illos sub appulsum suum in Britanniam Runas, gentibus maris Balthici accolis familiares, secum adportasse, indeque evenisse, ut antiquissimi nonnulli cōdices Runas Romanis literis intermixtas ostendant, & Anglo-Saxones, Romanę licet elementę amplexi, *Thorn* & *Wen* tamen, quę nomine, figura & potestate purę putę Runę sint, constanter retinuerint. Romanas autem literas, si non migrationis in Angliam, saltem plantationis fidei Christianę ab Augustino factę tempore, ipsis innotuisse, sensimque usitatiores evasisse. Exinde quoque diversas Italorum manus, illam videlicet, quę uncialibus literis constat, tum quę minoris & rotundioris formę characteres habet, tum denique eam, quę minusculis apicibus cursorie fluit, iisdem arrisisse; quemadmodum & singularum usum uberius demonstrat. Sed nolimus Doctissimi Auctoris præfationi nimis inhærere, quin eum potius, per bibliothecarum loculos, per pluteos atque armaria spatiantem, jam comitari, & de MSCtis aliquibus erudite differentem audire. lubet.

Inter varias quidem Bodlejanæ reliquias, laudat codicem membranaceum octingentorum circiter annorum, in quo contineatur Gregorii Papæ de Cura Pastoralis liber, in linguam Saxoniam per Ælfredum Anglo-Sax. Regem paraphrastice translatus, cum ejus præloquio ad Weresferthum Episcopum Wigorniensem, & cuilibet Ecclesiæ Cathedrali hujus libri exemplar unum a pientissimo Rege destinatum fuisse docet, meritoque dubitat, an Regia id genus monumenta, vernaculo sermone conscripta, apud extraneas gentes ullibi inveniuntur. Dialogos autem Gregorii, qui ipsum pariter autorem designant, rectius pro versione Weresferthi seu Weresfrithi habendos esse credit. Quatuor inde Evangelia Latina, cum versione interlineari Danæ-Saxonica, aliquot tamen foliis mutila, ab antiquitate valde commendat, octavo quippe seculo scripta, atque inter peculium venerabilis Bedæ, juxta quorundam opinionem, numerata. Hæc vero in manus Joannis Rushworthi Jcti tandem devenisse ait, in cujus honorem, *codicis Rushworthiani* nomen ipsis a nonnullis imponatur. Circa Pauli Orosii Historiam, cui titulus *Hormesta*, seu de miseriis mundi, quam Ælfredus Rex Saxonica lingua donavit, eum libertatem quævis pro arbitrio mutandi, distrahendi atque interpolandi sibi vindicasse, tum & navigationum aliquot Boream versus institutarum commentarios illi adjecisse, observat. Ad bibliothecas Cantabrigienses dum deflectit, & sermonis cujusdam, sub Danorum incurSIONem A. 1009 a Lupo ad Anglos habiti, mentionem facit, non inelegans adgreditur examen, quis ille Lupus fuerit. Ubi primo eum diversum statuit a Lupo Ferraricasi, utpote qui anno 861 diem suum obierit; multo magis a Lupo Trecentium Episcopo, qui A. 427 inclaruit; tum veteres Anglos nomina sua Latine crebrius reddidisse monet, ita ut, qui Saxonice *Wulff* audierit, aut inde forte nominis terminationem habuerit, *Lupum* se Latine appellaverit. Sic Æthelwulfum Bernicium, Monachum Dunelmensem, poematibus suis nomen patriæ lingua præfigere, postea vero in hæc desinere verba: *Hæc Lupus alce Pater solido de pectore clarus Carmina composuit &c.* Sic literas de Pœnitentibus, a Lupo Lundoniæ Episcopo ad Ælfricum Cantuariensem Archi-Episcopum missas, quæ adhuc supersunt, non alii vindicari posse judicat, quam Wulffstano II, qui ea

p. 70. 71.

p. 72.

p. 81.

p. 85.

p. 140.

etate sedem Londinensem tenuerit. Ex quibus colligit, Lupum illum Hornlistam eundem esse cum Wulffitano Eboracensem Archiepiscopo, qui ab A. 1002 usque ad A. 1023 Wigornensem Ecclesiam simul rexit, quandoquidem nullus alius tum temporis in Anglia vixerit Episcopus a lupo nomen mutuatus, excepto solum Athulfo Herefordensi, de quo tamen altum sit apud scriptores silentium. Præterea quoque, inter varia opuscula MSCta Lupi Episcopi, apparere Parænesin quandam Saxonice conceptam, cui Wulffitani nomen præmittatur, haud obscuro indicio, Wulffitanum & Lupum sub una persona latere. In Aula S. Trinitatis, monstrari dicit Historiam Foundationis Monasterii S. Augustini Cantuariensis, in qua describantur octo libri, quos Gregorius I Papa Augustino in Angliam advehendos dedit, adeoque primitias librorum totius Ecclesiæ Anglicanæ vulgo reputent. Ex illis vero tertium & quintum, qui Evangeliorum textus Latine exhibent, hunc Oxoniæ, illum iconibus historicis exornatum Cantabrigiæ in Collegio Corporis Christi, hodiernum extare hæriolatur. B bibliotheca D. Jacobi Westmonasteriensi, inter alios cum elogio promit *Librum Scintillarum*; seu Sententiarum, quas tum ex Sacra Scriptura, tum e Patrum scriptis, conspaverit Beda, versionesque interlineari Saxonica explicuerit. Cottonianam gazam ubi salutarit Noster, ad librum Evangelii a Luca contexti pauhukum hæret, utpote qui in calce ita finiat: *Explicit liber Evangelii secundum Lucanum*, atque insolitam hanc appellationem non majoribus Anglo-Saxonice trito adjudicat, qui Latine scribendo, nomina sua, desinentia in A, Latina etiam terminatione auxerint, e. g. pro Offa, Offanus, pro Beda, Bedanus scribentes. Postquam igitur boreales antiquitates literarias domi satis diligenter excussit, epistolas jam celeberrimi Suecorum Johannis Peringskiöld & Jonæ Nicolai Salani, ad Reverendum Hiccesium datas, una cum prolixis indicibus MSCtorum Scandicorum, quæ tum in Regio Antiquitatum Archivo Holmiæ, tum in Rudbeckiana & Salana bibliotheca custodiuntur, subsequi jubet. Ipse syllabum librorum Saxonice typis impressorum annectit. Quem tandem excipiant sex indices ad totum opus, juxta Alphabeti seriem, eo cum judicio confecti, ut nihil supra. Primus enim omnium vocum, quæ in Grammaticis Hi-

cke-

ekesianis ab incunabulis suis derivantur, conspectum sistit: Alterum monumenta literaria antea inedita, hic primum excusa enumerat: Tertius MSCta ceterosque autores, qui maximam partem hic primum citantur, continet: Quartus opera, autores, aliosque claros homines, qui passim allegantur & honorifice inducuntur, nominat: Quintus ea, quæ æneis ligneisve tabulis iacisa prodire, indigat: Sextus denique singulos autores, chartas, homilias, tractatus, resque præcipuas, quæ in Catalogo codicum Anglo-Saxonicorum tantum memorantur, Wanleji studio collecta refert. Succedunt ultimo corrigenda atque addenda nonnulla, nec minus nomina illustrium & doctorum virorum, ut & fodalitatum, quibus adminiculantibus Thesaurus hicce excudi potuit, ut intelligas, quantum præsidii melioribus literis in Anglia paratum sit.

Atque sic recensitionis officio satis defuncti videri poteramus, nisi autem nobis vellicasset pererudita & candoris plena Clarissimi Hiccesii præfatio generalis, ut ejus etiam rationem haberemus. Equidem illa primo volumini præfixa cernitur, sed quia secundas Autoris cogitationes, emendationes ac supplementa per universum opus diffundit, in hunc locum non injuria remitti debuit. Nolumus autem hac vice immorari Apologiæ, quam contra eos scribit, qui nimia ipsius studia in explicandis barbaris horridisque, & incultis sermonibus reprehendunt, nec Reverendorum atque Doctissimorum Virorum, Nicolsoni, Fountainii, Elstobi, Hopkinfi, Gibsoni, Thwaitesii, Wanleji, Bromei merita de hoc libro, quæ gratis prædicat, multis exaggerare juvabit. Quin potius ad alia progredimur, atque insipida Gallici hominis opinione, qui in præcæmio ad Menagii Origines, Anglos codicum Saxonico- rum penuria laborare, atque ad reddendas rationes linguæ suæ, Gallicæ, imprimis indigere asseruit, valere iussa, Anglo-Saxones chartas literasve sigillis pensilibus, seu cereis sigillorum impressionibus, Canoto regnante nondum munivisse, cum Autore notamus. Licet enim in codice foundationis monasterii S. Augustini Cantuariensis dicatur, quod in charta Regis Canuti aliqua sigilla cerea, sed crucis signa appareant, illum tamen codicem nullam mereri fidem, Noster autumat, tum quod multa suspecta & falsa loquatur, tum quod nullæ aliæ chartæ R. Canuti magno numero adhuc supersint, cereis sigillis sint conspicuæ. Quæ de

Saxonicarum literarum valore, de Runis Saxonis elementis intermixtis apposite disserit; Normanno-Saxonicae item dialecti specimina, seu chartae Wilhelmi Conquestoris, Henricorum I & II Regum; antiqua veterum Hunnorum XXXIV elementa; versionis Ranulphi Higdeni Polychronici, quam Joh. Trevisa A. 1377 adornavit, fragmentum; Oratio Dominica, Hymnus Angelicus, Symbolum Nicenum, Graece quidem, sed literis Latino-Francis expressa, aliaque selecta Philo-Musos non egregie delectare non poterunt. Ad vetustam monetam Anglicanam Siclum etiam referendum censet, qui vel nummus vere cufus, aut computatitius saltem fuerit, atque duobus argenteis denariis valuerit, si juxta Ecberti Dialogum de Ecclesiastica Institutione calculus expediendus. Sed aquam sibi habere fatetur, propter *Mariam Æthelwithæ* Reginae, in qua Siclus solido auri & argenti pensatur. Quibus linguarum veterum Septentrionalium ignorantia labi contigit, aggregat Johannem Harduinum, qui in Chronologia V. T. tum circa Ælfrici nomen, tum circa monumenta atque elementa Anglo-Saxonica diversimode impegerit, uti quidem errores ejus solide demonstrat. Contribules ei facit Franciscum Giambullarium, Angelum Roccam, Gulielmum Camdenum, Thomam Rymerum, Johannem Seldenum, quos ad similes scopulos allidi oportuerit. Hinc Celeberrimum Gibsonum hortatur, ut Chronicon suum Saxonicum auctius recudere festinet; homini Panchartarium Anglicum confecturo regulas suppeditat, in discretionem spuriorum diplomatum a genuinis apprime utiles, easque Ingulphi Croylandensis Historiae statim attemperat. Formulare Anglicanum Thomae Madoxii nuper editum mirifice extollit, nonnulla tamen in eo desiderat. Pluribus inde evincit Noster, quomodo Joh. Mabillonium in Rei Diplomaticae libris secum consentientem habeat; qua occasione varia scitu dignissima admisceat. Canones insuper in veterum instrumentorum examine observandos, a doctissimo illo Gallo traditos, lubens amplectitur, ita tamen ut non celet, quae in illis incerta ac lubrica sibi videantur. Sic quando Mabillonius unum aut alterum defectum, modo essentialis non sit, legitimis autographis obesse non debere arbitratur, optat Noster, ut definitionem essentialis defectus is suggerere voluisset, siquidem Episcopo-

po-

porum privilegium pro Corbiniano Monasterio, Regis Theodorici tempore emissum, ille Chulperici ætate conditum affirmat, istud tamen non essentiale vitium diplomatis habendum, sed oscitantie scriptoris non admodum periti, cui proclive fuerit errare, tribuendum censet. Porro, quando Mabillonius additiones incarnationis, indictionis, glossematum aliorumque similium, maxime in exemplis seu apographis, instrumentorum veritati non officere sentit, dolosam & fallacem hanc regulam pronunciat, eaque ratione nullum fere crimen tam grave in reum diploma intentari posse credit, quod illo patrono, illiusque artibus depelli nequeat. Licet enim defectus essentialis, propter quos instrumenta damnari mereantur, a non essentialibus distinxerit, illud tamen discrimen verbo positum re ipsa tolli, cum illo autore nullus defectus adeo capitalis esse possit, quem per notarium, librarum vel exscriptorem diplomati accidisse, dicere non liceat. Interpolationes etiam, vitiosas subscriptiones, glossemata, alia pro aliis substituta, non ex mala intentione, dolove malo, sed imprudentia, imperitia, temeritate, & non raro ex studio juvandi posteris nata, tum prudentiam, moderationem & æquitatem, qua in examinandis chartis opus sit, facillima esse subterfugia & pharmaca, ad sananda vel maxime lethalia diplomatum vitia. Huc summa redit eorum, in quibus Autori cum Mabillonio minus convenit, sed plura rei diplomaticæ inservientia scripta propediem exhibebimus, adeoque hanc ampliari materiam in præsentem superfedemus. Cæterum dum in memoriam sibi revocat Noster, Thrimsam seu tremissem monetæ Anglicæ speciem se statuisse, ejusdem valorem paulo accuratius expendit, errorem retractans, ubi dixerat, illam tertiam partem argentei solidi constituere, cum tamen de aureo solido id affirmare debuisset, qui quadraginta denariis argenteis constet, ut adeo Thrimsa valuerit tredecim cum tertia parte unius denarii, seu præsentis monetæ quatuor solidos & quatuor denarios cum tribus denarii partibus æquet. Thrimsam vero apud Anglos summam saltem computatitiam fuisse, aut si in commercio unquam & signatus nummus fuerit, tum e Gallia forte mercatorum interventu ad Anglos allatum putat. Johanni Stirnhookii libro, de Jure Sueo- rum & Gothorum vetusto, commercia encomia defert, multaque

in eo reperi ait , quæ antiquitates Anglicas egregie illustrent. Duas inſimul epiſtolas Simonis Dewefii & Franciſci Junii ineditas communicat , ut argumento ſint , quanto ardore laudatiſſimi iſti Viri literaturam Saxonicam ſua ætate promovere geſtierint. Tandem poſt recenſitos Mæcenates ſingulos , qui labores hoſce conſilio atque ope juvarunt , in quorum ordinem & tres fœminæ nobiles veniunt , nec ignorare nos ſinit , reliquos ſumptus , ad excudendum Theſaurum neceſſarios , e peculio ſuo promanaſſe ; de quibus tamen non adeo conqueritur . quam quod per labefaſctas vires , per graveſcentem ætatem , per nummorum denique defectum , auctiorem illum dare ſibi haud licuerit .

CALENDARIUM ROMANUM CHRONOLOGORUM cauſa conſtructum , ad Novilunia civilia ſine Tabulis Aſtronomiis accurate & facile ante & poſt Chriſtum natum invenienda. Auctore F. GUILLELMO BONJOUR , Tolofano , Ordinis Eremitarum S. Auguſtini.

Romæ , typis Jo. Franc. Buagni , 1701. fol.

Conſtat plagulis 21.

Conſtructum eſt hoc Calendarium juxta periodum Luni-Solarum annorum 1932 , a Cardinale Noriſo in diſſertatione de Cyclo Latinorum Paſchali , quam *Menſe Aprili A. 1692* commenda- vimus , propoſitam , quod eam eundem feriarum ac lunationum ordinem in orbem æque ducere animadverteret Clar. Autor , cum poſt annos 1932 cyclo Solis ſexagies noviesque ductus ad initium recurrat , & novilunia eodem die eademque hora contingant , præterea que ſic omnia ab iſta depelli intelligeret vitia , ut impedimentatum biſſexti , tum ſaltus Lunæ , tum menſis embolimi omnino ſuperet , atque a Lunari calculo menſem illum abundantem dierum 31 arceat , quem interdum admittit computus tam Arabum , quam Hebræorum . Primo exhibitur *Calendarium Romanum* , in quo epactarum duo cernuntur ordines . Unus literis Romanis , alter Saracenicis deſcribitur . Priores epactas Romanas , poſteriores Saracenicis vocat . Adſcriptæ ſunt literæ Dominicales , more conſueto .

facto. Subjuuguntur Canones in hoc Calendarium, ubi differitur de epactis tetraëtericis, earundem cyclo, & numeris tetraëtericis perpetuitati cycli epactarum tetraëtericarum inservientibus. Vocat Autor *epactam tetraëtericam* seu *quadriennemam*, numerum 14 dierum, quibus 4 anni Solares superant totidem Lunares: *cyclus epactarum tetraëtericarum perpetuum* revolutionem, quæ de quadriennio in quadriennium pergit, per continuam 14 dierum accessionem: *numeros tetraëtericos* eos, qui quadriennali via & ratione instituti ad epactarum, quæ his affiguntur, servandam perpetuo legem tetraëtericam. Sunt numeri tetraëterici 483, quia periodus Norisiana, cujus annis alligantur, 483 tetraëterides complectitur. Tabula numerorum tetraëtericorum in 13 areas distributa, ubi numeri 483 juxta ordinem naturalem describuntur, & competens unicuique epacta, vel Romana, vel Saracenicæ adscribitur. Subjicitur ipsa periodus annorum 1932, in suas 23 ogdoëcontatessaraëterides distributa, ab anno Domini 1 usque ad 1932, in qua singulis annis adscribitur *cyclus Solaris & numerus tetraëtericus* competens. Quod si itaque annus Domini datus in tabula ogdoëcontatessaraëteridum evolvatur, invenietur *cyclus Solis*, & numerus tetraëtericus ipsi respondens. Cum quo si adire libuerit tabulam numerorum tetraëtericorum, constabit epacta ipsi congruens, & *cyclus Solis* dabit literam Dominicalem: quæ cum epacta in calendario evoluta monstrabit diem & feriam novilunii. Sed quia periodus Norisiana stylo Juliano constructa, eandem ad Gregorianum quoque accommodat Autor, exhibens paradigma epactarum, ab anno Domini 1582 ad annum 2104, juxta methodum periodi Norisianæ, ad stylum Gregorianum directæ.

Secundo repræsentatur *Calendarium Astronomicum perpetuum*, in quo cœlestia totius anni novilunia media, stylo tam Juliano, quam Gregoriano, reperiuntur per epactas Astronomicas numeris tetraëtericis 850 affixas, quot periodus Astronomico-Juliana in annis 3400 postulat. Totum in 12 Lunationes distribuitur. In qualibet Lunatione describuntur minuta Epactalia & ipsis respondentia minuta horæ currentis; horæ epactales & ipsis convenientes horæ diei currentis; dies epactales & ipsis competentēs dies mensis labentis, a meridie ineuntes. Subjicitur

tabula numerorum tetraëtericorum cum epactis Astronomicis, in qua numeris tetraëtericis 850 serie naturali descriptis, dies, horæ & minuta epactalia assignantur, nec non periodus Romana annorum 3400 stylo Juliano, in quo singulis annis Domini ab 1 usque ad 3400 numeri tetraëterici adscribuntur. Quodsi adeo annus Domini datus in eadem evolvatur, invenietur numerus tetraëtericus ipsi conveniens: cum quo si adire libuerit tabulam numerorum tetraëtericorum, constabit epacta Astronomica in diebus, horis & minutis. Quare si consulas in Calendario Astronomico Lunationem dato mense convenientem, dies, horæ & minuta epactalia monstrabunt diem mensis labentis, horam ejusdem diei, & horæ currentis minuta, juxta stylum Julianum, facile ad Gregorianum reducendum.

JOANNIS CHRISTOPHORI BATTELLI DIS-
sertatio de Sarcophago Marmoreo Probi Anicii, & Proba
Faltonia, in Templo Vaticano.

Romæ, typis Cajetani de Zenobis, 1705, 8.

Consistat plag. 12. cum fig. æneis.

Magna semper, præ ceteris urbis Romæ templis, extitit Vaticanæ Basilicæ dignitas & veneratio, tum ob multa alia egregia omniæ ævo memoranda, quibus se effert, decora, tum etiam in primis ob insignem illam multitudinem atque præstantiam sanctorum corporum, quæ ab ipso ædificationis ipsius exordio, in ea condita fuerunt. Præter enim augustissima principum Apostolorum, Petri, Pauli, Andreæ, Simonis, Judæ, & Apostolicorum Actuum Scriptoris & Evangelistæ Lucæ deposita, duorum quoque insignium Græcæ Ecclesiæ Doctorum, Joannis Chrysostomi ac Gregorii Nazianzeni, & squamplurium illustrium Confessorum sacra pignora ibi asservari, Auctor noster ait. Quibus innumerabilis plæne congeries S. S. Martyrum accedat, ita ut, cum Julio II Pontifice, novæ magnificentissimæ molis fundamenta jacerentur, totum veteris Basilicæ pavementum, teste Alpharano, rerum ejusdem Vaticanani templi sedulo perscrutatore ac scriptore, in opusculo, quod manuscriptum in illius Archivo asservatur, undequaq; refertum sub-

p. 2. 4.

p. 5.

p. 6.

stra-

stratumque Sanctorum corporibus inventum fuerit. Id quod etiam Aringhus sua aetate, anno nimirum superioris seculi septimo, evenisse, in Romae Subterraneae libro secundo testatur. Qua occasione hoc simul memoratu dignum refert, tum temporis in tumultu quodam, cunctis obstupescens, ossa recenti conspersa sanguine, post longa revoluta secula, visa fuisse, & in altero sepulchro, adolescentuli cujusdam corpus repertum esse, super quo nigri coloris velum appositum fuerit, coagulatum adhuc exsiccatumque in superficie cruorem exhibens. Inter Romanas autem familias, quae sua olim in Varicano monumenta condiderint, Aniciani in primis, Paulinos, Bassos, Olybrios & Probos, magna quondam in Urbe nomina, veluti sua germina completentem, fuisse Auctor ait, cujus familiae splendorem, potentiam & pietatem miris laudibus, tum Ethnicos, tum Ecclesiasticos scriptores celebrasse, multis testimoniis probat. In iis igitur monumentis praecipue eminare nobile quoddam aedificium, instar templi magnifice constructum, post veteris Basilicae apsidem, quod in honorem Probi Anicii, Praefecti Praetorio, Proba Faltonia ejus uxor erexerat, in quo non solum maritum suum tumulandum curaverat, sed & ipsa eodem tumultu confocari voluerat. Isto autem aedificio a Nicolao V Pontifice, ad constructionem novae Basilicae inchoandam, disiecto, dum illius fundamenta altius effoderentur, ingens ibidem Sarcophagus, Pario quidem e marmore, opere autem composito elaboratus, facrisque imaginibus eleganter sculptus, inventus est, cujus anteriorem faciem delineandam primus omnium curavit Baronius, eamque tomo 4 Annal. prope finem exhibuit. Postea vero ejus tum anteriorem faciem, tum posteriorem & laterales etiam partes, exactius delineatas ac incisas, Bosius & Aringhus in Roma Subterranea vulgavere, quas non solum iisdem formis Clarissimus Auctor iterum excudi fecit, verum etiam accuratam imaginum explicationem in hoc libello lectorum oculis sistere voluit. Cum itaque in anteriori hujus sarcophagi facie, quinque loculamentis & senis columnis in spiram striatis constante, medio in loculamento eminentiori, sculpta cernatur ipsa veneranda Salvatoris insistentis monti, e quo quatuor fontes erumpunt, imberbis effigies, ita ut altera manu crucem gemmatam, altera volumen complicatum teneat;

p. 8.

p. 9.

p. 14.

p. 15. seqq.
p. 20.

p. 30.

p. 33.

- p. 39. Auctor Salvatorem ea specie ideo representari existimat, ut per ipsam natura tum humana, in facie scilicet humana & crucis signo, cui affixus Redemptor noster mortem subit, exprimitur, tum etiam divina, in juvenili & plane imberbi Salvatoris effigie adumbretur; hoc ipso enim significari, apud Deum, cui sua sola coexistit aeternitas, nihil antiquum esse, nihilque omnino praeteritum, sed cuncta immensae illius aeternitati praesentia, & absque ullo profus discrimine temporum, nova omnia jugiter computari. Crucem gemmis ornatam, venerationem istam indicare statuit, quam veteres Christiani, a tempore Constantini M. post partam hujus beneficio
- p. 40. seq. insignem victoriam, ipsi nunquam non exhibuerint. Volmen., quod Christus stans supra montem laeva manu praefert, novae legis promulgationem, ab eodem in monte factam, cum Durando & Ciampino sibi persuadet, quam sententiam Augustini quoque
- p. 45. p. 54. seq. auctoritate confirmare satagit. Quatuor autem fluminibus e monte scatarientibus, illa Paradisi celeberrima flumina designari opinatur, iisque quatuor Evangelia, per universum mundum diffusa, mystice praenotari; ad quod firmandum, Eucherium, Cyprianum, Theodoretum aliosque idem sentientes allegat. Ad Salvatoris dextram S. Pauli, ad sinistram vero S. Petri simulacra conspiciuntur. Rursus ad dextram Pauli quatuor Apostoli, totidemque alii ad sinistram Petri, bini per singula loculamenta dispositi sunt. Salvator, ut & Apostoli, tunica & pallio amicti adparent, & sandaliis calcati. Plerique etiam Apostoli volumina in manibus praeseferunt. Ubi, quod ad postremum attinet, volumina ista acceptam a Christo facultatem docendi & praedicandi Evangelium designare ait, ea autem non incongrue manibus retineri, cum ab
- p. 47. seq. eodem Salvatore moniti fuerint facere & docere. Christi autem & Apostolorum imagines tunicatas & palliatis adparere, propterea quod notum sit, Christum & Apostolos, quin etiam omnes veteres Christianos, qui verae sapientiae sectatores se profitebantur, pallio, quod olim propria vestis Philosophorum erat, tanquam convenienti suae professioni habitu, uti consuevisse. Id quod Tertullianum in libro de pallio toties explicare asserit. In primis autem, inter hujus sarcophagi imagines, Auctori notatu digna videtur inversa Apostolorum Petri & Pauli collocatio, cum hic
- p. 58. ad

ad dextram, ille vero ad sinistram constitutus appareat. Circa hanc quæstionem, quam multorum torfisse ingenia fatetur, varias variorum adfert sententias. Ac primo quidem fuisse ait, qui Petrum in sinistra ideo collocari existimaverint, quia pars læva apud veteres, cum Romanos, tum Græcos, quam etiam apud Hebræos, dignior dextra in sacris habita fuerit, & hanc opinionem Chassanazum, Goropium Becanum, Baronium, Macrum, & qui primo loco nominari debuisset, Antonium Nebriffensem, multis argumentis & exemplis evincere allaborasse. Hanc vero sententiam ab Allatio, Macedone, Rocaberto, & Mucantio in inedito opusculo de imaginibus SS. Petri & Pauli, docte, solide & copiosissime confutatam esse. Hinc alios asserere non dubitasse, Paulum Petro honoris gratia olim fuisse prælatum, cujus rei sex potissimum rationes adducunt, sed quas hic loci recensere, instituti ratio non fert. Proinde Auctor noster tandem observat, hanc consuetudinem ponendi effigiem Pauli ad dextram Petri, in Ecclesia non fuisse perpetuam & constantem, sed subinde variasse, ut hoc modo æqualitas inter utrumque Apostolum significetur. Atque hæc, occasione partis prioris hujus sarcophagi, Clarissimus Battellus disseruerat. Jam ad explicationem posterioris quoque partis progreditur. In ea imago Probæ Faltoniæ, ad dextram mariti sui collocata conspicitur. Id enim Romanos jam a Romuli temporibus, post pugnam Sabinarum mulierum felici interventu diremptam, honori & in scæmineum sexum reverentiæ tribuisse, cum Allatio existimat. Quod autem Probus tunica pallioque, illi Apostolorum similibus, indutus conspiciatur, hoc ipsum argumentum esse susceptæ ab eo Christianæ religionis, cujus sectatores, & eos præcipue, qui perfectioris vitæ studium amplectebantur, istis temporibus pallium usurpare solitos esse, jam supra ex Tertulliano annotaverat. Columbarum denique vel turturam figuris, quæ in ora superiori sarcophagi quæqua versum sculptæ sunt, designari Auctor credit eximiam Probæ erga maritum benevolentiam, ac insuper incomparabilem, ejus pudicitiam & continentissimam viduitatem. Postquam igitur Battellus imagines hujus sarcophagi excusserat, Probi Anicii ejusque itidem uxoris vitam, genealogiam, mores & res gestas accurato studio exponit, sanctorumque Patrum aliorumque auctorum

p. 59.

p. 61.

p. 62. sqq.

p. 72.

p. 79.

p. 82.

p. 84.

p. 87. sqq.

p. 95.
p. 137.
p. 140.
p. 150.

de ipsis elogia, ut & veteres Inscriptiones in illorum honorem, consignatas, in medium adfert; qua occasione iniquam Ammiani Marcellini de Probi moribus criminationem diluit, & fabulam, cujus Procopium præcipuum auctorem esse ait, de prodicione Urbis Alarico Gothorum Regi a Proba perpetrata, accurate explicat, solideque refellit. Quo facto illorum quoque opinionem examinat, qui Probam Falconiam Musarum alumnam extitisse credunt, & ab ea, præter alia quam plura, concinnatum esse ex Virgilianis carminibus Centonem illum de novo ac veteri Testamento, qui in Bibliotheca Patrum editus habetur. Verum Baronium cum Bosio & Aringho, qui eum secuti sunt, hæc ex parte falli, Battellus non dubitat, propterea quod nemo veterum illius ævi scriptorum, nec Patres Probæ cœvi, ut Hieronymus, Augustinus & Chrysostomus, unquam hoc opusculum ipsi assignaverint, nec etiã Claudianus, licet in reliquis Probæ laudes effusus, pangendorum carminum gloriam illi unquam tribuerit; adeoque post varias virorum doctissimorum prolatas sententias, Battello omnium maxime probabile videtur, Probam Falconiam, uxorem Adelphi Romani Proconsulis, quem Reinesius, superaddito Clodii prænomine, Consulens facit anno Christi 451, hujus carminis auctorem fuisse; pro qua sententia nubem testium adducit, & sic, post pauca adhuc de obitu Probæ Falconiz annotata, finem doctissimæ huic dissertationi imponit.

HISTOIRE DE LA VIE DE SOLIMAN SECOND,
Empereur des Turcs, sive Historia vita Solimanni II Imperatoris
Turcici, Auctore CAROLO ANCILLONIO, Augustissimo
Prussorum Regi a Consiliis Legationum, & Gallorum,
qui in ditionibus Brandeburgicis sedes fixerunt,
Judice Superiore.

Roterodami, apud Reinerium Leers, 1706. 8.

Constat 1 Alph. 6. plag.

Solimanni II Imperatoris Turcici nomen adeo clarum semper existit, ut a nemine, qui rerum seculo XVI gestarum notitia leviter imbutus est, facile ignoretur. Vivebant enim illo tempore tres Principes, Carolus nimirum V Romanorum Imperator & Hi-

Hispaniarum Rex, Franciscus I Galliarum Rex, ac Solimannus ille II Turcarum Tyrannus, quorum unusquisque terrarum imperium affectabat, atque id etiam capessere dignus habebatur, nisi Deo aliter ordinante, alter alterum intra limites continuisset. Ex illorum numero Solimannus nunc ab Ancillonio in conspectum producitur, cujus vitam, ex multis Auctorum variorum relationibus collectam, Gallico idiomate concinnavit, & ad promerendam civium suorum gratiam, in lucem publicam emisit. Multa ibi memoratu digna occurrunt, nec sine quadam animi oblectatione legi possunt, quæ de illius auspiciis, menseque Augusto ipsi ut plurimum fausto, de iteratis ejusdem adversus Hungaros, Rhodienfes, Persas atque Armenios expeditionibus, de perpetua inter Solimannum ac Carolum, (qui duo Principes eodem fere anno ac mense imperiorum suorum fasces acceperunt,) æmulatione, de fœdere Gallorum cum Turcis icto, de funestis Solimanni cum Roxolana serva nuptiis, ac subsequenribus inter filios odiis atque bellis internecinis, memoriz prodidit. Hungaros certe gravissimis cladibus sæpenumero adflixit Solimannus, quorum non modo Regem adolescentem Ludovicum memorabili prælio ad Mohacium debellavit, atque in ejus dein locum Joannem Zapolium Comitem Scepusianum substituit, sed nobilissimam quoque regni portionem Imperio Turcico adjecit; rebus ejus ita prospere perpetim & ex voto fluentibus, ut ad ipsa tandem Viennæ Austriacæ moenia anno 1529 pergere, & post istius regiz urbis expugnationem, quam dudum animo, licet frustra, conceperat, Germanis ipsis exitium minitari non dubitaret. Et parum sane abfuit, quin spe sua potirentur tunc temporis barbari, quod Christiani Principes mutuis sese bellicivem debilitarent, ad quorum odia & conatus Turcæ haud negligenter oculos intendebant, Solimanno id unum ac primum feliciter edocto, ut dissidia vicinorum in usus suos converteret, & quæ Ottomanorum rebus proficua videbantur, collectis undique viribus promptissime exsequeretur.

Post bella Solimanni recensita, ad familiæ augustæ descriptionem progreditur Clarissimus Ancillonius, cujus tragica diligenter collegit, additis insuper Satraparum ac Purpuratorum in aula Turcica casibus, & admixtis nonnunquam, modo Imperatoris ipsius, (qui

(qui Princeps sapiens alias ac callidus erat, & Julii Cæsaris commentarios in linguam Turcicam translatos, veluti perpetuos itinerum bellorumque comites, secum portabat,) modo aliorum quoque falsissimis sapientissimisque dictis: ex quibus ob brevitatis studium, quod nobis proprium est, unicum saltem excerpere placuit. Revertebatur aliquando Solimannus a Belgrado capto Constantinopolin, in quo itinere mulierem (vid. pag. 265. 266.) quæ passis crinibus ad pedes ejus provolvi, & aditum per satellites regios sibi facere conabatur, admitti jussit. Illam de ædibus suis novissima nocte a Turcico milite expulatis, liberisque adeo duodecim ad incitas plane redactis conquerentem, ac Domini prætereuntis gratiam implorantem, clementissime non solum audivit, verum & in hunc fere modum respondit: *illi fortassis hanc calamitatem eo momento accidisse, quo somno profundissimo cum domesticis sepulta jacuerit; ad quas voces foemina reposuit: verissime hac a Te dicta sunt, Augustissime Imperator, dormivi omnino in utramque aurem, sed non alia de causa, quam quod Te ipsum pro me vigilare cogitarem, quum ea Imperantium omnium prima esse cura debeat, ut pro conservatione subditorum vigilias agant.* Quam insignem animi in muliere præsentiam sic admiratus fuit Imperator, ut omnia illi a militibus abrepta restituere, & viginti insuper aureos, præmii nomine, ex fisco suo numerare mandaret.

Hæc & plura ejus generis alia congestit in vita Solimanni Ancillonius noster, quam tamen veluti specimen tantum majoris cujusdam operis, quod præ manibus habet, cum orbe litterato communicavit. Constare istud debet ex Gallica versione omnium elogiorum, quæ in Thuani voluminibus historicis leguntur, & a Gerardo van Stœcken in *Thuano Enuclæato* Latine jam olim edita fuerunt. Ut ergo mentem suam uberius lectori declaret, prolixam hercle præfationem, quæ dimidiam opusculi a nobis incompendium missi partem ferme constituit, hac vice præfigendam, operæ pretium esse duxit. In qua, postquam partim de utilitate ex lectionibus capienda, partim de styli præstantia in Thuani scriptione obvia disseruisset, fusius propositi sui rationes exponit. Non enim sola se Thuani elogia Gallice interpretaturum scribit, sed

sed id præcipue acturum pollicetur, ut, quæ vel in iis perperam dicta ex animadversionibus aliorum didicerit, ea fideliter corrigat, vel illa, quæ Thuano incognita manserint, curate suppleat, atque adeo Thuani vestigiis potissimum inhærendo, virorum ab Augusto hoc Gallorum scriptore laudatorum vitas, nova quasi veste donatas, multoque pleniore commentatione illustratas, orbi sistat. Subjuxit porro ad calcem libelli indicem alphabeticum personarum illustrium, quarum elogium in Thuani voluminibus extant, & a se aliquando prolixius deducta expectari jubet; in præfatione autem illorum quoque mentionem perhonorificam fecit, quorum libraria suppellectile ad perpoliendas cogitationes suas hactenus usus est: quas ut alii viri cordati adjuvare, & commentarios de hoc vel illo Principe seu Literatore, cujus Thuanus meminerit, passim conquisitos, cum Auctore nostro peramanter & benevole communicare velint, obnixè rogavit. Cujus quidem voti sui ubi compos fuerit factus, tum vero apparebit, num excellentius, quod molitur, futurum opus sit, quam quod simili plane instituto Vir Clarissimus *Antonius Teisserius*, & hic Exul Gallus Potentissimique Prussiarum Regis Consiliarius atque Historiographus, ante plures annos composuit, publicique juris fecit, numque Ancillonius noster Teisserii diligentiam, in eodem argumento adhibitam, quæ incomparabilis potuit videri, sit superaturus. Cujus Teisseriani operis cum nullam Ancillonius, quod quidem miramur, in Præfatione mentionem fecerit, a Lectore benevolo Acta hæc Eruditorum nostra A. 1697 pag. 90, & A. 1704 p. 461, & qui vastam ejus Historiarum Literarum notitiam plenius cognoscere avert, Tom. II Supplement. p. 5, & A. 1705 p. 335 evolvi cupimus.

PETRI FRANCII POSTHUMA, QUIBUS ACCEDUNT illustrium Eruditorum ad eundem Epistola.

Amstelædami, ex officina Wetsteniana, 1706. 8.

Constant Alph. 1. pl. 7.

Complentuntur hæc celeberrimi Viri Posthuma, cum Orationes tres, doctas profecto atque elegantes, nunquam tamen publice recitatas, pro Eloquentia, pro Poëtica, deque usu Eloquentiæ

tiz in sacris; tum varii generis Poëmata, octennio hoc integro, post recentissimam Poëmatum editionem elaborata; quibus accessere Epistolæ quædam summorum in Republica Literaria virorum, Ferdinandi Fürstenbergii Paderbornensis & Monasteriensis Episcopi, Ez. Spanhemii, Gisb. Cuperi, Constantini Hugenii, Joh. Georg. Grævii, Joh. Friderici & Jacobi Gronoviorum, Nic. Heinsii, P. D. Huetii, Petri Petiti, Renati Rapini, Theodori Rykii, Jac. Perizonii, Rulandi Kinschotii aliorumque, laudes Francii eximias, & imprimis felicitatem carminis, miris modis extollentium. Sed de his antequam plura dicamus, de vita ejus pauca prælibabimus, quam in præfatione recenset Henricus Wetstenius. Natus scilicet fuit Francius Amstelædami anno 1645, die 19 Augusti, quo ipso die ibidem anno 1704 denatus est. Præceptorem habuit Hadrianum Junium; scholæ patriæ Rectorem, qui ut erat ingeniorum judex acerrimus, suavitati illi, ut Ovidium sibi principem, quem imitaretur, haberet auctorem. Hinc Leidæ Jo. Friderico Gronovio diligenter adhæsit, & cum filio ejus Jacobo singularem contraxit familiaritatem. Lustrata deinde Anglia, Gallia atque Italia, & assumpto Andegavi utriusque Juris Doctoris axiomatico, cum in patriam rediisset, anno 1674 Eloquentiæ & Historiarum, & 1686 Græcæ etiam linguæ Professionem obtinuit, in Leidensæm Academiam frustra quidem A. 1692 evocatus. Nota sunt ejus scripta, Orationes, Poëmata, Eloquentiæ exterioris specimina duo, Gregorii Nazianzeni Homilia de amore paupertatis in linguam Belgicam magno nitore translata, notisque illustrata, & hæc ipsa Posthuma, quæ e manibus prius dimittere, haud possumus, quam aliqua notatu digniora pro more nostro excerpserimus.

p. 67.

In *Oras. I* duos ante alios commendat disertissimos sui ævi oratores, Adrianum Junium illum, & tragœdum quendam Amstelodamensem ipsi Roscio parem aut superiorem, quem Adamum Caroli appellatum fuisse, e præfatione discimus. Illum, artem cum natura felicissime conjunxisse, forma fuisse virilem, in modum decora, statura corporis eminente, plena dignitatis ac gratiæ, vocem denique testatur habuisse suavem, masculam, fortem, inflexam leviter ac modulatam, & mirum in modum canoram.

nam. Huac hominem quidem vocat plebejum, & aliarum omnium rerum, præter Poësin & Eloquentiam, rudem & imperitum, verum tam admirabilem addit, tum in dicendo, tum in agendo, fuisse, ut vix fingi eo quicquam posset perfectius. Nimirum, ut eleganter Noster, *rerum ac verborum naturam observaverat; ad hanc se normam formaverat, & longa exercitatione, longæ usu, hoc divinum atque incredibili dicendi sibi genui paraverat. Surgebat juvenis summo mane, & superiorum domus partem ascendens declamabat per aliquot horas, ad sudorem usque. Ita corpus molle ac leve, & ad omnes motus idoneum reddidit; ita vocem, ita gestus composuit, ita se formavit ac finxit, ut deinde, quicquid vellet, exprimeret, & in omnes sese formas converteret. Vocem aure diducabat, quam habebat acerrimam: gestus ad speculum conformabat, Demosthenico more, & per exercitationem istam continuam, tantus in hac eloquentia genere factus est artifex, ut dubitarem, merito, an quisquam Athenis aut Romæ auditus sit unquam præstantior, &c.* Plura transcribere juvaret, si institutum id nostrum pateretur. In *Orat. II* memorat, Hugonem Grotium Belgicis versibus Christianæ religionis veritatem asserere cœpisse, ut haberent imprimis nautæ, quo in longis sese navigationibus suis, non tam oblectarent, quam instruerent. Hinc pluribus probat, S. Scripturam, aut totam, aut propemodum totam, esse poëticam; tandemque observat, nihil æque Danieli Heinsio ad conciliandam, cum viginti tantum annos natus esset, Professoris in Leidensi Academia dignitatem, Scaligerique & Jani Doufæ amicitiam, quam Poësin profuisse. In *Orat. III*, ubi eloquentiæ studium commendare Theologis imprimis nititur, Joannem Chryostomum scribit Demosthenis orationes manu sua plus semel descripsisse; Basilium, Gregorium aliosque Libanium in arte Rhetorica præceptorem habuisse, egisseque causas forenses, Tertullianum ac Cyprianum, quin & Arnobium, Lactantium ipsūque Augustinum, Oratoriam professos. Inter recentiores Ecclesiæ oratores Jo. Dallæum, Ciceronem Gallicum vulgo dictum, Drelincurtium, Mestrezatum, Claudium, Alexandrum Morum nominat; totus vero in Petri Duboscii laudibus est. *Erat in eo viro, inquit, præter formam ac dignitatem, statura corporis ma-*

88. 19. 68.

59.

131.

141.

151.

174.

176.

177.

181. *jer.* & habebat hoc cum Beza communis, quod Regium quiddam
 refertur. Vox erat, non stercorea quidem, sed fortis tamen, &
 mascula, ac grato quodam modo canora. Manus suam habebat
 gravitatem, ut & reliquis corporis motus. Loquebatur autem
 non cito aut rapim, quo virio Galli laborant, sed lente, ac
 pedestentim, & ut de Tullio dictum, gradatim. Hinc omnia
 apud eum seria, gravia, viro gravi, viro Ecclesiastico digna;
 & alia denique, ut non alia in Oratore sacro desiderasset. Nihil
 218. *sarsi*, nihil vulvosi, nihil abjecti, nihil indecori, in voce, in vul-
 tu, in gestu, in omni corporis habitu conspiciebatur. &c. Lau-
 dat deinde, qui ad sacram verbi Divini præcones eloquentiam ex-
 citaverint, Michaellem Falconerium in aureo libello de Actione
 Oratoria, Ludovicum Wolzogium in Oratore sacro, Davidem
 Knibbium, Renatum Rapinum, aliosque; & de Wolzugio, quo
 magis promptum & extemporaneum nominem viderit, observat,
 eum facilitatem illam dicendi eo paravisse, quod per sex annos
 continuos, conciones suas omnes scripserit; quanquam ipse quidem
 scriptionem perpetuam magis probat.

De *Carminibus*, tamen priorum non ignobile sunt su-
 gmentum, & Elegiarum librum quintum, Odarum librum tertium, nec
 non tertium Sylvarum, tertiumque Epigrammatum constituunt,
 nihil attinet dicere, cum vel solum Francii nomen, ad universa
 studiose perlegenda omnes sit stimulum.

Ex *Epistolis* vero pauca quædam juvat decerpere, specimi-
 nis saltim quascunque loco. Johannis Georgii Grævii, quæ ad
 amicissimum Francium scriptæ sunt, numero reliquas, forte &
 nitore superant, certe genuinam Grævii indolem, utque fuerit
 literarum bonarum amantissimus, amicorum omniumque, qui iis
 operantur, cultor candidissimus, a contentionibus toto animo alie-
 nissimus, abunde probant. Ut facile credamus, minime fictum
 fuisse dolorem, quem Epistola 93 & sq. accepisse se testatur, ex
 inimicitia, quæ inter Francium & Perizonium, communes amicos,
 tum exarserat, nec curam levem, quam refarciendæ inter viros
 celeberrimos, & hos amicos inter se veteres, quod passim vel ex
 hoc epistolarum fasciculo intelligitur, amicitia impendit. Præter
 ologia tum Francii imprimis, ut supra jam inuimus, tum aliorum
 docto-

doctorem virorum, quæ utramque in his Epistolis paginam faciunt, multa insperguntur ad Historiam Literariam pertinentia. Ita Ep. 58 Ryckii Tacitum, qui A. 1686 prodierat, mirifice sibi placere, Grævius ait. Multa Ryckium in Historia Romana illustrare, multa in tanto Scriptore, post Lipsii aliorumque virorum magnorum curas, emendare & rectius explicare. De Corbulonis fossa egrégiam & veram, si quid videat, esse ejus observationem. Ryckius tamen ipse, a Francio, ut apparet, & Broekhusio ea de se admonitus, ultro fatetur *Epistola 59*, characteres, quibus descriptus liber, nimis exiguos, nec aciei cujusvis oculorum accommodatos, promittitque daturum se operam, ne quid in secunda editione, sed quam humanissimi Viri mors prævertit, hac in parte a se desideretur. *Epist. 64* Jac. Perizonius de lite, inter Schepperum & Guilielmum Siccamam exorta narrat. Nempe Schepperus carminibus suis subinde aspergere Deorum Dearumque veterum mentionem consueverat. Illud tanquam grande nefas, remque impiam & Christianismo indignam, edita *Animadversione*, quam vocabat, *Orthodoxa* inculcavit Siccama. Unde Schepperus, ut accusationem depelleret, *Apollinem Quernulum* illi reposuit: cui tamen denuo respondit Siccama, sed Perizonio iudice, neutiquam Musis & Apolline dextro. Magnifice, sed vere, de Viri Illustrissimi, Ezechielis Spanhemii, in Callimachum Commentario tum vulgato, Grævius censet Ep. 100: *videat*, inquit, *in Commentario Spanhemiano multa doctrina referto, pulcherrimas observationes, quibus & Græca pœsis & historia fabularis illustratur, & abstrusior plurimarum vocum vis, ritusque non satis cogniti eruuntur & explicantur, ut non puerum, tam eruditum Commentarium in ullum Græcum Poetam a rematis litteris prodisse.* Anthologiam Græcam cum versione Hugonis Grotii, si inveniri posset, & notis Petri Dan. Huetii jam prælo paratis, forte & Grævii aliorumque, edere in animo habuisse Francium, Epistolis 69, 104, 105, 106 docemur: sed illud institutum cum mors Viri optimi interruperit, campus, quem Viri alii negotio huic pares ingrediantur, apertus est. Causas cur Abrincensi Episcopatu se abdicarit jam anno 1700 celeberrimus Huetius, quæ fuere aëris illius inclementia valetudinisque ipsius ratio, aperit ipse Francio Ep. 110, & 111, etsi ex eo tempore molestissimis se

litibus & negotiis exercitum fuisse conqueratur. Qua occasione notamus, Illustrissimum hunc Huetium, uti cum Francio, ita & cum pluribus aliis a religione Romano Catholica alienis, amicitiam & commercium literarium magna humanitate coluisse, nec ideo tamen nunquam zelum pro Romanis sacris, etsi modestissime, prodidisse. Operæ pretium fuerit, verba huc transcribere certe notabilia, quibus Francio, cum ab eo Orationem in funere Stephani Morini, Reformatæ religionis Viri, a se habitam, cum quo pene a pueritia amicitiam inierat, sancteque coluerat Huetius, quamque in ea Francius prædicaverat, accepisset, Ep. 100 inter alia respondit: *Quod attinet ad eam, quam & in oratione tua, & in vita præ te fers, de Religione sententiam, etsi eam probare non possum, candorem tamen tuum non possum non probare. Aliter enim sentire, aliter loqui, id vero esset claudicare in duas partes, quod in populo Israelitico reprehendebat Isaias Propheeta. Minime igitur id requiro ex te, ut sensus tuos subdolis ac fallacibus verbis dissimules, sed ut rectis studiis & supplicibus erga Deum, optimum parentem, votis, ad sincera veritatis notitiam pervenire contendas.* Quemadmodum & Epistola sequente, de iis Protestantium acerbe conqueritur, qui *magnam aliquod opera sua pretium tulisse se putent, cum vel profciderunt Catholica Fidei defensores, vel aliquem certe sacri nostri (Episcopalis) ordinis virum.* Sed hæc speciminis loco suffecerint: etsi epistolas quasdam, e. g. Ferdinandi Episcopi ac Principis Paderbornensis & Monasteriensis, quæ 27 est, & ob styli excellentiam in Principe admiranda est, nec non Rulandi Kinschotii, quæ est 87, ob elegantissimum de Viri Nobilissimi, Jo. Frid. Crameri, Vindicis nominis Germanici contra Gallos, iudicium, aliasque plures hic integras legi, foret operæ pretium.

PETRI DE TOULLIEU, JURISCONSULTI LIN-
gensis, Dissertationum Juridicarum

Trias.

Trajecti ad Rhenum, ex officina Guil. van de Water 1706. in 8
Constat 16. plag.



Pri-

Prima ex tribus Dissertationibus, quas Clarissimus Antecessor Lingenſis hoc opusculo exhibet, ad Legem difficillimam *Cum Societas 69 ff. pro Socio* conscripta est, cujus in genuinam lectionem verumque sensum Cujacius, Salsarius, Grotius, Huberus, Lynckerus aliique Jurisconsulti, dudum solícite inquisiverunt. Recte autem observat, duabus potissimum circa hunc textum Interpretes difficultatibus urgeri, quarum una ex verbis Legis, *Nundinas id est epulas*, oritur, altera ad actionem venditi pertinet, quam in hac facti specie locum habere, Ulpianus tradit. Prius ergo dubium dum tollere cupit, nec cum Holoandro *nundinarias epulas*; nec cum Grotio *IIIIduanas epulas*, i. e. quatruiduanas; multo minus cum Fornerio & Salsario *empolas* pro *epulas* legi debere monet, cum nimis violentæ sint hæc Legis correctiones, ipsaque Florentini codicis lectio satis defendi queat, si quis *nundinas* pro *nundinariis epulis* accipiat, sicuti nuptias pro *epulis nuptialibus*, sponsalia pro convivio sponsalicio usurpari, Ciceronis (l. 2. ep. 6) aliorumque auctoritate evincit. Quod ad alterum controversiæ hujus caput, sive ad actionem venditi attinet, eam nec venditori epularum, ut Wissenbachio visum fuerat, nec venditori mercium, ceu Cujacius, Freherus, Boeckelmannus aliique existimarunt, sed ipsis sociis tribuit; idque recte Antonium Fabrum, Alteserram & Fornerium observasse, lubenter agnoscit, eorum tamen interpretationes singulas rejicit. Subjicit deinde suam de hac Lege sententiam, quam reliquis ideo præferendam censet, quia nec receptæ lectioni quicquam detrahat, nec verbis textus quicquam addat, nihilque in eo relinquat otiosi, ac utramque & pro socio & venditi actionem, ab ea, quam Ulpianus expressit, conditione suspendat. Ita vero existimat Vir Clarissimus, duos pluresve forte societatem ad emendum iniisse, mercesque quasdam communibus sumtibus comparasse. Ex his unum postea reliquis conditionem obtulisse, ut communi nomine emtas res sibi soli relinquerent; id si impetraret, se & pretium earum & epulas reliquis præstiturum. Ubi ergo placuisset sociis conditio, hic vero promissis non satisfecisset, & pro socio adversus eum ad merces communicandas, & ex vendito ad pretium pro epulis solutum recuperandum, agi potuisse. Atque hanc interpretationem ab objectionibus, quæ

quæ forte moveri possint, prolixè vindicat. Denique suppetiarum, huic Legi ab Illustrissimo Lynckero quondam latarum, modestam *νεῖσις* subjicit, ejusque explicationem præsupponere partum societati in continenti adjectum, ac verba Legis, *eos a negotio dimitteret*, non rectè explicari existimat, ab eodemque Pandectarum Florentinarum virginitatem frustra asseri, occasione *l. 15. ff. de Domat. & l. 9. C. de Bon. proscript.* ostendere, ac Celeberrimum Voetium a suspitione *ἀβλαψίας*, quam ei Illustrissimus Lyncker objecerat, vindicare voluit. Altera Dissertatio ad Legem Africani *Frater a fratre, 38. ff. de Condiç. indebiti* pertinet, adeo obscuram, ut inter damnatas leges vulgo referatur. Quam uti Cujacius alique, retenta lectione Florentina, frustra explicare tentarunt, ita Hotomannus emendandam, vulgaresque interpretationes rejiciendas esse censuit. Sed Clarissimus Tollieu & lectionem, & expositionem communem, contra Hotomannum defendit. Existimat ergo, hanc Legem non de quacunque, sed de peculiari tantum obligatione agere, quam cum obligatione simplici ab Hotomanno confundi statuit; nec ei concedendum esse, necessario fratrem creditorem peculium habuisse, saltem ex lege hac certo id asseri non posse. Peculium autem omni & Naturali & Civili jure, non ad filium sed patrem pertinere, licet Hotomannus, quem jus & statum naturalem confundere ceaset, aliud sibi persuaserit. His præsuppositis, Legem integram *κατὰ πόδα* prolixè explicat, ac postquam suam exposuit de ea sententiam, Struvii & Bachovii interpretationes refutat. Ultima Dissertatio de Jure luendi & repetendi pignoris, ac de rebus meræ facultatis, de jure adeundi hæreditatem, redimendi, & similibus agit, ac observationum elegantissimarum plenissima est, ex quibus aliquas subjicere, operæ pretium esse putamus. In §. 1. ergo tutores immobilium possessores a satisfactione haud liberari, contra Excellentissimum Pagenstecherum defendit. In §. 5. & 64. Jus pignoris luendi, i. e. debiti solvendi, meræ facultatis esse statuit, actioni autem pignoratitiz præscribi posse ex tempore pignoris traditi, debitori tamen rei vindicationem, præscripta licet personali actione, superesse censet. §. 70. *sqq.* Res meræ facultatis esse facultates ait jure Naturali vel communi Civitatis ad

199.

Fig. 2.



res, pertinentes, circa usum & dispositionem rerum nostrarum, quoad in earum sumus possessione, ac Grotii, Gronovii, Huberi, Vinnii, Struvii aliorumque de iis definitiones rejicit §. 7 seqq. Jus altius aedificandi, ad res meræ facultatis pertinere autumat, & dissentienti Vinnio respondet §. 29. Jus autem a communione recedendi, minus recte ad Hubero eo referri putat. Jus adeundi hæreditatem nullo tempore expirare, licet hæreditatis petitio triginta annis præscribatur; contra jus retrocivendi non esse meræ facultatis statuit, licet pactum additum sit, quod quocumque tempore & perpetuo hanc potestatem largiatur; id enim civiliter intelligendum, adeoque præscriptioni obnoxium credit. Ingeniosa est conciliatio l. 7. ff. de Divers. & temp. præscr. cum legē 45 ff. de Usurp. & Usuc. nec non explicatio legis 9. §. 7. ff. de Peculio, quas §. 31 seqq. & §. 45. seqq. exhibet. Sed ulterius progredi brevitatis studium prohibet, & hæc, speciminis loco, desiderio Lectoris facile satisfaciunt, nostro certe instituto sufficiunt. Quare cupidum amoenitatum Juridicarum Lectorem, ad ipsas Clarissimi Autoris dissertationes elegantissimas remittimus.

ANTONII PACCHIONI, REGIENSIS, PHYSICI
Romani, Dissertatio Epistolaris de Glandulis Conglobatis Durae
Meningis humane, indeque ortis Lymphaticis ad Piam Meningem
productis, ad Virum Clarissimum, LUCAM

SCHRÖCKIUM, Casubro - Leopoldina
Natura Carolorum Aca-
demia Præsidentem.

Romæ, typis Johannis Francisci Buagni, 1705. in 8.
 Constat 7, plagulis & tabulâ ænea.

Dum Clarissimus Pacchionus in pertexendo suo de Duræ Meningis Fabrica libro strenue pergit, novisque sectionibus, & accurata investigandi methodo, hoc cerebri involucrum ita persequitur, ut ea in parte nihil intactum velit, sicque opus omni numero absolutum Orbi literato sistat; en nova indies ei exhibentur, de quibus in antecessum curiosum Lectorem monere non gravatur. Quamquam enim Nuckius vasa lymphatica in cerebro oc-

currere, diferte negaverit, Malpighius vero, felix alias glandularum in membranis scrutator, de Menyngis durae glandulis nihil commemoraverit, imo ipsa membranae hujus textura adeo densa, fibrisque validis omni ex parte concinnata, ac veluti muscularis locum glandulis includendis aptum & capacem vix concedere videatur ullum, in sinu tamen ejus longitudinali, immediate sub membranosis expansionibus, in arcuolis chordarum *Williamarum*, quae & supra easdem chordas, innumeras glandulas conglobatas, subrotundas, propria & tenuissima membrana, velut in sacculo conclusas detegere, adeo felici licuit esse Authori nostro. Racematum haec ut plurimum coeunt, raro sparsim disponuntur; utrinque ad latera falcis mesenteriae, ab ejusdem apice, ad basis usque posticam partem, miro propemodum artificio procedentes, dorso laterorum accumbunt, & partim ab horum fibris, partim ab illis, quae a chordis emergunt, firmantur, atque invicem alligantur. Fibris carnis tenuissimis circumambiuntur singulae, unde colora carneo-pallidulum nancisci videntur: in senibus vero, in quibus ejusmodi fibrae enervatae nihil laxantur, & ferme dispersae, albescentes & magis turgidae cernuntur eadem. Arteriolae habent a ramulis, per interiorem Duram Menyngis superficiem, non longe a falce reptantibus: quarum nonnullas a Pia Menyngae derivatas, & a venis ad sinum tendentibus non multum distantes, & quandoque associatas accipiunt. Quod autem in lateribus sinibus vel nunquam, vel raro admodum, perpaucas earundem adnotentur vestigia, ideo a natura factum existimat Author Clarissimus, ne, si intersepta laxiora & minus firma alicubi existerent, ab insidente continuo ponderosissima cerebri mole gravata, aut reciproca contractionis & relaxationis vi tandem enervata, debito citius conciderent, & glandularum vasorumque manus obpeteretur. Ex dictis glandulis innumera emergunt fila, quae totidem sunt vasa excretoria, & a Dura in Piam Menyngem implantantur. Usam quod concernit harum glandularum, in separando humore aliquo, a toto sanguine diverso, ille Authori consistere videtur; ita ut vasa lymphatica, Piam Menyngem alluentia, rotam quandam tenuissimum continuo exhalent, quo utraque ejus superficie madefacta, Dura Menyngi & cerebri cortici subsidant.

pra-

gambet, & facitatem accet; quod commodum forsan etiam cerebri ventriculis, corporibus striatis, si eousque pertingat ros hic, adfert. Nec absconum videtur, ad nares internas, & quocunque ad insculptas cranio cavitates proxime extenditur Dura Menynx, hujusmodi humoris portionem profundi. Lympha enim haec, non modo sua fluiditate atque pondere ab apice cerebri deorsum fertur, verum proprietas canalium & Pix Menyngis vi contractiva, & potissimum a circumscriptante Dura Menynge sollicitatur.

De caetero illud adhuc commemorandum restat, quod Sinus laterales simpliciores habeantur Authori longitudinali; siquidem illorum cavitas non tot anfractibus & cellulis distincta est, sed membranacea expansione tantum aequalis cernitur, & ad sinuura levibus quibusdam plicis signari solet.

Explicatio Figurarum.

Figura 1. exhibet tres majores Durae Menyngis humanae sinus, secundum longitudinem in dorso cranium respiciente dissectos.

TAB. V.
Fig. 1.

A. Sinus Longitudinalis pars anterior parumper inversa, & complicata.

B. Eiusdem pars posterior.

c. c. c. c. c. Latere sinus diducta partim inversa, partim in posteriore parte del. naturali in situ relicta, ubi sinus propria ostendit latitudinem, a membranosis expansionibus non denudatus.

d. d. d. Membranosa expansiones cum suis plicis.

e. e. Sinus portiones semidenudatae.

2. 2. 2. 2. Specimina chordarum Willisii, quarumcumque, plerumque sub membranosa expansione e. e. d. d. adhuc delitescunt.

3. 3. 3. 3. 3. 3. Glandulae conglobatae, in lateribus primi sinus racematione secunda.

f. Quarti sinus orificium in Laterales hians.

g. g. g. g. Sinuum Lateraliu[m] parietes diducti.

E c 2

h. h. Ipse-

currere, diserte negaverit, Malpighius vero, felix alias glandularum in membranis scrutator, de Menyngis durae glandulis nihil commemoraverit, imo ipsa membranae hujus textura adeo densa, fibrisque validis omni ex parte concinnata, ac veluti muscularis locum glandulis includendis aptum & spacem vix concedere videatur ullum, in sinu tamen ejus longitudinali, immediate sub membranosis expansionibus, in arcuolis chordarum *Williamarum*, quae & supra easdem chordas, innumeras glandulas conglobatas, subrotundas, propria & tenuissima membrana, velut in sacculo conclusas detegere, adeo felici licuit esse Authori nostro. Racemistim haec ut plurimum coeunt, raro sparsim disponuntur; utrinque ad latera falcis mesloriae, ab ejusdem apice, ad basis usque oppositam partem, miro propemodum artificio procedentes, dorso laterorum accumbunt, & partim ab horum fibris, partim ab illis, quae a chordis emergunt, firmantur, atque invicem alligantur. Fibris carnis tenuissimis circumambiuntur singulae, unde colora carneo-pallidulum nancisci videntur: in senibus vero, in quibus ejusmodi fibrae enervatae nihil laxantur, & ferme disparent, albescentes & magis turgidae carnuntur eadem. Asteriolas habent a ramulis, per interiorem Durae Menyngis superficiem, non longe a falce reptantibus: quarum nonnullas a Pia Menyngi derivatas, & a venis ad sinum tendentibus non multum distantes, & quandoque associatas accipiunt. Quod autem in lateribus sinibus vel nunquam, vel raro admodum, perpauci earundem adnotentur vestigia, ideo a natura factum existimat Author Clarissimus, ne, si intersepta laxiora & minus firma alicubi existerent, ab insidente continuo ponderosissima cerebri mole gravata, aut reciproca contractionis & relaxationis vi tandem enervata, debito citius conciderent, & glandularum vasorumque minus obspiceretur. Ex dictis glandulis innumera emergunt fila, quae totidem sunt vasa excretoria, & a Dura in Piam Menyngem implantantur. Usam quod concernit harum glandularum, in separando humore aliquo, a toto sanguine diverso, ille Authori consistere videtur; ita ut vasa lymphatica, Piam Menyngem alluentia, rorem quendam tenuissimum continuo exhalent, quo utraque ejus superficie madefacta, Dura Menyngi & cerebri cortici subsidium pra-

proebet, & locitatem accit; quod commodum forſan etiam cerebri ventriculis, corporibus ſtriatu, ſi eouſque pertingat roſ hic, adfert. Neq; abſonum videtur, ad nares internas, & quocunq; ad inſculptas cranio cavitateſ proxime extenditur Dura Menynx, hujusmodi humoru portionem profundi. Lympha enim hæc, non modo ſua fluiditate atque pondere ab apice cerebri deorſum fertur, verum proprioreſta canalinu & Pia Menynge vi contractiva, & poſſimum a circumprimente Dura Menynge ſollicitatur.

De cætere illud adhuc commemorandum reſtat, quod Sinuſ lateraleſ ſimplicioreſ habeantur Authori longitudinale; ſiquidem illorum cavitate� non tot anfractibus & celluſiſ diſtincta eſt, ſed membranacea expansione tantum æqualiſ cernitur, & ad ſinuſ lateraleſ levibuſ quibuſdam plicuſ ſignari ſolet.

Explicatio Figuraru.

Figura 1. exhibet treſ maſoreſ Dura Menyngeſ humane ſinuſ, ſecundum longitudinem in dorſo cranii reſpiciente diſſectioſ.

TAB. V.
Fig. 1.

A. Sinuſ Longitudinaliſ parteſ anterior perumpet inverſa, & complicata.

B. Ejuſdem parteſ poſterior.

c. c. c. c. c. c. Latera ſinuſ diducta partim inverſa, partim in poſtior parte dd. naturali in ſitu relicta, ubi ſinuſ propriaſ oſtendit latitudinem, a membraneciſ expansionibuſ non denudatuſ.

d. d. d. Membraneciſ expansioneſ cum ſuiſ plicuſ.

e. e. Sinuſ portionuſ ſemidenudateſ.

z. z. z. z. Specimiuſ chordaruſ Willuſii, quarumcunq; pleraqueſ ſub membraneciſ expansione c. e. d. d. adhuc deliteſcunt.

3. 3. 3. 3. 3. Glandulaſ conglobateſ, in lateribuſ primi ſinuſ racematim reconditeſ.

f. Quarti ſinuſ oriſiciuſ in Lateraleſ hianeſ.

g. g. g. g. Sinuſ Lateraliuſ parieteſ diducti.

E c 2

h. h. Iſte.

h. h. Ipsorum extrema absissa, antequam in jugales inclinare incipiant.

i. i. i. i. Chordæ Willisianæ, a membranosis expansionibus liberatæ.

TAB. V.
Fig. 2.

Figura II. ostendit eam sinu Longitudinalis portionem, ubi valvulæ superiores ut plurimum reperiuntur.

a. a. a. a. Sinus resecti latera diducta.

b. b. b. Minores cellulæ laterales, quæ sanguinem intra finem admittunt.

c. c. c. Cellulæ majores valvulosæ, in centro sinus consistunt, quarum officia se mutuo respiciunt.

d. d. Foveolæ impervie.

*NUMMI ALIQUOT DIVERSI EX ARGENTO
prestantissimi: nempe decem OLAI Succii, unus ANUNDI
Carbonarii, ac unus HAQUINI RUFF, Suecicæ Regum,
nec non unus SUENONIS bifida Barba, Danicæ Regis, Heli-
coniadum Choro dedicati a NICOLAO KEDERO, Re-
gii Collegii Antiquarii, quod Stokholmia
est, Assessore.*

Lipsiæ, apud Jo. Frid. Gleditsch, 1706. 4.
Plag. 8. cum fig. æn.

Tertia hæc est, quæ in urbe nostra prodit, delectissimi nobis-
que amicissimi Kederi Dissertatio de nummis nonnullis
nuper in Suecia effossis: reliquos enim nummos quosdam Runis
insignitos exhibentes, in Actis his anni 1703 p. 417, atque anni
1704 p. 36 memoravimus. At quoniam hæc paulo diffusior est,
ut de omnibus nummis, qui hic in tabula exhibentur, (sunt enim
omnino sedecim) agere pro instituto haud valeamus, tantum
rarioribus quosdam, quos unice superstites Noster credit, paucis
considerabimus. Luculentissimus est in Regio Antiquitatum ar-
chivo nummus Olai (vid. Fig. nobis 3.) in quo cernitur Olai Sueci,
cum sceptro & inscriptione OLAF REX SWEVORUM representatur.
OLAF seu OLAPH Olavum domestico loquendi modo no-
tat. Suevos vero vocatos fuisse Sueones, Taciti auctoritate au-

TAB. V.
Fig. 3.

horum, imprimis vero diplomatum optimorum fide patet. Unde male summum virum Hugonem Grotium, apud veterem auctorem, qui Ambaziensium Gesta inscribitur, pro *Suevia Suedas* in prolegomenis ad Historiam Gothorum &c. reposuisse, Noster observat. In averſa legit GODWINE (nomen est monetarii) MONETA SHTUNÆ, urbis celeberrimæ, vulgo Sigtunæ dictæ. Frequenter enim Septentrionales, præsertim post acceptum alphabetum Anglo-Saxonicum, literas G & H inter se permutasse, exemplis docet. Unicus & est, quem ipse Auctor possidet, nummus OLAF REX AN SITUN inscriptus (vid. Fig. IV.) quo indicatur *Olav Rex in Sigtuna*, seu Sigtunæ. Ubi docet, & legem illam ab Ingone I sanctam, ut Regia sedes Upsaliæ fixa maneret, sub Christianismi in Suecia initus, insuper haberi coepisse, & Reges ab ea urbe, in qua sederint, denominari vulgo consuevisse. Quæ in altera facie, præter crucem, quæ in hoc, ut & in reliquis, religionis Christianæ signum est, conspiciuntur, ita explicat: GOWINE, pro *Godwine*, MOATA AN, pro *Moneata an* seu *an*, subintelligens *Sibium*, quod urbis vocabulum spatii angustia exclusum monet, idque aliis etiam exemplis confirmat. Tertius Olai nummus, qui Auctori quintus est, (nobis Fig. V.) si primam faciem spectes, cujus inscriptio OVLAVS REX SVE-Nonum, difficultate caret; *Olavum* enim eundem esse, quem nunc abjecto V priore, *Olavum* scribimus, constat. In altera legitur VLFESE MOT AN ST, hoc est, ut Noster interpretatur, *Ulfonis moneta in Sigtuna*. Ulf enim seu Vlfr (Latine Lupus) quod nomen, monetari, Genitivum facit Vlfese, sive potius Vlfes, quo in casu, monetari nomina sua nonnunquam in nummis exprimunt. Quartus nobis esto quadratus Olai nummus, (vid. Fig. VI) qui in averſa geminum non habet. In prima area quidem pro OLAF ON SIDEI, quæ verba capiti velut galeato circumponuntur, legit Noster: *Olav in Scythia*, seu Suedia. Veteres quippe Suecos Sithas seu Scythas, & Suediam Scythiam vocasse, domesticorum pariter & exterorum Scriptorum testimoniis probat. Quid vero in averſa sibi velint IIIIISSSSSS, non magis sibi perspectum esse fatetur, quam quis Runicorum in Gibsoniano nummo SSSSSSSSS sensus sit. Rarissimus est quintus

Fig. 1
TAB. V.
Fig. 4

Fig. 5

Fig. 6

ACTA ERUDITORUM

122

Fig. 7.

tus (vid. Fig. VII) qui Sueonem cognomine *furcata Barba*, alias Suen-Otonem, ab Ottone Magno, qui eum de sacro fonte susceperat, dictum, repræsentat. SVEN REX AD DENER notat *Sueno Rex Denorum* seu *Denorum*, sicut MANDNER in averfa *Moneta Denorum*: GODWINE monetarius est, idem forte, quem antea produximus. His demum Auctor (vid. Fig. VIII) pietissimi Sueonum Regis Anundi, qui Jacobus in sacro lavacro dictus est, nobilissimum & summe rarum nummum, ab Illustri viro, Elia Brennero, sibi liberaliter communicatum adjecit. Neque difficilis explicatio est; exhibetur enim Rex capite quippiam acuminato pileo affine gerens, sceptrumque præferens, additis verbis ANVND REX SI. hoc est, *Anundus Rex Sigstana*, quo in loco, ut Olaus antea, sedem habuit; in averfa crux est, umbilico circumsepto, & lacertis anaulo quater intersecta, cum epigraphe: THORMOD (monetarii nomen) ON SHTV, hoc est, *in Sigstana*.

Fig. 8.

Cæterum lectu digna sunt, quæ ingeniosissimus Federus de valore & permutatione literarum quarundam Anglo-Saxoniarum, Runas emulantium p. 5 sq. de Olai Sueci cognomine *Skanslongr*, seu *Öst-fonüing* / quod alii Regem in gremio gestatum (quod infantem Regem ulnis circumtulissent Sueci) alii Regem tributarium (quod primus Regum patriæ, velut conversarum in vicinis gentium Principes alii, certam per cives numerum *Symbolum Romano Pontifici* submitteret) interpretantur, p. 8 sq. de artibus summos sculpendi apud Suecos veteres ruditate, & sculptoribus clarioribus p. 13, de crucis in nummis usu p. 23 seqq. de nominis Sueonum origine p. 10 & 32, de nominum a feris derivatorum in Suecia frequentia p. 37, & de similitudine nummorum Anundi illius Sueci & Canuti Divitis Angliæ Regis, patris ejus & æqualis, p. 62 accurate edisserit. Illud unicum adhuc nos moratur, quod p. 46 sq. generatim de hujus generis nummis observat. Literas in illis conspicuas Latiales esse Anglo-Saxonicas, ait, quibus tamen sculptorum incuria & Runæ subinde irreperant. Additur, Olaus Regem re ipsa edoctum, quod Runæ potissimum in causa sint, quo minus religio Christiana incrementa capere possit, de extirpandis literis illis, & Latialis, quod du-

dum urgebat Pontifex Sylvester II, in earum locum substituendis, A. 1001 serio deliberasse; tandemque, instigante quoque acriter D. Sigfrido, nuper ex Anglia in Succiam permissu Æthelredi accersito, extirpandas Runas esse, decrevisse, quippe quibus erronea doctrina de Thorero cæterisque Barbarorum Diis descripta esset; projecta ocys in ignem volumina, nec idolomanica tantum, verum & historica aliaque, quo ingens sane patriæ allatum fuerit detrimentum.

JO. FRANCISCI BUDDEI THEOL. D. ET P. R.
*Exercitatio de Prærogativis Fidelium Novi Testamenti
 præ Fidelibus Veteris Testamenti.*

Jenæ, apud E. Cl. Balliar, 1705. in 4.
 Plag. 17.

UNUS equidem salvandi modus est, quo salutem adepti sunt æternam omnium temporum Fideles, nempe fides in Messiam, sive exhibendum, sive exhibitum; & fides semper producta est virtute Spiritus S. per Verbum ab initio non scriptum, postea scriptum: interim tamen Deus omnia benignitati suæ debere demonstraturus, eandem salutem diverso tempore diversimode dispensavit, ita ut Fideles unius temporis prærogativas quasdam habeant præ Fidelibus alterius temporis. Sed ut Deo decentes exsolvantur gratiæ, nobis non solum incumbit, ut nostra cognoscamus bona, sed &, quo eorum excellentia manifestior evadat, cum bonis alio tempore Fidelibus concessis componamus. Eum in finem Autor præsentis Exercitationis, Halensis antea, nunc Jenensis Academiæ singulare decus, cujus in his Actis non infrequens est nomen, prærogativas fidelium Novi Testamenti, præ fidelibus Veteris Testamenti, demonstrandas sibi sumit. Quod ut rite fieret, notat, utut Deus, vi absoluti sui imperii, officia quæcumque ab homine exigere potuisset, maluisse tamen eum, pro ineffabili benignitate sua, per foederis quodammodo rationem cum illo agere, cujus ut certæ leges, ita certæ quoque promissiones & comminationes essent; quamvis foedera divina ab humanis in eo abeant, quod ista respectu hominis legis quodam-
 mo-

modo vim habeant, ita ut non acceptare ipsi non integrum relinquantur. Nihil ob stare, quo minus, Scriptura præcunte, *salutis* negotium sub hoc schemate exhibeatur, modo ex fœdere non deserventur, quæ ex divinis attributis sint derivanda, aut alias causas habeant sublimiores. Primo igitur loco considerat *Fœdus operum* sive *legale*, quod Deus cum homine nondum lapsio pepigit. Legem hujus fœderis fuisse illam ipsam, quæ Numinis amorem absolute summam, proximo proprio æqualem requirit, additis tamen & legibus aliis, non ex natura hominum, sed liberrima Dei, sanctissima tamen & sapientissima voluntate procedentibus, h. e. positivis. Quorsum refert mandatum de non comedendo fructu arboris scientiæ boni & mali. Promissionem præcipuam fuisse, de vita æterna legem implenti danda, non ex merito tamen, sed per modum præmii gratuiti. Comminationibus contra accensendam esse mortem corporalem, spiritualem & æternam. Fœdus hoc operum pertinuisse quoque ad Adami posteros, quos omnes retulerit Adamus; quod vel exinde constet, quod comminationis vim quotidie sentiamus. Rupto per inobedientiam Protoplastorum fœdere operum, in ejus locum successisse *Fœdus gratiæ*, distinguendum a fœdere, quod Deus Pater cum Christo inivit; sponsonem pro hominibus in se recipiente, & testamenti in simul rationem habens, immo propius ad testamentum accedens. Ut enim non omnia testamenti requisita adsint, nec omnia fœderis requisita adesse, actumque adeo ex fœdere & testamento mixtum hic intercedere. Vocem *diathesis* & testamentum, & fœdus denotare, recte tamen Matth. XXVI, 28. Marc. XIV, 24. Luc. XXII, 20. 1. Cor. XI, 25. Gal. IV, 24. seqq. & in nonnullis epistolæ ad Hebræos locis, per testamentum verti. Summam fœderis gratiæ Deum Protoplastis statim a lapsu Gen. III, 24 proposuisse. Promisisse ipsum, se omnes ad notitiam Messis perduciturum, vocando eos tum objective, tum effective, tum per famam veræ Ecclesiæ; Spiritu S. per verbum conversurum, justificaturum, sanctificaturum, & æternæ salutis participes facturum. Condiciones promissionibus respondere, singulas singulis. Deum nempe conversurum, si verbum ejus legant vel audiant; justificaturum, si credant; renovaturum, si divinitus sanctitati destinatis mediis utantur,

tur, qualia sunt verbi divini frequens meditatio, precum assiduitas, vinum spiritualium exercitatio, peccatorum evitatio, & carnis crucifixio; denique glorificaturum, si in fide & sanctificatione perseverent. Ad Comminationes pertinere verbi beneficiorumque reliquorum, si contemnantur, subtractionem, & mortem denique sempiternam. Foederis hujus gratiae tria dari intervalla. Primum esse Patriarcharum, in quo ad foedus gratiae universale nulla facta sit accessio, si a foedere particulari cum Abrahamo percusso accesseris. Foedus cum Noacho initum, ad religionem non pertinere. In secundo intervallo maximam ad foedus gratiae universale per Moysen factam esse accessionem, & illius Oeconomiam Veteris Testamenti nomen sustinere, ab egressu populi Israelitici ex Aegypto incipiendi, quod ex Jer. XXXI, 31. Gal. IV, 24. & Hebr. IX, 18. 20. prolixè probat, & aliis argumentis ulterius confirmat. Supposituisse Vetus Testamentum tum universale foedus gratiae, tum particulare cum Abrahamo initum. Promissiones praecipuas fuisse, quod Messias ex tribu Juda sit oriturus, Deus Judaeos pro peculio habiturus, bona quaevis corporalia ipsis imperiturus, contra hostium insultus eos defensurus, terram Canaan in perpetuum, usque ad Messiae adventum, possessionem iisdem traditurus: in quarum confirmationem institutus sit agnus paschalis. Conditiones fuisse, ut tum leges universales, tum particulares, ad statum ipsorum civilem vel ecclesiasticum spectantes observarent. Leges ceremoniales primario foederis universalis beneficium in memoriam ipsis revocasse, & Messiam representasse, nequaquam in ~~prophetarum~~ poenam ad peccati exprobrationem datas esse, consequenter ad Evangelium referendas. In tertio denique intervallo, vigerè Novum Testamentum, quod qua promissiones, comminationes & conditiones, foedus gratiae universale supponat. Proprium ejus esse, quod fideles Christum exhibitum respiciant, donorum spiritualium largiri & uberiori, qua copiam, qua gradum, proventu gaudeant, a iugo legum-ceremonialium non premantur. novis Sacramentis iisque longe angustioribus utantur &c. Conditiones huc redire, ut respiciamus & credamus Evangelio; & Deum pro tot tamque luculentis beneficiis majus ardentiusque studium in sanctitate proficiendi, a fidelibus po-

stulare. Etsi autem Novum Testamentum præstet Veteri, nec tamen hoc omni dignitate destitutum fuisse monstrat, Hæreticorum veterum, Patrum, aliorumque ea de re sententias examinans. Refellit inde prærogativas, quæ fidelibus Novi Testamenti perperam a *Coccejo & Coccejanis* aliisque nonnullis tribuantur, quod nempe his demum innotuerit mysterium Trinitatis, cum aliis de Christo redemptore fidei mysteriis, fidelibus ante Christum non revelatis; cum tamen nec mysterium Trinitatis, nec quæ ad Messiam personam, officia, statumque pertinent, fidelibus Veteris Testamenti fuisse ignorata, tot luculenta Scripturæ dicta comprobent: quod legem moralem essentialiter perfectiorem ipsis dederit Christus; cum legem quidem illustraverit, ac a corruptelis Judæorum vindicaverit, nupiam vero novam condiderit Servator: quod Patres Veteris Testamenti promissionibus spiritualibus & cœlestibus destituti fuerint, quibus gaudeant fideles in novo, quam sententiam ab Anabaptistis acceperit *Coccejus*; cum tamen utique & bonis spiritualibus, & eorum promissionibus gavisi fuerint, etsi illis peculiaris promissio de possessione terræ Cœnaan accesserit: quod in Veteri Testamento solum *παράσις*, nequaquam *ἀφ᾽ οὐρανόθεν* obtinuerit peccatorum, consequenter fideles in Veteri non fuerint iustificati; aut iustificatos ita esse fideles V. T. ut vitam plenamque peccatorum remissionem fuerint consecuti, *παράσις* etiam Rom. III, 25 significare idem; quod *ἀφ᾽ οὐρανόθεν*, accurate Auctor Maxime Reverendus vincit: quod Christus ratione Patrum Veteris Testamenti fuerit tantum fidei iussor, non expromissor; cum id repugnet naturæ foederis gratiæ, omni tempore valens, & vox *ἔγγυος* Hebr. VII, 22, ex genio linguæ Græcæ, etiam expromissorem significet: quod sub reatu culpæ & poenæ fuerint fideles Veteris Testamenti; quod fidei ipsorum ab Apostolo deprædicatæ Ebr. XI repugnet: quod idem fuerint sub ira; cum tamen per fidem iustificati fuerint, merito Christi ante & retro valente: quod non habuerint tranquillitatem conscientiæ, libertatemque & fiduciam accedendi ad Deum; cum id repugnet remissioni peccatorum, cuius participes factos esse fideles in Veteri Testamento, saepenus Auctor probaverat. Hisce præmissis, ad ea tandem declaranda progreditur, quæ titulus exercitationis pollicebatur, atque

que in §. 40 ex Ebr. VII, 22, & c. XI, 39. 40, præstantiam Novi Testamenti præ Veteri generatim evincit, subjuncta in duobus subsequentibus uberiori explicatione locorum Joël. II, 28. 29. 30 & Jerem. XXXI, 31 & seqq. in quibus bona Novi Testamenti singularia promittuntur. Inde speciatim bona illa recenset §. 43 usque ad §. 47, in quibus prærogativa fidelium Novi Testamenti præ fidelibus Veteris fundetur. Recenset nempe prærogativas sequentes, 1. Præstantiorem Mediatorem Novi quam Veteris Testamenti, nempe Christum, cum hujus fuerit Moses, Gal. III, 19. 2. Peccatorum per exhibitum jam Messiam non typicam, sed realem propitiationem. 3. Immunitatem ab observatione multorum rituum & ceremoniarum, cum magno onere ac labore conjuncta, ob Vetus Testamentum abrogatum. 4. Donorum Spiritus S. ubertatem, quæ inter referenda sit clarior mysteriorum fidei uberique cognitio, ac profluens inde enixius studium in vitæ sanctitate ac puritate proficiendi, ex hac denique propullulans consolationis uberior abundantia, nec non fidelium multitudo. 5. Gentilium & Judæorum in unam Ecclesiam visibilem conjunctionem, & 6. Promissionum præstantiam. Quoniam vero omnis theoria est propter praxin, ad quam vel immediate, vel mediate tendit; theoria finita, ad praxin progreditur ostendens, quænam nostræ in hac prærogativarum copia & præstantia sint partes. Ante omnia igitur explorandum esse monet, num fœderis hujus simus participes: hinc speciatim edocet, quales singulis prærogativis respondeant praxes, nimirum præstantiam Mediatoris nobis in memoriam vocare debere commonefactionem Pauli, Ebr. II, 2; Sacerdotale Christi munus filialem erga Deum excitare fiduciam; libertatem a lege ceremoniali eam nobis injicere curam, ut libertate, caute utamur; donorum spiritualium ubertatem efficere, ut cogitemus, num & ipsi partem thesauri omnibus propositi possideamus; Judæorum & Gentilium conjunctionem, ad misericordiam divinam celebrandam nos impellere; promissionum denique indolem inculcare, nos ad cœlestia & spiritualia, non ad terrena vocatos esse.

AN ENQUIRY INTO THE NATURE, AND
Evidence of Christian Faith &c.

h. c.

INQUISITIO NATURÆ, NECESSITATIS AC
Evidentiæ Christianæ Fidei, diversis conatibus infirmita. Pars I.
de Fidei generatione & Fidei Deitatis, per JOHANNEM
COCKBURN Theol. Docto-

rum.

• Londini apud Thom. Atkinson, 1704. 8.

pag. 5.

Quæ ab hostium incursionibus nunquam tuta omnino fuit ac libera salutis arx æternæ fides, ea munita ac propugnata, hæcenus fuit vigili illorum industria ac labore, quos Deus constituit veræ custodes ac defensores religionis. Sicuti igitur sancta Dei Civitas a tempore usque, quo eam fundavit sanguine suo pretiosissimo Dominus ipse ac Redemptor Jesus Christus, oppugnata acerrime subinde est ab impia Vespiorum, Paganorum, Empyretarum, Epicureorum atque Atheorum cohorte: ita neque defuerunt unquam, cum inter primitivæ Ecclesiæ Patres, tum inter sequentis ac modernæ Ecclesiæ Doctores, qui mysteria pro salute nostra Divinitus revelata strenue tuerentur. Viris hæc fortissimis, pro honore Christi militantibus, accessit etiam Excellentissimus *Johannes Cockburn*, excitatus procul dubio egregio exemplo Clarissimi Bentleyi, aliorumque celeberrimorum, qui impietatem Atheisticam dextre debellarunt, Anglorum cen populariorum. Scilicet cum fides potissimum sit Christianæ doctrinæ momentum, & ad honorem, quæ cultoribus illa suis pollicetur, consecutionem summam necessarium, operæ fore pretium duxit eruditissimus Auctor, si eam assereret contra turpissima Empyretarum opprobria. Triplex enim, expertus est, hodiernum circumvagantium hominum genus, fidei auctoritatem pro virili sua labefactans: quorum alii clericos exponere contentur ludibrio, tanquam indoctos & stultos, qui facile & falluntur ipsi, aut privati commodi gratia studeant imponere aliis, idque mysteriis sensum omnem fugientibus; alii probare laborant, fidei hanc dari locum, ubi sanis imperet.

Insula.
pag. 1.

peret ratio, hinc illam ex hujus nasci defectu, adeoque credentes fide sua sese reddere indignos, qui homines, hoc est, ratione utentes amplius appellentur; alii varia fidei dogmata explodant vel tanquam minus necessaria, vel tanquam absurda credituque nequaquam digna. Pessimos hosce fidei hostes ut oppugnaret dextre ac debellaret, arripuit gladium Spiritus, verbum Dei, non incaute providens, consensum Ecclesie, sive primitivæ sive moderatæ, ad dirimendam hanc controversiam, judicem fore tantis *circumstantiis* patronis plane inidoneum, studioque partium laborantem. Non quidem latuit ipsum, etiam Scripturas sanctas ab adversariis suis vix plus fieri, quam auctores alios profanos, quia minoris sæpe reverentis examini subjici; non eo minus tamen suo sufficere arbitratus est instituto, si inter reliqua literarum monumenta præclara, hisce primus daretur locus. Eundemque mereri quoque *ta ispa yevimata*, sive antiquitatem illorum spectes, sive rerum, quas complectuntur, argumentum, sive scriptorum existimationem divinarum; quæ tanta sane sit, ut neque Platonis, neque Aristotelis, neque Senecæ, neque Epicteti, neque Confucii Chinesis aliorumque veterum cedat auctoritati, quorum tamen sententiæ ob præclarum, quem ferant fructum, & diligenter colligantur ab eruditis, & avidè a doctrinæ deditis imbibantur. Quibus de principio demonstrationis præmissis, ad antagonistas se convertit, eosque rogat, tum ut mentem præconceptis liberent opinionibus, tum ut veritatem scrutaturi ordinem sequantur a se constitutum, atque sic fore sperat, ut Christianorum fides compareat divina & vera & simplex dignissima. Ordinem vero servat sequentem. I Demonstrat dari Numen aliquod supremam: II idem curare omnia & gubernare nutu suo sapientissimo potentissimo: III peculiarem existere revelationem de vero Deum colendi modo, cui fides ceu fundamento innitatur. Tribus hisce distincta partibus tota constabit tractatio, quarum duæ priores cum videantur recedere a scopo, fidem Evangelio propriam ex sacris literis propugnandi, excusat se Auctor benevolus Lectori moderno Atheistarum incremento, quo impulsus ejusmodi ad lumen naturæ spectantia præmiserit, quæ alioquin plane præteriturus erat. Quamvis enim jam alii dudum demonstraverint providentiæ pariter atque

pag. 3

4

5

existentiæ Divinæ veritatem, noluisse tamen super alieno ædificare fundamento; selegisse præterea argumenta ab aliis parum ponderata, & a rebus ubivis obviis petita. Quibus præfaminis loco de totius operis instituto dictis, partem primam, seorsum primo loco vulgatam, septem comprehendit capitibus, seu uti modeste loquitur, conatibus. Conatu itaque primo probare contendit, fidem esse atque fuisse, ab orbe usque condito, perpetuam justitiæ regulam. Ubi de voce quadam præmonet; fidem nempe seu *fidei* credere esse vocabulum Sacræ S. proprium, (sicuti & aliis scriptoribus Historicis ac Philosophis peculiare datur loquendi modus) & rem animo concipiendam apte adeo exprimere, ut qui risui illud exponat, meliusque se substituturum sibi persuadeat, factum prodat haud tolerabilem, quin Spiritum veritatis, qui ipsa quoque verba suggessit, ignominia afficiat. Dein Divinas testatur Literas, tam a Mose & Prophetis, quam ab Evangelistis & Apostolis exaratas, qui unanimi doceant consensu, fidem esse justitiæ radicem, cogitationum, sermonis, operationum quarumcunque bonarum originem, imo vitæ Deo placentis omnis animam, interprete Habacuco: *justus fide vivet* cap. II, 4. consentiente ei Apostolo passim, & maxime in epistola ad Romanos. Quapropter, quotquot unquam ab Abele usque existierint, sanctæ atque inculpatæ vitæ fama celebres, illorum opera, ex fide esse profecta, Hebr. XI, quin in ipso adeo innocentæ statu (eiusque enim ascendit) fidem fuisse justitiæ vitam: legem enim de arbore vetita latam esse, ut fides exorceretur, transgressione autem ac peccato obedientiam una cum fide periisse. Hic tamen notari meretur, Auctorem in tam lato vocem fidei usurpare significatū, ut vel solam fiduciam, qua Dei veritati & potentæ innititur, fidem appellet, non habito semper ad Solutorem nostrum, ceu potissimum, ejus basin respectu, quippe quo ante lapsum homo non indiguit.

Conat. 2. Et optaremus, dedisse eum nobis accuratam fidei definitionem: quam & ipse utilem fore rerum tam arduarum meditationi agnoscit, sed ob difficultatem aliis relinquit, sibi sufficere arbitratus, si a B. L. observetur, se talem intendere fidem, quam inter & justitiam, perpetua detur relatio, qua sine nemo Deo placeat. Talem autem fidem omnem excludere dubitationem, Rom. XIV, adeo ut

animus interne convictus sit omnino & certissime persuasus de omnibus, quæ vera & falsa, bona & mala, iusta & iniusta iudicet. Nisi enim præcedat certa actionum nostrarum bonitatis conscientia, peccata esse quæcunque faciamus, temeritatisque ac denegatæ supremo Numini reverentiæ opera nostra redargui. Proximum a dubitatione locum ea inter, quæ fidei adversantur, **Conat. III.** adscribit Atheismo, certamque probat operationum moralium normam neutiquam posse constitui, nisi Deus existeret. Etenim qui nullum agnoscit superiorem, pro arbitrio semetipsum regit suo, principium functionum suarum erit, sibi ipsi ut placeat, adeoque bonum & malum ei dicetur, quicquid vel impedit aut promovet sua quod intererit. Ubi vero Deus statuitur, summus omnium Dominus, æque parum ac servi, nostri manemus juris, potestatis ac domini. Qui enim nos fecit, absoluta in nos gaudet potestate, adeo ut nostra omni jure dirigatur eo cura, quo ipsi placemus, & voluntatem ejus tanquam legem & perpetuam bene male mensuram constanter sequamur. Deum **Conat. IV.** autem existere, cum evidens esse asserit, ut a quolibet sine ullâ cognoscatur difficultas, sine omni ingenii acuminè, sine eruditionis apparatus, sine multo labore ac studio: ubi enim vix oculos aperienti præsto esse manifesta sapientiæ ac potentiæ Divinæ documenta, non obstante, quod Deus ipse lumen habet inaccessum, **Conat. V.** n. Timoth. VI. Quod ut aperte demonstrat, stupendam Dei in formando homine sapientiæque vis pingit coloribus, modo solutæ & collatæ eternam corporis figuram, partium varietatem, symmetricam, situm & proportionem; modo capitulis, brachiis, manibus, pedibus aliorumque membrorum structuram & usum; modo internam nervorum, musculorum atque arteriarum texturam; modo animæ facultates & sensuum organa, inque omnibus debita natura & indolis ejusque representatione tantam affundit rationem, ut quilibet, cuius subeant conspectum, fatetur habere, non fortuito hæc evenisse, sed summa inventa esse fabricata & composita arte. Atque inde statim colligit: cum nihil producat a nihilo, motus non detur absque motore, nec vita donetur nisi a vivo, nec artificium præstetur ab artis ignaro, oportere auctorem nostræ essentia infinita præditum esse sapien-

- Conat. VI. *πνενtia ac potentia, Deumque adeo existere. Sicuti autem ex prudentissima hac μαγερονόμος fabricatione dilucide Deum demonstravit, ita simili μαγερονόμος consideratione & representatione idem efficit, pari usus argumentorum pondere.*
- Conat. VII. *Quibus si quis nihilominus praefraete reluctetur, Deumque negare, constanter pergat, eum eo redigere studet, ut quae illi ipsi & cujuscunque sani hominis judicio adversantur, imo absurda plane & ridicula, sentire cogatur ac defendere.*

JOH. FRIDERICI REIGERI THEATRUM JURIDICUM Theoretico-Practicum. Opus posthumum.

Tiguri, sumptibus & typis Gessnerianis, 1705, 4.
Constat Alphab. 6. plag. 19.

Hunc librum, ut titulus loquitur, in eorum classe numeres, qui doctrinam Juris Civilis, ex ipsis legibus & probatis illarum Interpretibus hausitam, in thesi perspicue satis proponunt, & in hypothesis quoque usum seu praxin ejus adhuc superstitem fideliter commostrarunt. Expectare utique talem fas fuit ab Amplissimo Reigero, Jurisconsulto, dum in vivis esset, non nullius famae, quippe qui sub tribus Electoribus Palatinis novissimis, Consiliiarii Aulici munus, tum & per triginta annos Advocati in Caria partes obivit, adeoque judicium, longa raeum experientia subactum, ad opus hocce concinnandum attulit. Is etenim omnis inutilibus & antiquatis titulis, seu in praefatione ipsemet testatur, Jus Theoreticum secundum rubricarum in Digestis feriem, per causas & definitiones, divisiones ac regulas ita disposuit, ut non solum multas quaestiones dubias excussas dederit, sed etiam singulis titulis, qui quidem non abieci in defuandinem, pro substrata materia, unam alteramve libelli supplicis aut imploationis judicialis formulam, vernacula lingua, & stylo regionibus Superioris Germaniae accommodato conceptam subjecerit, quo & tyronibus, & in foro versantibus, opera sua quam plenissime prospiceret. Caterum in privatam saltem commodum, non publicum labori se manus admovisse fatetur, sed dum amicis ejus

copiam liberaliter concessit, aliis passim innotuit opus, atque ab ipsdem expetitur fuit, quorum fortasse desideris victus, in publicationem ejus consensit, licet, antequam typis describi potuit, fata sua expleverit Autor. Nulli vero dubitamus, quin juris artem excolentes Manibus ipsius bene sint precatari, eo quod actionum formulæ hic obvix ea cum diligentia elaboratæ apparent, ut quilibet vel mediocri judicio pollens alias pro re nata sibi fingere possit, si negotium forte non admittat hic in medium adductas.

CHRISTOPHORI FRANCKII, S. THEOL. D. ET
Professoris quondam primarii, brevis & liquida Demonstratio De-
itatis Christi, qua simul JONÆ SCHLICHTINGII & BUKOWIEC
Exceptionibus occurritur. Opus postumum, editum a WOLF-
GANGO CHRISTOPHORO FRANCKIO,
Ecclesie Kiloniensis Mi-
nistro.

Kloni, apud J. S. Richelium, 1705, in 4.
 Constat Alph. 1.

PLuribus editis contra Wendelinum & Limborchium disputationibus, maxime Reverendus Franckius, egregius, dum viveret, Antesignanus militantis Ecclesie, Calvinianorum & Arminianorum dogmata refutavit. Præsenti vero opere Socinianos oppugnare constituit. Ansam laboris præbuit Jonas Schlichtingius, emissa adversus Balthasarem Meisnerum *de S. S. Trinitate, de Moralibus Novi & Veteris Testamenti præceptis, itemque de sacris Eucharistia & Baptismi ritibus* Disputatione. Ediderat namque Meisnerus *brevem Considerationem Theologia Pboriniana*, Fausti Socini libro suasorio, A. 1611 Racovix impresso hoc titulo, *quod Evangelici omnino deberent se illorum Cætui adjungere, qui falso Ariani & Ebionisæ vocentur*, oppositam; quam Schlichtingius refutare in dicta illa sua Disputatione molitus est, in qua præcipue in arduam illam de Divinitate Jesu Christi controversiam omnes industriæ & ingenii nervos, quibus plurimum valuit, intendit, ut prolata a Meisnero argumenta refelleret. Hinc primam etiam

Gg hu-

hujus Disputationis partem sibi summe Reverendus Franckius examinandam elegit in presenti opere, quo Jesu Christi Divinitatem assertum ivit, non omnibus equidem, quæ adverteriam urgere, videri poterant, ex Scriptura Sacra conquisitis rationibus, sed tribus tantum selectis, quæ hostem eo magis constringerent, quo arctius omnem elabendi viam, additis vindiciis, præcluderet. Sed ne solo tamen argumentorum pondere vinceret, ipsa quoque Schlichtingii in dicta Disputatione repetita, & novis exceptionibus defensa quinque Dubia contendit tollere. Et huic pie defuncti Parentis sui labori tantum confidit admodum Reverendus ejus Filius, qui posthumum hoc opus publico donavit, ut omnes intentioni cura illud legentes, præjudiciorumque tenebris minus obfuscatos, nec rationis imperio succumbentes, convicturum speret. Sub initium status quaestionis proponitur, de qua inter Socinianos & Orthodoxos disputari solet hæctenus. Et quoniam in eo constituendo Sociniani sunt admodum lubrici, quo facilius imponant minus cauti, de eo quaeri Auctor Reverendus dicit: an in Christo præter humanam, Divina natura sit, voce naturæ, prout substantiam, non qualitates designet, accepta? Quod postquam asseruit, & Socinianorum in tegendis fraudibus astutiam detexit, argumentum primum ex Epistola ad Rom. c. VIII, 32 adducit, ubi *proprie* Dei Filius Christus dicitur, quod de essentiali capiendum, ex ipso vocis usu Franckius concludit, Schlichtingiique exceptionibus respondet. Secundum argumentum ex Ep. ad Hebr. c. I, 10 & 11 translatum est, quo de Christo prædicat Apostolus, quod initio terram fundaverit, & coeli sint manuum illius opera. Quæ verba cum ad Filium male referri regebat Schlichtingius, aptiusque convenire putet Patri, cujus quoque hic fiat in textu mentio; contrarium evincere textus accuratorem considerationem, Franckius probat, cum in antecedentibus manifeste de Filio agatur, quæ cum hisce per copulantes particulam cohereant. Tertium argumentum ex cultu per mandatum Christo exhibendo, petitur, quod Deitatem ejus arguat, cum alibi omni creaturæ talis denegetur in sacris Literis. Tribus hisce rationibus cum satis comprobasset Christi Salvatoris essentialem Deitatem maxime Reverendus Auctor, promovet pedem ad quinque argumenta, qui-

quibus dogma Trinitatis in S. Literis damnari, jam olim demonstrare conatus est Socinus, a Meisnero refutatus, postmodum a Schlichtingio novis exceptionibus defensus, quas hic discussas iterum ac diplofas videas.

*MEMOIRES POUR L' ATTAQUE ET POUR LA
defense d' une place par Monsieur Goulon, Ingenieur
& General de l' Empereur.*

i. c.

COMMENTARIUM DE PRAXI MILITARI OFFENSIVA & DEFENSIVA.

Hagæ Comitum, apud H. van Buldern, 1706. 8vo.
Constant plag. 13. & 4 tabulis æneis.

Qui Architecturas militares conscribunt, munimentorum equidem constructiones satis accurate tradunt; sed ubi ad praxim offensivam & defensivam deventum est, in plerisque scriptis multi observantur defectus. Et quia resolutiones problematum militarium non secundum certas regulas a priori eruuntur, sed fortunæ magis, quam ingenio debent, ab experientiis defectus antecedentium resolutionum manifestantibus derivantur; non mirum, quod praxis prædicta non prorsus eadem constanter maneat, sed indies fere mutetur multum, die diem docente. Unde consultum erat, ut, stante hoc rerum statu, viri prudentia militari præditi, & in obsidionibus ipsimet præsentis, quæ fiunt & quæ successu fiunt, in diariis suis, quoad maximas minimas circumstantias notarent, atque cum publico communicarent, quæ non solum, quid nunc fieri soleat, constet, verum etiam defectus, si qui adfuerint, appareant, ipsisque medela quæri possit. Præstitit id ob prudentiam militarem per Galliam, Hollandiam & Germaniam famigeratissimus Goulon, dum ex locorum obsidionibus & defensionibus, quibus interfuit, regulas præceos offensivæ & defensivæ condidit, eamque tam accurate, tam plene descripsit, quam factam antea non est. Gratum igitur hunc laborem fore tum illis, qui Artem, quam vocant, Fortificatoriam, alios edocent, tum iis, quibus arma tractare volupe, admodum

G g 2

uti-

utilem, nulli dubitamus. Specialiora non addimus. Quod si enim integrum oppugnandi & defendendi processum exponere, liberet, toti exscribendi essent commentarii. Cur vero unum aliquod reliquis præferatur, ratio apparet nulla.

*FUNDAMENTA JURIS NATURÆ ET GENTRUM
ex sensu communi deducta, in quibus ubique sacernuntur prin-
cipia honesti, justi atque decori, cum adjuncta emendatione
ad ista fundamenta Institutionum Jurisprudentiæ
Divinæ, in usum Auditorii Tho-
masiani.*

Halæ, apud. viduam Christophori Salfeldii, 1705. in 4to.
Constat. 1. Alph. plag. 2.

Duo sunt, quæ in veritatis inquisitione plerosque remorantur, auctoritatis & philantias præjudicia, quorum illud efficit, ut ab aliis tradita cæco impetu amplectamur, & antecedentium sequamur gregem; alterum ut nostris opinionibus tenacissime in hæreamus, easque acerrime defendamus, non quod veriores eæ sint nobis, sed ne nos a vero aliquando aberrasse videamur. Ab utroque omni tempore sedulo sibi cavendum dixit Celeberrimus Thomasius, ac non a communibus modo hypothesebus sapius, sed a suis quoque placitis, recedere haud dubitavit, quoties cogitationes posteriores priores reddiderunt dubias. Eidem iis, quæ diximus, nisi alia recentissima, imprimis Thomasiana opuscula conciliarent, vel sola hæc Fundamenta J. N. & G. facere possent, in quibus id omni opera, omni ingenio, egit Vir. Constantissimus, ut ex communi potius sensu & rationis ductu, quam ex suis aliorumque principiis, naturam honesti, justi atque decori exponeret. Quin & uti in Institutionibus Jurisprudentiæ Divinæ a plerisque Juris Naturalis Interpretibus recessit, ita in hoc opusculo a se ipso sæpius dissentit, atque eæ, quæ antea scripserat, ad ista Fundamenta emendari jubet. Hinc in capite proœmiali fatetur, se hactenus cum Grotio & Pufendorffio laborasse eo præjudicio, ut hominis naturam ex aliorum opinionibus, non ex sollicita ipsius consideratione æstimaret, ac in Jurisprudentia Divina a se edita gravissimum

sum retinuisse errorem de imperio intellectus in voluntatem, ex quo necessario flueret, homines ejusdem omnes esse naturæ, ut alias corporum naturalium species infimas, quod non minus erroneum esse monet. Sed & hactenus Legem Divinam Naturalem pro Lege proprie sic dicta a se fuisse habitam, cum non nisi laxius ita & improprie appellari possit, poenasque divinas ab humanis antea se non satis secrevisse, cum tamen illæ naturalem prorsus cum ipsis vitiosis actibus connexionem habeant. Jus Divinum universale positivum quondam se primum stabilivisse, sed & idem primum se iterum destruxisse; adeoque emendatione indigere plerasque positiones, quas olim huic hypothese superstruxerit. Sequitur *Lib. I cap. I* de natura hominis morali, ubi observat Excellentissimus Autor, sedem voluntatis in corde, intellectus in cerebro esse constituendam §. 15. Voluntatem esse concupiscentiam cordis, conjunctam semper cum cogitatione intellectus §. 35; eandem cogi posse a rebus aliis ipsam excitantibus, ab intellectu non æque §. 50. & 66; unde nec primi motus seu conatus voluntatis imputari possint, quia ipsa voluntas haud sit spontanea §. 72. Eandem normam intellectus sequi posse negat, cum judicare ea nequeat, utrum intellectus rectus sit an corruptus §. 97. Diversam hominis ac reliquorum animalium naturam §. 101. seqq. prolixè exponit, cum ex actionibus naturalibus unius vulpis aut simiæ de omnibus ejusdem figuræ judicium ferri possit, in homine ab uno ad reliquos inferre non liceat; hinc cæterorum animalium facies simillimas, hominum dissimilimas esse, ex quo de diversis eorum affectibus & passionibus constare cœnet. *Cap. 2.* de passionibus animi agit, ubi tres primarios affectus, voluptatem, ambitionem ac avaritiam, spem vero, metum, tristitiam & gaudium passionès animæ ortas ex sensu potentia alterius adjuvantis, vel impediens, esse statuit. Inquiri in naturam metus & spei, expenditque diversum affectuum primariorum habitum doctrinamque de imputatione longe aliter, quam communiter quidem fieri solet, tradit. *Cap. 3.* varios hominum mores & bona explicat. Illos in bestiis negat variare §. 1. in homine tamen variare statuit; quia homines non eandem habeant essentiam, ac longe magis inter se quam canis a cane.

differant §. 11. Hinc de origine præjudiciorum differit, ac tandem naturam ac indolem divertam hominum ex diversis passionibus eorumque commixtione oriundam perscrutatur. *Cap. 4.* normam actionum humanarum constituit duplicem, consilium & legem. Consilium neminem nisi sapientem posse præstare, paucos autem esse sapientes. Minus vero recte vulgo dici, consilium non habere vim obligandi, cum obligatio nihil aliud sit, quam inclinatio voluntatis per metum injectum & suscitaram spem. Quod æque præstare possit sapiens, quam Princeps. Eleganter hoc loco officia Doctoris & Principis inter se confert Vir Celeberrimus, & utriusque characterem esse statuit voluptatis ac ambitionis mixturam, Doctoris si voluptas, Principis si ambitio aliquantulum emineat §. 84. *Caput V. de Jure Naturali & Gentium* agit, voces legis & obligationis expendit, quas alio plane Thomasius sensu accipit, ac vulgo usurpari solent. Deum dicit a sapiente rectius ut doctorem concipi, quam ut legislatorem, magis ut patrem, quam ut dominum §. 40. 41; ex hoc fluere, Jus Naturale esse etiam respectu Dei immutabile §. 44. ac actus, circa quos Jus Naturæ versatur, recte per se dici malos aut bonos §. 52. Tandem *6. Cap.* in principium Juris Naturalis & Gentium inquirat, ac rejectis aliorum sententiis, etiam ipsa socialitatis custodia, quam alias defendit, hoc subijcit Juris Naturalis perspicuum, adæquatum & unicum fundamentum: ea esse facienda, quæ vitam hominum reddant maxime diuturnam & felicem, felicissimam autem vitam esse, quæ & maximam laudem mereatur, & suavissime transigatur, & omnium rerum gaudeat sufficientia §. 29. Subijcit peculiariter honesti, justii & decori principia, quæ his propositionibus continentur: quod vis, ut alii sibi faciant, tu tibi facies: quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris: quod vis, ut alii tibi faciant, ipsis facies. Ultimum hujus libri caput normæ applicationem adjicit, in quo de præmiis & pœnis Autor differit, ac imputationem actionum moralium non tolli, licet quis voluntati libertatem omnino denegat, prolixè tuetur. Atque ex his L. B. conijcere poterit, quam diversa hæc philosophandi ratio, quam aliena principia sint ab iis, quæ olim in Jurisprudencia Divina Consultissimus Thomasius asseruit. Unde Librum II. & III. ex his principis emendavit, ac

pas-

passim immutavit. Sed hæc singula, qui cupit cognoscere accuratius, ipsa Fundamenta hæc cum Jurisprudentia Divina Excellentissimi Autoris conferat: nos enim instituti nostri ratio ulterius progredi non permittit.

ANno MDCCVI. d. 6. Martii Collegam (nam & suam subinde symbolam ad hæc Eruditorum Acta contulerat) non sine more amissimus, Virum amplissimum atque literatissimum, *Christianum Grybium*, Gymnasii Magdalenæ, quod Uratislavia Silesiorum floret, Rectorem, Professore atque Bibliothecarium Clarissimum. Natus is erat Fraustadii Polonorum d. 29. Sept. A. MDCXLIX. Patre scriptis meritisque nobilissimo, *Andrea Grybio*, Provinciali Ordinum Glogoviensium Syndico, Polyhistor, Oratore atque Poeta, in lingua præsertim vernacula, maximo. Quem cum adolescentulus amississet, primum Gymnasii Gothani alumnus, postea Jenensis atque Argentoratensis Academia civis factus est; unde in patriam redux, Uratislavia anno MDC LXXIV in Gymnasio Elisabethano Græcæ ac Romanæ Eloquentiæ Professor declaratus, A. autem LXXXVI. d. 8. Augusti alterius Gymnasii, quod Magdalenum dicitur, Rector atque Professor, ac deinde etiam A. MDCIC. Magdalenæ Templi Bibliothecarius constitutus est. Vir de omnibus, quas ornaverat, partis optime meritis, disciplinæ scholasticæ vindex aterrimus, historiæ vero, multarumque Orientis ac Occidentis linguarum callentissimus. Cujus de Ordinibus Equestribus, (*Ritter-Orden*) compendiarie narratio A. M. DC XCVII, Sylvæ item Poeticæ, (*Poetische Wälder*) sequenti anno Lipsiæ typis exscriptæ fuerunt. Cæterorum, quæ præ manibus habuit, operum prælo quædam parata sunt, quædam vero tantum adfecta, & novimus certo, Virum doctissimum in recensendis *Biographiis*, sive catalogo illorum, qui vitas ipsi suas scripserunt, in enarrandis *Pœsis Purpuratis*, *supplendisque Litteratorum infelicium indicationibus*, *Lectionibus item sacris*, *Actibus insuper Dramaticis, Orsionibus & Poematibus* scribendis multum temporis impendisse. Tanti Vici ex apoplexiæ impetu mortui jacturam, cui in Græcis

pa-

parem hodie vix habuit Silesia, Uratislavienses Musæ acerbissime lugent, atque ipsum etiam inter Litteratos infelices ideo referunt, quod conjugem ultra XIV annos adversa valetudine conflictatam viderit, filium autem paterni nominis & virtutis æmulum non habuerit, unica filia, quæ Viro Clarissimo, Joanni Theodoro Leubschero, Gymnasii Magdalenzii Professore, in matrimonium elocata est, hærede relicta.

LIBRI NOVI.

- J**ohannis Gersonii Opera omnia, novo ordine digesta & in V Tomos distributa, ad MSos codices quamplurimos collata, & innumeris in locis emendata, quadam etiam nunc primam edita: quibus accessere Scriptorum quorundam coetaneorum tractatus; nec non monumenta omnia ad causam Johannis Parvi pertinentia. Studio Lud. Ellics du Pin. Antwerpia, sumptibus Societatis, 1706. fol. Tomi V.
- S.** Gregorii Magni Opera omnia ad MSos codices emendata, aucta & illustrata studio Monachorum Ordinis S. Benedicti, Parisiis, sumptibus Claudii Rigaud, 1705. Tomi IV. fol.
- A**uli Gellii Noctium Atticarum Libri XX cum Notis perpetuis Joh. Friderici & Jacobi Gronoviorum &c. Lugd. Bat. apud Cornel. Boutensteyn & Jo. de Vivie, 1706. 4.
- B.** Dn. W. A. Lauterbachs Juri Collegii Theoretico - Practici a Libro XX Pandectarum usque ad Digestum Novum, Pars secunda. Tubinga, apud J. G. Cottam, 1706. 4.
- B**althasaris Bebelii, Ecclesia Antediluviana. Argentorati, apud J. R. Dulfheckeram, 1706, 4.
- J**o. Henr. Maji Oeconomia temporum Veteris Testamenti. Francofurti ad Manum, apud J. M. a Sande, 1706. 4.
- J**oh. Nicolai Libri IV de Sepulchris Hebræorum. Lugd. Bat. apud H. Teering, 1706. 4.
- C**onstitutiones de Jurejurando ex R. Mosis Maimonidis Opere תוספתא דיין dicto Latine reddita & notis illustrata a Justo Christoph. Dithmaro. Lugd. Bat. apud Cornel. Boutensteyn. 1706. 4.

** ** *

ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsia

Calendis Junii Anno M DCC VI.

**SAMUELIS BASNAGII ANNALES POLITICO-
Ecclesiastici. Tomus tertius.**

Roterodami, apud Regnerum Leers, 1706. in fol.

Alphab. 10 $\frac{1}{2}$.

Postquam tomum Annalium horum secundum nupere
mense Martio p. 128 sq. recensitum dedimus, ad tertium,
denique, eumque ultimum, nunc pergimus, qui Seculum
ante omnia *quartum*, quod præcedens jam ultra dimidium
perlustraverat, absolutum exhibet, & per *quinum* atque
sextum pergens, in *septimi* initio subsistit.

E *quarto* Seculo (cujus memorabilia, in secundo tomo ad-
ducta, nostra in relatione præterimus, ne nimis hæc excresceret,) pag. 3. sq.
sequentia notamus. Lampfacenam Synodum anno 364 alligat, &
eam ex Orthodoxarum classe eliminat, cum de Spiritus Sancti di- 5.
vinitate male in eadem constitutum fuerit. Apollinaris hæresin,
dum considerare aggreditur, autorem omnino fuisse Episcopum,
atut secus visum fuerit aliis, pronunciat. Damasi, Pontificis, lu- 13.
xum exagitat, sed & affectas ei epistolas explodit. Casario, fra- 14. 21.
tri Gregorii Nazianzeni, Dialogos, qui ejus vulgo nomine ornan- 23.
tur, abjudicat. Gangrensem Synodum A. 369 coactam videri 24.
affirmat, & Eustathium, qui ei ansam præbuerit, a Sebasteno di- 26.
versum facit, neque tamen, ut vellet Baronius, ejus loco Euta- 30.
stium nominandum esse concedit. Vita a Basilio M. tractatæ
breviarium accuratum sistit, interque alia, utrum Diaconus fuerit?
addubitat, Episcopatum vero eundem anno demum 371 obti-

Hh

nuisse,

33. nuisse, tradit. Melaniam Consulari sanguine procreatam celebrat.
37. Athanasii mortem in anno 373 collocat, & librorum ejus proli-
41. sq. xam chronopoein nectit. Circa Gregorium Nazianzenum, ejusque
46. 47. vitam diu occupatur. Nec Epiphanius Anabaptique deprimunt.
50. Duas simul uxores Valentianarum habuisse negat, eumque non-
51. nisi defuncta Severa, Justinæ nuptias adeptum fuisse perhibet.
- Ephremi ubi meminit, canticis præsertim sacris Ecclesie ipsum
- non minimum profuisse observat. Ante Ulfilam nullum in lin-
- gua vernacula Scripturarum Gothicis usum fuisse, creditu censet
- difficillimum, quandoquidem illi jam A. 339 Episcopum suum
- ad Nicænam Synodum ablegarint. Id ergo potius verosimile
52. arbitratur, Ulfilam vel partem Bibliorum aliquam, nondum Go-
59. sq. thice versam, in hanc linguam transfudisse, vel novam sane
- translationem adornasse. Vitæ Hieronymi imaginem cum cura
- repræsentat. Diodorum Tarfensem a culpa, quod fons Nesto-
61. rianismi fuerit, liberare contendit. Aschaliæ Theoplogetes-
67. sem a pietate sua celebrat. Basilium M. & Ephremum, qui prio-
70. sq. rem cantu velut cygneis dilaudarit, eodem anno, nempe 390 obi-
73. isse memorat. Cæsar-augustanam Synodum damnandis Priscil-
75. liani erroribus congregatam describit. Damasi autoritate Syn-
80. odum Constantinopolitanam A. 381 coactam inficiatur, & in ea
- non septem, sed tres duntaxat Canones conditos fuisse statuit, &
80. inter hos secundum, qui Episcopo Constantinopolitano primatum
- post Romanum Episcopum conferat, quem alii quidem frustra
87. pro commentitio venditare satagant. Fabulam, qua nonnulli de-
- lectentur, asserentes, Hieronymum ad Cardinalis apicem Romæ
- a Damaso evehctum fuisse, ridet. Hieronymum frequentiore
97. & Allelujah usum Romæ introduxisse, non abnuat, & varia de vo-
- cis hujus ortu, usuque tam publico quam privato commentatur.
98. Libri Pontificalis autorem esse Damasum, nulla ratione concedit.
104. Gervasium & Protasium, novos sanctos, ad Ambrosianam ætatem
112. usque profus incognitos nuncupat. Hymni, *Te Deum laudo-*
121. sq. *mus*, autor ut incertus sit; sic certum, quod is Ambrosii non sit,
- pronuntiatur. Circa Theodoretæ narrationem de Theodosii absolutione,
- dubia nonnulla movet. Legem Theodosii adversus mulierum
123. rasuram latam comprobat. Gregorii Nazianzeni Testamentum
- pro

pro sincera ut agnoscat, induci non vult. Caput Johannis Baptistæ à Theodosio translatum fuisse, non agnoscit. Publicanum Nectarium penitentiam exinxisse, errorem Petavii immanem, tantoque viro indignum appellat. Graves esse dubitandi de veritate Canonum CIV Synodi Carthaginensis quartæ rationes judicat, istosque Canones universos atque singulos recenset, & præter alia Canones, qui mulieribus ministrandi baptismi facultatem negat, cum Latinorum disciplina aperte pugnare observat. Cœlestis Deæ templum Carthagine in Ecclesiam mutatum dum allegat, quænam sit cœlestis illa Dea? dispicit, & eandem Lunam esse affirmat.

Sachluz *quintum* ingressus, circa Synodum ad Quercum, Chalcedonis suburbium, habitans, aliquandiu detinetur. Chrysofostomi ad Papam Innocentium provocacionem emergat. Unitatis Catholicorum cum Donatistis faciendæ rationem A. 405 susceptam, nec rectam fuisse, nec laudabilem autumat. Translationem reliquiarum Samuelis A. 406 factam, religionis quidem ex amore mansisse concedit, verò tamen sapientiæ expertem dicit. Vigilantiam, cujus famam misere laceravit. Hieronymus, Gallum confutit, & in causam Hieronymiani adversus eum odii inquirat. Chrysofostomum annos natum sexaginta A. C. 407 excessisse, notat. Cocicolas pro mediis inter Christianos & Judæos habet, qui ceremoniarum utriusque religionis mixtura unum Deum coherant, addito novo baptismo. Palladium, Dialogi de vitâ Chrysofostomi auctorem, non discriminat ab alio, Historiæ Laufiacæ conditore. De Felice ad Nolanos obsessos post mortem invisente, valde dubitat, & hac occasione de beatarum animarum in terris reditu, sibi non satis verosimili viso, confessionem edit. Ut, pravis licet adhuc opinionibus imbutus, sacris tamen undis ablueretur, & ad Episcopatum promoveretur Synesius, partim ejus eruditionem probosque mores, partim virorum, qui Episcopatu digni fissent, penuriam, partim spem, quam de candido Synesii pectore in Christi religionem propendentis Theophilus conceperit, effecisse monet. Synesii verò Chirographum, in Evagrii sepulchro repertum, nullius dicit esse ponderis. Quod primum Bræacense Concilium putatur, pro figmento habet. Pelagium hæreticum ab aliis eodem

pag. 125.
128.
131.
163.
165.
171.
197.
204.
214.
215.
217.
220.
230.
234.
237.
240.
241.
252.

255. dem nomine insignitis, & cum isto confundi solitis, *studiose distinguunt*, ejusque non minus ac Coelestia dogmata perpendit. Lacciani de Reliquis Stephani relationem confutat. Errores Pelagii ad tria potissimum capita reducit, utpote quando asseruerit: gratiam hominum meritis a Deo tribui; mortales, dum corpore utuntur, immunes peccati esse posse; infantes vitii originalis peccati in lucem emitti. Milevitani quod ullos in Pelagium canones ediderint, haud largitur, at Carthaginenses tales in eundem strinxisse concedit. Nestorium ab haeresi, duas in Christo personas efficiente, liberum pronuciare nititur. Vincentium Lirinensem, qui & Commonitorium & Objectiones condiderit, Semi-Pelagianorum huc afflatum sistit. Prosperum Aquitanicum Laicorum, quam Episcoporum, numero inferre mavult. Sedulus nam presbyter fuerit? in medio relinquit. Socratis Historiam a labe Novatianismi purgat. Ex Leonis Epistolis tres ipsi objudicat. Quibus gradibus ad Metropolitanam auctoritatem Arelatensis Praefatus ascenderit, declarat. Quod Paschae Pentecostesve feriis baptismus ab Apostolis affixus fuerit, inficiatur. Comanicentum, quod raptus in caelum puer ex eo trisagium attulerit, explodit. In Petro Chryfologo ea, quae hoc cognomen mereantur, desiderari ostendit. Synodum Chalcedonensem a Marciano, non a Leone, coactam ait, praesidesque illius in Politicos & Ecclesiasticos distinguit, ac post ejusdem acta latius exponit, Canones item recenset, aliaque huc pertinentia. Rogationum institutionem Maimerto Viennensi adjudicat. Occasione legis a Leone factae, qua confugis ad Ecclesiam asyli jus assertum fuerit, de ipso hoc asyli jure generatim differit. Praedestinatianorum haeresin commentum appellat, ex Augustini doctrina deductum. Zenonis Henoticum haud improbandum censet. Epistolas Graecas Leonis Romani inter fignenta rejicit. Synodum Constantinopolitanam, quae in Gnaephenn ab Acacio directa dicatur, subditam vocat. Acacium nulla haeresis contagione pollutum credit. Chartae purae ut inscriberetur ab angelo successoris Acacii nomen, Zenonem optasse haud putat. Gelasium Papam non pro Afro, sed pro Romano venditat. Columbam ad unguendum Chlodovzum ampullam attulisse, sibi minime persuadet. De Autore decreti circa libros apocryphos pendet animi,
- Gela-

Gelasiusne is an alius, dicendus veniat? At iis, qui librum de duabus naturis Gelasio evellant, prolixè respondet. pag. 595.
596.

Sed pergendum nobis est ad *sextum* Seculum, e cujus memorabilibus hæc in Specimen libamus. Græculos cum suis de Anastasio Imperatore fabulis valere jubet. Adversa Bœthii fata la- 642
tius recenset, eumque non gladio, sed fustibus, occisum narrat. 668.
Theodoricum a Johanne Papa & Symmacho in *estam* Vulcani 675.
jactatum ridet; Johannem vicissim Papam in carcere obiisse docet, 677.
ejusque Epistolas pro genuinis agnoscere detrectat. Justinianum 680.
analphabetum vocari, nullus patitur. Vigili ad Patriarchas epi- 735.
stolam, genuinum esse Autoris factam contendit. Ejusdem Vi- 747.
gili a Pontificatu abdicationem, meram censet fabulam. Festum 752.
Purificationis Justiniano deberi autumat. Miracula a Gregorio M. 756.
narrata occasione Totilæ rejicit. Benedicti, patris monachorum 760.
celeberrimi, miracula mendaciis accenset, inque eandem classem 763.
& miraculam a Christi imagine in Edessæ obsidione petratam se 765.
conferre jubet. Librum Justiniani in tria Capitula non amplius 906.
extare, & in scriptis Justiniani frustra quæri innuit. De institutis
a Gregorio M. Litaniis, deque confecta ejus ad Pontificatum evi- 910.
tandum fuga, & de antiocho Bituricensi, pro Christo se venditan- 914.
te, quæ commentatur, notata digna omnino sunt. Cosroën.
Christiansen factum, hæud existimat. Privilegium S. Medardi 923.
no-dias insinuat. Circa Pallii usum & naturam describendam
paululum occupatur, cum ejus in Historia Ecclesiastica mentio
frequenter admodum occurrat. Gregorianam Augustini, Ro- 931.
mano Gregorii monasterio præfecti, & sociorum in Angliam
missionem statuat.

Ex *Seculo septimo*, cum annum modo primum & secundum
strictim persequatur Noster, vix est, ut quicquam huc transfera-
mus, nisi forsitan Mauritiæ cædem, & Phocæ inaugurationem, inter
notabiliora horum temporum referre quis voluerit. Optamus au-
tem, ut parili cum industria & Seculorum subsequentium histo-
riam, ecclesiasticam cumprimis ac literariam, illustratam Autor
Eruditissimus nobiscum posthac communicare dignetur, viresque
animi & corporis, arduæ huic provinciæ feliciter ornandæ idoneas,
eidem serio apprecamur.

AULI GELLII NOCTIUM ATTICARUM LIBRI XX, prout super sunt, quos ad libros manuscriptos novo & multo labore exegerunt, perpetuis notis & emendationibus illustraverunt JOHANNES FREDERICUS & JACOBUS GRONOVII. Accedunt CASP. SCIOPPII integra m. manuscriptorum codicum Collatio, PETRI LAMBECCII Lucubrationes Gelliana, & ex LUD. CARRIONIS Castigationibus utilia Excerpta, ut & selecta variae Commentaria ab ANT. THYSIO & JAC. OISELIO congesta.

Lugduni Batavorum, apud Cornelium Boutestein & Johannem du Vivie, 1706. in 4to. chartæ augustæ.
Constant 5 Alph. II plag.

NOva hæc A. Gellii editio omnibus, quæ antecesserunt, jure meritoque præferenda est. Multi quidem præstantissimo huic Auctori manus admoverunt, sed nemini res felicius cessit, quam post labores diuturnos clarissimis Viris, vtrique Gronovio, Patri atque Filio. Qui olim Gellium recensuerunt, aut aliquid in ipsum meditati sunt, quanquam multorum lucubrationes, abruptæ fatò, in lucem non prodierunt; hos post præfationem clarissimus Editor enumerat, quos inde repetere superfedemus: nec vero facile inventum aliquid admodum insignè fuit, antequam Salmasius primum, deinde Lambecius Bibliothecæ Parisiorum Regiæ antiquum optimamque codicem cum editis exemplaribus contulerint. Seculi, quod nuper finivimus, annus circiter quinquagesimus erat, cum Vir summus Jo. Fridericus Gronovius animum ad novam Gellii editionem applicaret: sed tarde opus processit, & plurimum temporis in apparatus veterum librorum, unde opem vulneribus hujus Auctoris, temporum inflictiis injuriis, adferret, extractum fuit. Nihilominus otii sui horas etiam Gellio impendit, sæpe tamen revocatus ad alia scribenda, in quibus expeditius verlabatur, quam in auctore tam multis locis describentiam incuria, vel audacia etiam, depravato. Totam historiam, quantam ex relictis a Patre subsidiis ac chirographis cognovit, clarissimus Filius in præfatione exposuit. Primo Gryphianum librum ipse Pater,

cum

cum juvenis esset, variis lectionibus ex aliquot codicibus, per notas signatis, quos Memmii & Chifletii fuisse conjicitur, oneravit, a libro IX usque ad finem operis. Deinde in manus venit collatio duorum Regiæ Bibliothecæ codicum, quos instar omnium esse noverat, vel a Salmasio, vel a Lambecio instituta, quo thesauro lectatus, nec dum vero publicavit, sed alia tempora, dum plura inveniret, opperiri maluit. Accesit Joh. Schefferi MS. codex, quem a Berneggerianis hæredibus dono acceperat, non quidem antiquissimus, membræctus tamen, & qui nonnullis locis lucem adferret. Bernardus quoque Rottendorffius vetustum codicem MS. & forte etiam primam editionem Romanam (nam utrumque promiserat) suppeditavit, unde in Notis sæpe *Rott.* conspicitur, quo hic liber vetus indicatur. Denique ad eum venit editio, continens Ascensiana scholia cum Ægidii Mascerii & Petri Mosellani adnotatis, quo exemplari Henricus Stephanus usus, oram ejus passim conscripserat. Hunc librum, uti adscriptum erat, cum duobus codicibus Regiis Bourdelotius contulerat, etiam cum MS. Frederici Morelli. His instructus subsidiis pater Gronovius, Gellianam, quam tot annos meditatus fuerat, editionem denuo aggressus est, & licet tres collationes cum Regiis codicibus haberet; fuerunt tamen non pauca, de quibus amplius dubitaret, quos scrupulos per Filium, qui tum Parisiis agebat, antiquissimi codicis nova evolutione sibi eximi feliciter curavit. Cum sic omnia adessent, quæ desideraverat, & ipse jam strenue in emendando & illustrando pergeret, mortalitate interceptus fuit, postquam vix decimum librum absolverat.

Interea Antonius Thyfius Gellianas Noctes properabat edere, sed cum undecimus imprimeretur liber, fato & ipse præventus est, neque plura in schedis, quam pro libro duodecimo, reliquit. Pertextit telam Jacobus Oisclius, & quo filo cœpta erat, eodem, id est sine cura critica, continuavit. Sic prodiit Gellius A. 1666, nitidus sane externa forma, & multis onustus adnotationibus, non autem sanatis, quæ intus latebant, vulneribus quamvis titulus *accuratam recensionem* prædicabat. Nec meritis Auctori huic editione Parisina Jacobi Prustei A. 1681 et consultum fuit; quia præstantissimum Bibliothecæ Regiæ codicem, unde ta-

lus

lus Gellio ab aliis petita est, ne inspexit quidem, ubique vulgatos libros secutus. Multum in utraque editione desideravit, Gronovius filius, eaque re inductus, boni publici causa, Parentis labores Gellianos, quamlibet imperfectos, A. 1688 publicavit, ut omnibus probaret, qua cura & studio hic Auctor tractandus ei esset, qui novam eamque meliorem editionem velit procudere. In præfatione, tam hujus quam novissimæ editionis, exemplis monstravit, quam parum purgatæ superiores, quas diximus, editiones sint: verbi gratia II, 22 Præfatus *meridionalem venimus cum vulgaribus libris retinuit*, cum ex Regio dudum ostendisset Salmasius, *meridionalem* legendum esse, quod Gronovius pater ex Rotendorniano confirmavit.

Defuncto Patre Filius non festinanter, quæ reliqua erant, continuavit, sed caute & circumspicte, ut decet in edendis libris, egit, dum plura colligeret, quæ ad supplendas Patris schedas, quas pro reliquis etiam libris reliquerat, aliquid adferrent. Opportune autem accidit, ut præter ea, quæ ipse ex Thuaneo codice, enotaverat, doctissimus Frater quoque, ex codice S. Marci apud Florentiam, quædam excerpta, futuræ & pleniori editioni submitteret. Quibus excitatus, maxime autem antiquissimi Regii, quem contulerat, memoria (cujus scriptura in dies, ut suavior molliorque & enucleatior, ad sententiam magis magisque placebat) alacrior factus ad adigendum supplendumque, quæ Pater optimus fataliter abrupta reliquerat, instituit primum eadem via, quam ille inierat, progredi, hoc est emendato textui solas necessarias ac utiles Notas subijcere; sed circumegit eum librarium, quæ nullo consilio vinci potuit, voluntas obstinata, qui Thyfii Oiseliique adnotationes, in quas sibi jus vindicabant, adjungi postularunt. Quibus tandem hæcenus concessit, ut rescicaret superflua & aliena, quæ nihil ad Gellium illustrandum faciabant, quibus sæpe integræ pagellæ in istis commentariis expletæ erant: in eorumque vicem subijceret partim indicia locorum, unde exscripta illa erant, partim Lambeciana repetitu digna, & si quid probabile aut suum Philippus Carolus protulerat. Sic perfectissima hæc editio tandem prodit, quæ Gellii verba emendatissime, quod nunquam ante factum, exhibet, & omnia eo ordine

ne exhibet, quo in vetustissimis membranis visuntur constituta esse: ut primo loco sit ipsius Gellii in suas Noctes Præfatio, quæ perperam in plurimis vulgatis adjungitur extremi libri capiti ultimo, quocum nullam connexionem habet. Deinde sequuntur Lemmata capitum per omnes viginti libros, etiam per octavum, qui deperditus est; cujus argumenta ex hoc Indice licet recognoscere. Postea sunt ipsæ Gellii Noctes Atticæ, in libros distinctæ & capita, & horum singulis suum lemma, ut uno conspectu antea proposita erant, superscriptum est particulariter. Hæc de ordine, qui turbatus editionibus vulgatis est. Singulis etiam paginis subjectæ sunt Notæ Gronoviorum elimatæ & perpolitæ: etiam selectæ aliorum, recisis tamen, quæ nihil ad Gellii integritatem ac explicationem adferunt, aut melius aliunde, indicato loco, haberi possunt. Sequuntur sub calcem, seu post Noctes, notulæ, suspiciones ac variz lectiones, quas ad oram exemplaris sui scripserat Casp. Scioppius usque ad XIV, 4: deinde addenda Notis: tum Indices varii, quorum primus Scriptorum est Græcorum Latino-rumque, quos Gellius laudavit: secundus, Legum & aliorum monumentorum, itemque scriptorum incertorum: tertius, Rerum & Verborum in A. Gellio memorabilium: quartus, Græcarum vocum, quæ his Gellii libris sunt insertæ: quintus eorum est, quæ in Notis illustrantur: sextus & ultimus est Rerum & Verborum, quæ occurrunt in Notis utriusque Gronovii.

MEDITAZIONI FILOSOFICHE, &c.

i. e.

MEDITATIONES PHILOSOPHICÆ BERNARDI TREVISANI, Patritii Veneti. Quibus sequentia tractantur argumenta: I.) de rebus, quod sint, deque earum cognitione nostra. II.) de eo, quod est maximum & absolutum, nempe de DEO. III.) Quod DEUS creaverit mundum. IV.) Quod idem eum regat providentia. V.) Quod homini partem tribuerit immortalem, videlicet animam. Cum dilucido conspectu rerum singulis argumentis præmissis, atque ad intelligendam tractationem etiam atque etiam legendo.

Ii

Ve-

Venetiis, apud Michaelē Hertz, 1704. 4.

Constant Alphab. 6. & 12 $\frac{1}{2}$. plag.

Post Picos, Barbaros, Ficanos, Patritios, ceterosque illos Heroës, præcipuus nostra memoria extitisse videtur in Italia Illustrissimus Trevisanus, qui veterem philosophiæ gloriam sua opera instauravit. Cujus quidem Viri gentem, vitam & institutum, ex *Epistola Nobilissimi Zeni*, superiore anno in his Actis, mense Decembri, pag. 549. & sequ. delibavimus; nunc ipsius Operis, tunc promissi, Volumen I inspecturi. Partes hujus invenimus tres. Quarum prima rerum ac DEI præsertim: existentiam, secunda Providentiam, tertia Animæ immortalitatem comprobat. Quælibet harum partium in sua Argumenta, & hæc in Meditationes tributa visuntur. Argumenta quidem V in unum, ipso Voluminis titulo expressa leguntur. Meditationes autem omnino XXXVI hæc ordine exponunt. 1. Esse res revera existentes. 2. Rerum, quæ sunt, varias nobis innotescere proprietates. 3. Cur multas harum vulgo ignoremus, inque his judicandis hallucinemur? 4. Esse rem unam omnium maximam, atque absolutissimam, DEUM. 5. Stultos esse, qui negant. 6. Quid hæc, Nihil, Vacuum, Chaos, Materia prima significat? 7. Æternitas, Principium, Tempus, quo pacto intelligenda sint? 8. DEUM absolute, atque ut creatorem hujus mundi, considerari oportere. 9. Creationem fieri potuisse. 10. Creationem, positis superioribus, necessariam fuisse. 11. Res non ferri Casu. 12. Non jactari Fortuna. 13. Casus & Fortunæ nomina esse inanità, & causis ignoratis imposita. 14. Nec Fato res disponi. 15. Mentis rationales, uti libera voluntate. 16. Huc semper accedere gratiam divinam. 17. Temperamenta & motus corporum non cogere voluntatem, sed esse causas subordinatas. 18. Tales etiam esse influxus corporum cœlestium. 19. Ejusmodi quoque esse actus Mentium separatarum, quæ Spiritus vel Intelligentiæ dicuntur. 20. Omnia immediate pendere a Providentiâ Divinâ. 21. Quæ ipsa alio modo dirigat mundum archetypum. 22. Alio cœlestem. 23. Alio Elementarem. 24. Quod ad DEUM & Providentiam attineat, non esse rerum parvarum & grandium dis-

distinctionem. 25. Omnia esse bona & iusta. 29. Ideo mala bonorum & prospera impiorum, vel ex finibus incognitis proficisci, vel post hanc vitam compensari. 27. Necessario potentiam quandam superiorem Imaginatione esse. 28. Eam non proficisci ab harmonia partium, e quibus coagmentati sumus. 29. Eandem esse rem incorpoream. 30. Esse rem singulis hominibus propriam, non omnibus communem. 31. Ergo esse posse immortalem. 32. E propriis suis operationibus, intellectu, memoria, voluntate, necessario effici immortalem. 33. Frustra obijci, quod eadem facultas in aliqua parte corporis per dispositiones accidentales agitata inesse videatur. 34. Quod sit hujus potentiae & facultatis vitalis brutorum communis discrimen. 35. Dubitari tamen a quibusdam, possitne dici immortalis. 36. Novis ac gravioribus argumentis probari & demonstratione etiam concludi ejus immortalitatem posse. Conclusio denique ex his positus & confirmatis colligit, hominem obstrictum esse ad dirigendas secundum legem, quae ad vitam futuram accommodata sit, omnes vitae hujus actiones. Haec est quasi facies egregii operis, in quo hunc ordinem servat Illustrissimus Autor, ut singulis Meditationibus primo dubitationem ponat, dein solutionem explicationemque rerum propositarum incisus minoribus distinctam subjungat. Exempli causa: Partis II, quae est de Providentia, Meditatio XV, quae in serie Meditationum omnium XXV fuerat, haec p. 558. & sq. ponit inscriptionis loco: vel non esse malum in mundo, vel a DEO illud non proficisci. Jam incipit dubitatio: *At si DEUS omnia curat, unde ergo ubique tantum mali? Unde, quae potuerat fertilis esse tellus, ea vel procellosis maribus interrupta jacet, vel occupata montibus inaccessis? Quin, pro multitudine plantarum, quae vitae nostrae nihil profunt, atque adeo venenum afferunt, pro tot animantibus infestis & nocentibus fecit, ut terrae mitioribus animantibus habitaretur, plantisque & utilioribus & innocentioribus ornaretur? Caelum cur non semper fundit gratias vicissitudines potius, quam ut tristes saepe ac horridas invehat? Cur tam male lucem suam distribuit & calorem? Quare altero horum magnum mundi nostri spatium incommodum efficitur ad habitandam, altero, per longum tempus lumine privatur diurno?*

Röber. Tole. *Videtur quidem audacius pronunciaſſe Alſonſus Rex, ſe multis modis emendatius ſyſtema hoc cæli conditurum fuiſſe. At in mundo quidem noſtro quis non poſſit cogitare cum ratione tollere res, que ablata incommoda minuerent; addere, que augerent emolumenta? Bene Plutarchus ſcripſit, deliraſſe Sophoclem, cum diceret, quicquid quaritur, licet invenire; ſiquidem revera multa multis deſunt. Nam ſi quis videtur abundare rebus, hæc tamen ipſa agre deſideriis ejus ſatisfaciunt. Atque hujus opulenti loco quos deinde ſunt ita pauperes, ut vix precario gaudeant terra, qua ipſos ſuſtineat, vix anima ſua ducant illam ærem, quem ſuſpirando reddunt. Quid? quod ubique inſidia, undique mors appetit. Id vero unum ex omnibus malis maxime movet, quod plerorumque horum, qua hominum genus affligunt, atque ipſius mortis, que diriffima & intempere ſæpe hominem rapit, ipſe homo adminiſter ſit. Quod ſi nobis res tam malignas immiſit DEUS, jam ne dicatur beneficus? Si ipſe quidem non ſuggeſſit, ſaltem impedire nequit, num feratur omnipotens? Si cum poſſet, non impedit tamen, ergo ne dicatur providens? Hæc dubitatio. Sequitur enodatio. Non audietur quicquam horum, inquit Illuſtriſſimus Treviſanus, niſi ex iis, qui veram rerum naturam ignorantes, quid ſit bonum, diſcernere neſciunt. Nec intelligunt, quomodo a bono ſit diſjungendum malum: quomodo malum ſit diſtinctim conſiderandum, atque a quo illud tandem proficiſcatur. His de rebus eruditi videbimus, vel non eſſe malum in mundo, vel a Deo id non promoveri, ſed permitti, ac permitti quidem non modo provide, verum etiam juſte.*

§. L. - - *A Gadibus uſque*

Auroram & Gangem pauci cognoscere poſſunt

Vera bona;

sic aliquis, etſi præjudiciis idem obtenebratus, ex antiquis. Poſſunt autem in eo aberrare omnes, & aberrant, quotquot a cognoscenda re hac pulcherrima inferiores facultates, quæ admodum contaminate vident, non excludunt. At ſi mens ſola in ſe ipſam intenta exquirat ideas ſuas maxime nobiles, maximeque ſublimis, quid ſit bonum, in præſtantiffima ſua idea percipiet.

II. Ari-

II. Aristoteles, quod hæc non spectaret, in magno hoc co-
 natu sæpe erravit. Dixit *bonum esse, id quod expeteretur*. Ve-
 rum, in ea appetitionum nostrarum multitudine, unanc ad bo-
 num aspirat, an omnes? Si omnes, quam illud bonum erit varium?
 quam instabile? imo quam falsum? Sin una sola, & quæ erit hæc
 tam sana & prudens appetitio? Quis eam in numero tot stulta-
 rum infirmarumque, satis dignoscet? Nec Plato prorsus collinea-
 vit. Cum enim diceret, bonum id esse, quod sibi ex se suffice-
 ret, rem quidem veram dixit, non tamen satis tutos nos reddi-
 dit atque idoneos ad eam discernendam. Campum nobis ape-
 ruit, in quo vagaremur ad bonum illud inventendum metien-
 dumque mobilibus desiderii fictionibus. Non eo tamen minus
 obscure dixit Epicurus. Qui cum bonum voluptate conclusit,
 coegit homines tam varium fingere illud bonum, quam varia sunt
 illa idola, quæ affectus ipsorum confingunt.

III. Sublimium horum ingeniorum decreta facile assensum
 inter mortales invenerunt. Eaque re factum est, ut in consti-
 tuendo bono, contrarioque ejus malo, sæpe aberrarent. Qui cum
 Epicuro bonum in voluptate posuerunt, siquidem nulla voluptate
 perfecte frui potuerunt, quia semper dolor est aliquis admixtus,
 vel incommodum, facile in eam opinionem inciderunt, ut in
 mundo bonum esse negarent, inque eo ipso, quod boni nomi-
 ne diceretur, omni defectum inesse, affirmarent, quem nos *ma-
 lum natura* dicimus. Cum Platone qui bonum fecere id, quod
 sufficeret, postquam intellexerunt, quod nihil homini suffi-
 ceret, siquidem belluo plus quam satis est desiderat; hinc fa-
 cile concluderunt, amissum esse bonum, ejusque loco inductum
 illud malum, quod *culpa* nomine appellamus. Denique qui
 cum Aristotele senserunt, bonum esse id, quod peteretur, cum
 vidissent, hominem semper, Tantali sitientis instar, habere appe-
 titiones insaturabiles, existimarunt, vel nondum natum illud ve-
 re bonum, vel extinctum jam esse, & *malum pena* lamentati
 sunt. Equidem mihi h. l. putabo licere, tribus his opinionibus
 neglectis, meam stabilire sententiam, vel nulli vel paucis tracta-
 tam illam quidem, attamen veram.

IV. Plotinus, me iudice, in paucis fuit, qui proxime ad ve-

Enn. 6.

ram Boni doctrinam accederet. Bonum hujus mundi ait aliud esse nil, nisi participatum, de primo absolutoque Bono. Et tamen idem ipse, qui rivulum cognoverat, ad fontis cognitionem non aspiravit. Bonum quidem vidit quid esset, ipsum autem bonum non vidit; vel, ut dicam apertius, ad cognitionem boni restricti pervenit, non absoluti.

V. Bonum absolutum solum in DEO, vel solus ipse DEUS est. DEUS est, in quo & esse & velle & sapere absolute fixum hæret; in quo amor est infinitus & potentia non circumscripta. In rebus cæteris tantum inest ex his attributis, quantum illæ ad DEUM accedunt. Possunt accedere ad eum multum, & in multis eum partibus imitari: possunt etiam minus accedere, imitarique eum tantum in aliquibus. Verum in aliquibus horum attributorum debent eum necessario imitari omnes, ut aliquam proprietatem habeant, seseque a nihilo, quod omni proprietate caret, distinguant. Jam quo majoribus proprietatibus res a nihilo sese disjungunt, hoc pluribus gradibus ex a malo, quod in ipso nihilo est, recedunt, seseque ad similitudinem DEI, in quo bonum omne conjunctum est, elevant. Non possunt existere res, quin imitentur eum existendo, & consequenter bonæ sint. Quod si dein tam bonæ non sunt atque hoc ipsum est, quod absolute bonum pronuntiamus, inde proficitur, quod res nulla creata possit illud parte minima æquare. Atque etiam si res ne inter se quidem sint æquales, tamen bonæ dicendæ; siquidem disparitas illa plane necessaria est, propterea quod vicissitudini & motibus ex subjectæ sunt, in quibus actio consistit ipsarum, vel, ut ita dicamus, individualis singularum actualitas.

VI. *Res, quibus ornate totus componitur orbis,
Æternum Numen condidit ante bonas.*

Ipsæ, qui summe bonus est, non poterat creare nisi res bonas. Bonitatem tamen perfectam, quam idem in se ipso conservat, liceat mihi audacius loqui, non poterat dare creaturis. Ponamus, cum omnibus bonitatis maximum gradum tribuisse; quid fecisset aliud, nisi, ut se alterum produceret, qui non potuisset ab individua ejus unitate essentiaque seungi. Quod si ergo voluit aliquid a se foras diffundere, si voluit res in tempore creare, de-
bu-
t

buit illas repræsentare cum aliqua scintilla luminis a se reflexi super nihilum, ideoque eam aliqua cujusdam suarum proprietatum imagine; ut hoc pacto daret nihilum & existentiam & proprietatem. At integrum lumen, totamque suam similitudinem nunquam potuit ei concedere. Quia nec erat nihilum idoneum ad eam sustinendam, nec locus aptus ad eam recipiendam, nec tempus sufficiens ad mensurandam, nec DEUS ipse poterat eam a sua essentia sejungere. Hæcenus Illustrissimus Trevisanus.

Reliqua quæ sequuntur hoc initium solutionis propositi, brevitatis studio non attingimus, contenti operis eximii, tanquam epularum instructissimarum gustum quendam præbuisse nostro Lectori. Quod ipsum certe opus tanta doctrinæ & copia & varietate conscriptum est, ut mirari liceat, pene omnes & veteres & recentiores Philosophos quasi in unum hortum invitatos ac conductos. Neque enim solum hic Platonem, Aristotelem, horumque Commentatores Græcos, Latinos, præcos, novos, videas, verum & Cartesium, Gassendum, Malbrancium, Hamelium, imo Theophrastum ipsum Paracelsum, Robertum Fluddum, Ebræos item doctores, & quicquid fere ubique est nominis philosophi. Ac principio quidem operis, Cartesii rationem Autor secutus videtur, in primis ideis ex animo, in quo infitas esse docet, eruendis. Quas quidem ipsas, primas nempe omnium ideas, has facit, existentia nimirum, & unitatis, & bonitatis. Quibus dein eas, quæ sunt infinitatis, quantitatis, temporis, motus, loci, & cæteras corporum, facile annectit. In fine autem operis, Pythagoreos maxime imitatus videtur; ita multus est in mysteriis numerorum indagandis, evolvendis. Ut cujusvis sectæ Philosophus & Theologus, & Jurisconsultus & Medicus, inveniat, quod discat aut probet. Unum optamus, ut operi præstantissimo, cujus hoc primum modus est, ex octo voluminibus, index accedat rerum saltem memorabilium. Nam de emendatiore quidem typographi cura, præsertim in Autorum, Ebr. Græc. Lat. locis describendis, ipsum operarium, directorem deinceps provisurum speramus.

DISQUI-

DISQUISITIO DIOPTRICA DE CURVATURA


Radiorum visivorum atmospheram trajicientium, cui accedit in-
definita Sectio angularis ope Tangentium & Secantium.

Auctore JOHANNE HER-
MANNŌ.

Basilea ad Aëtorum Collectores transmissa M. Aprili 1706.


POSTquam Astronomis innotuit, radios lucis per atmospheram transeuntes varie refringi, & sidera quæque verticali puncto non nimium vicina longe quam par sit altiora apparere, singulari cura & diligentia in experiendis & stabiliendis Refractionis legibus incubuerunt æquidem, sed omnem incertitudinem nondum sustulerunt. Nam materię hujus difficultas tantas & tam varias inter insignissimos nonnunquam Astronomos peperit contentiones, ut Refractionis doctrina inter difficillimas astronomię numerari merito possit. Si atmospherę nota esset densitas in data quavis a tellure distantia, aut densitatum proportio certa & constante ratione cresceret aut decrederet, ex facili radiorum visivorum atmospheram trajicientium curvaturam describere liceret, ejusque beneficio optimę refractionis Tabulę in Astronomicos usus sine magno labore adornari possent. Sed quia aer diversis temporibus in eadem a terra distantia diversę deprehenditur esse densitatis & constitutionis, propter varias in eo irregularitates & accidentia, ut vapores modo plures, modo pauciores, aut varios tum caloris tum frigoris gradus in eodem aere productos, ex quibus satis patere arbitror, nihil difficilius, si non prorsus impossibile esse, quam talem assignare curvam, quę omnes aeris densitates in diversis a terra distantis constanter referat.

Celeberrimus Dominus De la Hire Regię Paris. Scientiarum Academię Socius, Curvaturam Radii lucis examinaturus, in Commentariis ejusdem Academię Anni 1702 p. 53 sqq. & p. 182 sqq. ab omnibus illis accidentalibus abstrahit impedimentis, quę, ut diximus, obstant, quo minus aer constantem densitatum ordinem in iisdem a Terra altitudinibus servet, & principium illud certissimum supponit: *Aerem a vi quacunque comprimi in ratione virium comprimentium, vel quod eodem recidit, densitates aeris*



Jun. p. 257. sqq.

Fig. 2.



aeris esse ut pondens, quibus oneratur. Ex quibus tandem Cycloidem elicit pro curvatura radii lucis, supponendo varias Reductiones partium compressarum atmosphaera optime representari posse per ordinatas in Triangulo. Per Reductiones nihil potest intelligere aliud quam Raritates aeris, alias falsum esset, quod dicitur pag. 57. facilitatem, qua lumen duo media diversa densitatis penetrare potest, esse in ratione reductionum particularum media hac componendum. Sed, ut verum fatear, Clarissimi Viri hypothesis, qua statuit lineam Raritates, aut, ut ille loqui amat, Reductiones representantem rectam esse, veritati conformis esse non videtur. Et hoc ipsum Hureanum schediasma me impulit, ut totum hoc argumentum, ab ovo, ut ajunt, examinarem, & quae invenissem, cum publico nunc communicarem. Quae quidem ob id unicum monenda hic duxi, ne quis ea, quae promo, ex Celebrissimi Hrii schediasmate me hausisse suspicetur; videbit enim benevolus Lector, me non sine gravissimis rationibus a Clarissimi hujus Viri sententia recedere, tum in eo, quod Curvam Raritates aut Reductiones representantem concernit, tum etiam ratione ipsius Curvae Radii visivi, quam ut dixi, Cycloidem vel Epicycloidem esse existimat, ego vero Curvam esse demonstrabo in infinitum excurrentem & asymptota praeditam. Hunc in finem sequentes duae Propositiones mihi demonstrandae sunt:

Propositio prima: *Area Curva densitates aeris representantis, applicata contermina ubique proportionalis est, haeque proprietates soli Logarithmica competit.* Hanc Curvam simpliciter Curvam densitatum aut lineam densitatum deinceps nominabo.

Sit EG (Fig. 1.) altitudo aut distantia aeris in G a Superficie terrae in E , & lineolae infinite parvae GI , IL , NL , &c. aequales contineant aeris quantitates, quo in casu portuunculae istae aerae aequalis erunt gravitatis. Ex punctis G , I , L , N , ad rectam GE perpendicularares erigantur GQ , IR , LS , NI , &c. quae densitates aeris in suis respectivis locis G , I , L , N , &c. representent. Jam quia Quantitates aeris duorum voluminum sunt ad invicem in composita ratione densitatum & voluminum, in qua ratione quoque sunt trapeziola RG , SI , TL , &c. quia pro re-

TAB. VI.
Fig. 1.

angulis $\mathcal{Q}GI$, RIL , SLN , &c. sumi possunt, (eo quod applicatæ quæque vicinæ intervallo infinite parvo ab invicem distantes, quantitate tantum infinite parva sese mutuo excedant) unde hæc eadem trapeziola quantitatem vel pondus aeris in GI , IL , LN , &c. denotare liquet: ergo totum spatium curvilineum & indeterminatum $P \mathcal{Q}GM$, totam aeream molem GM a parte M itidem indeterminatam representabit. Hinc quia hoc spatium curvilineum $P \mathcal{Q}GM$ totum pondus aeris supra G existentis refert, & applicata $\mathcal{Q}G$ densitatem aeris in G ; erit juxta nostrum principium, de quo & Clarissimus Hurius nobiscum convenit, spatium $P \mathcal{Q}GM$ ad applicatam $\mathcal{Q}G$ in eandem ubique & constante ratione. Quod primo erat dem. Et si insuper $\mathcal{Q}G = y$, particula axis infinite parva $GI = dx$, constans quædam linea a , erit Integr. $y dx = ay$: $a. 1$ adeoque Integr. $y dx = ay$ vel differentiando $y dx = a dy$, quæ est æquatio differentialis Logmicæ. $\mathcal{Q}. E.$ Secundo $D.$

Prop. Secunda. *Ad eundem axem MGE alia curva extructa sit $V \mathcal{Q}BC$ per \mathcal{Q} transiens, cujus applicata $\mathcal{Q}G$, AI , BL , CN &c. raritates vel reductiones in G , I , L , N , &c. designent, assero Curvam $V \mathcal{Q}C$ esse eandem Logmicam $P \mathcal{Q}T$ in situ tantum contrario positam.*

TAB. VI.

Fig. 1.

Fig. 1. In axe EGM accipiantur sursum Gi , il , ln , &c. æquales ipsis GI , IL , LN , & ex i , l , n , &c. ipsi $\mathcal{Q}G$, parallelæ ia , bl , cn , &c. ducantur. Quia (ex hyp.) æquales aeris quantitates in GI , IL , LN , &c. continentur, erunt ideo densitates raritatibus reciproca proportionalis; hoc est; $\mathcal{Q}G$, $RI :: AI$, $\mathcal{Q}G ::$ (ex natura Logmicæ) ai . $\mathcal{Q}G$, ergo $AI = ai$; pariter $\mathcal{Q}G$, $GL :: BL$, $\mathcal{Q}G ::$ (propter Logmicam $P \mathcal{Q}T$) bl . $\mathcal{Q}G$, ergo $BL = bl$ pari quoque ratione ostendetur esse $CN = cn$, unde patet Curvam $\mathcal{Q}ABC$ a curva $\mathcal{Q}abc$ non nisi situ differre. $\mathcal{Q}. E. D.$

Ex hac itaque demonstratione liquet. Curvam Raritatum aut Reductionum non esse rectam sed Logarithmicam, nam si recta esset, ut Clarissimus de la Hire contendit, prior linea hoc est Curva densitatum foret hyperbola; nam cum densitates duorum voluminum quantitate materiae æqualium sint raritatibus reciproce

pro-

proportionales, applicatae in linea Densitatum debent esse in reciproca ratione applicatarum Trianguli; quam proprietatem Hyperbolae competere norunt Geometrae. Si ergo, ut ex Clarissimi Hirii assumtis fluit, Curva Densitatum Hyperbola esset, sequeretur *Densitates aeris non esse proportionales ponderibus aerem comprimentibus*, quod destrueret primum principium ab ipso quoque assumptam. Videamus nunc, quo pacto *Curva Refractionis* construatur. Curvam refractionis voco curvasuram radii lucis medium continue varians trajicientis: Sit ergo Log-mica APX (Fig. 2.) cujus subtangens $TH = AF$, axis FHT , qua curva raritates aeris in quibusvis a terra distantis designabuntur, oportet nunc curvam FDE , vel propagationem radii horizontalis AF atmospherae inaequaliter densam penetrantis, construere.

Centro F (Fig. 2.) radioque AF descripto quadrante, TAB. VI. ANB , sumatur in eo quodvis punctum N , ex quo ducta linea Fig. 2. NP ad BF parallela Log-micæ APX occurret in P , ex quo ducta linea PHD ipsi AF parallela axem FTH secabit in H factaque tandem HD æquali arcui circulari AN , dico punctum D esse in curva quaesita FDZ , hoc est, erit ubique sinus complementi anguli FDH ad respectivam raritatem vel applicatam Log-micæ, PH in constante ratione. Sumatur enim in curva refractionis particula indefinite parva DE constans & ubique æqualis pro radio, & ducta ex E recta Ep ipsi DP parallela Log-micæ occurrente in p , item & pn parallela ipsi PN & cum quadrante ANB in n conveniente, fiantque tandem Nv , MD hæc ad FH , illa ad AF parallelae, poteruntque triangula DME , Nnv pro triangulis rectilineis sumi, ob particulas DE , Nn infinite parvas. Jam $MD.ME :: \omega p.ME :: \omega p.\omega P \dagger \omega P.ME (= Nn$ per Constr.) Sed propter $\Delta\Delta$ similia $Pp\omega$, PHT & Nvn , NQF , est $\omega p.\omega P :: TH.PH$, supponendo PT esse tangentem Log-micæ in P , & $\omega P (= Nv)$. $Nn(ME) :: NQ.NF$. Ergo $MD.ME :: TH.HP \dagger NQ.NF$, aut quia $TH = AF$, duæ posteriores rationes TH ad HP & NQ ad NF vel $AF = TH$, componunt rationem HP vel QF ad NQ , sequitur Triangula DEM , QF ubique similia esse, unde $ME.PH(QF) :: DE.NF$, id est in constante ratione. $Q.E.D.$

Kk 2

Ex

Ex demonstratione manifestum est, tangentem Curvæ Refractionis in puncto quovis D radio NF illi puncto respondenti perpetuo parallelam esse. Producto insuper radio AF in R , ita ut FR quadranti ANB æquetur, ducta per punctum R recta RS ad FT parallela Curvæ Refractionis asymptota erit. Longitudo ejusdem Curvæ FD Log-micæ ope facili quoque negotio sic exhibebitur: Ex NP abscindatur $NV = AF$ ductaque VG ad NF normalis radium AF in C secabit, ex quo puncto ducta CX parallela ipsi FH Log-micæ in X occurrens, hæc linea CX curvæ FB æqualis erit.

TAB. VI.

Fig. 2.

Fig. 2. Si pro quovis radio obliquo NF cum radio horizontali AF angulum NFA constituyente Curva Refractionis FOK construenda sit; res facillime sic expedietur. Ductis NP , PD ipsis FH , AF parallelis, quarum PD Curvæ FDI , in D occurrit; erit pars DZI Curvæ FDI jam juxta superius dicta, constructa in FOK ita constituta, ut linea NF eam in puncto D quod in F transpositum erit, tangat, Curva quaesita hoc est; erit FOK vel DZI Curva Refractionis respectu radii obliqui NF . Demonstr.

Sumto enim in Curva FK (Fig. 2.) puncto quovis O , ductaque OML ad AF parallela, si fiat $HY = FM$ & per T eadem AF parallela ducatur, ut WYZ Log-micæ in W & curvæ FDI in Z occurrens, erit portio DEZ portioni FO similis & æqualis, unde $\text{ang. } DZY = \text{ang. } FOM$. Jam sinus compl. anguli FOM est ad LM in composita ratione sinus compl. anguli DZY vel FOM ad WY & WY ad LM , verum ex natura Log-micæ erit $WY . LM :: PH . AF$ quoniam FM (per const.) $= HY$; & quia ratio PH ad AF constans, WY habet ad LM constantem quoque rationem, sed sinus compl. DZY aut FOM est (ex natura Curvæ FDZ) ad WY in constanti ratione, ergo ratio ex hisce composita, hoc est ratio sinus compl. ang. FOM ad applicatam LM est constans ubique. Q. E. D.

Si nunc Curva *Synchrona* construenda quoque esset, sequentem daremus constructionem. *Synchrona* autem Curva est, quæ arcus FD , FV ex illis curvis refractis abscindit æquali tempore percurrendos. Hæc ipsa *Synchrona* est illa, quæ omnes curvas FD , FV perpendiculariter secat, quamque illustrissimus Hugenius

nitas in suo Tractatu de luminis natura pag. 44 per lineam BC in suo schemate repræsentat, *undamque* luminis vocat. Constructio mea hæc est:

Sit (Fig. 3.) FD Curva refracta radii horizontalis AF, FV vero radii obliqui NF . Sume in FD quodvis punctum D , ex quo recta PD ipsi AF parallela fiat, vocenturque subtangens Log-micæ vel ei æqualis AF, a . Secans anguli $NFA, AF = b$, tangens ejusdem anguli $AA = c$, ductaque normalis AG ad lineam AF rectæ AF productæ, si opus est, occurrens in $G, = p$,

TAB. VI.

Fig. 3.

si fiat $F \Delta = \frac{ab}{\sqrt{bb + 2cpt + pp}}$, ducenda est ΔR ad FG parallela Log-micæ AP occurrens in R , ex quo eidem FH perpendicularis RS ducta & producta in V , usque dum Curvæ FV in V occurrat, dico hoc punctum V esse in Synchrona quæsitâ. *Q. E. F.*

Tandem, si Linea Reductionum aut Raritatum sit lineæ recta, Curva Refractionis non Cyclois, sed Circulus erit. Sit enim (Fig. 4.) Triangulum AVB , cujus applicatæ AB, PS, EC raritates aeris in A, P, E , repræsentent. Centro V & radio VA descriptus Circulus AQ erit Curva refractionis quæsitâ respectu radii incidentis BA .

Fig. 4.

Nam sinus compl. ang. AQP est ad applicatam Trianguli respondentem SP ut PV ad SP , hoc est ut AV ad AB vel in ratione data & constante *Q. E. D.* Hactenus de curvis Refractionis.

Placet hisce adhuc duas generales formulas annectere circa Tangentes & Secantes, in quas nupere occasione loci cujusdam Historiæ regiz Scientiarum Academiæ 1703 p. 64 incidi, ubi Clarissimus Vir Dominus de Lagny ejusdem Academiæ membrum, generalissimas formulas circa Tangentes & Secantes invenisse dicitur, quæ quia neque citato in loco, neque in Commentariis ejusdem anni extant, meas mox proferam; prius tantum duo præmittenda sunt theoremata circa Tangentes, unum quo in schediamento meo de *Iride* in Novellis Reipublicæ literariæ a Celebrerrimo Bernardo publicatis 1704 pag. 658 sq quoque usus sum Theorem. I. *Tangens (KE) arcus cujusvis compositi (FDE) qua-*

Kk 3

dran.

drante minoris, est ad aggregatum tangentium (AB) duorum arcuum (FD, DE), ut quadratum radii ad excessum ejusdem quadrati supra reſtangulum sub ipsis tangentibus (AD, DB) arcuum componentium. hoc est $KE. AB :: FCq. FCq - ADB$.

TAB. VI.

Fig. 5.

Ex puncto E ducantur EM, EN radii FC, DC perpendiculares & ex N duæ aliæ lineæ NP, NR hæc normalis ad EM , illa vero eidem parallela, quibus positis dico. $NC. NQ :: NC. NE + NE. NQ$ & propter triangula similia ENC, BDC & ENQ, ADC fiet tum $NC. NE :: DC. DB$, tum $NE. NQ :: DC. AD$, adeoque $NC. NQ (:: NC. NE + NE. NQ) :: DC. DB + DC. AD :: DCq. DBxAD$; ergo $NC. QC (NC - NQ) :: DCq. DCq - ADB$ Et $PN. ER :: PN. NC + NC. NE + NE. ER$ at quia $PN. NC :: LD. DC$, & $NE. ER :: DC. LC :: LD. DC + NC. NE + DC. LC :: LD. LC + NC. NE :: AD. DC + DC. DB :: AD. DB$; ergo componendo $EM (PN - ER)$. $PN :: AB (AD + DB)$ AD : Verum $KE. AB :: KE. AD + AD. AB$ (aut quia $AD. QM :: EC (DC). MC$, & $KE. EC :: EM. MC$ unde $KE. AD :: EM. QM$) $EM. QM + PN. EM :: PN. QM :: NC. QC :: (per superius ostensa) DCq. DCq - ADB. Q. E. D.$

Theor. 2. Secans (KC) arcus (FDE) ex aliis (FD, DE) compositi est ad radium (EC), ut reſtangulum sub Secantibus (AC, BC) arcuum componentium (FD, DE), ad quadratum radii, demto reſtangulo sub tangentibus (AD, DB) eorundem arcuum. Hoc est $KC. EC :: ACxCB. DCq - ADB$.

Nam propter $\Delta\Delta$ similia KEC, EMC est

$$KC. EC :: EC. MC :: EC. NC + NC. QC + QC. MC :: BC. DC + AC. DC + DCq. DCq - ADB :: ACxCB. DCq - ADB. Q. E. D.$$

Horum jam Theorematum beneficio inveni, quod, vocando arcum quemlibet x , ejus tangentem b , secantem c , existente radio $= a$, tangens arcus $n x$ (supponendo n esse numerum quemvis, integrum aut fractum, rationalem aut surdum) erit hæc fractio.

$$ab \frac{a^{n-1} b^{n-2}}{1 \cdot 2 \cdot 3} + ab \frac{a^{n-2} b^{n-3}}{1 \cdot 2 \cdot 3 \cdot 4} + ab \frac{a^{n-4} b^{n-5}}{1 \cdot 2 \cdot 3 \cdot 4 \cdot 5 \cdot 6} + \&c.$$

$$a \frac{a^{n-1}}{1 \cdot 2} + ab \frac{a^{n-2}}{1 \cdot 2 \cdot 3} + ab \frac{a^{n-4}}{1 \cdot 2 \cdot 3 \cdot 4} + ab \frac{a^{n-6}}{1 \cdot 2 \cdot 3 \cdot 4 \cdot 5 \cdot 6} + \&c.$$

Et secans ejusdem arcus nx erit itidem fractio

$$\frac{a^n}{c}$$

$$a \frac{a^{n-1}}{1 \cdot 2} + ab \frac{a^{n-3}}{1 \cdot 2 \cdot 3} + ab \frac{a^{n-5}}{1 \cdot 2 \cdot 3 \cdot 4} + ab \frac{a^{n-7}}{1 \cdot 2 \cdot 3 \cdot 4 \cdot 5 \cdot 6} + \&c.$$

Utriusque formulæ lex progressionis satis manifesta esse videtur, adeo ut non necesse sit, eam prolixius hic explicare.

HISTOIRE DE L'ACADEMIE ROYALE DES
Sciences, Année MDCCCI &c.

h. e.

HISTORIA ACADEMIÆ REGIÆ SCIENTIA-
rum Anni 1701, cum Commentariis Mathematicis
& Physicis.

Parisiis apud Joh. Boudot, 1704, 4.

Constat Alphab. 2. & plag 22. cum multis
figuris æneis.

Institutum Academiæ Regiæ Scientiarum Parisinæ maximopere laudandum jam satis aperuimus, cum Mense Aprili Anni 1704 duo prima volumina recenseremus. Quare nunc & in posterum notatu solum præ reliquis digniora in eorum potissimum gratiam, qui pretiosa ista volumina non possident, in compendio proponemus. In Physica generali multa habentur, ad perficiendum systema de Phosphoro Barometri. Notum nempe est, hydrargyrum in quibusdam Barometris succussum in tenebris lumen emittere. Celebratissimus Job. Bernoullus ad conficiendum tale Barometron, quod in tenebris luceret, Mercurio succusso, requi-

rebat Mercurium purissimum, & in tubi superiori parte vacuum perfectum, adeoque illum ita tubo immittendum, ne per aerem transire cogatur cum per hunc transiens impuritatem contrahat; quod exinde constat, quia gutta pura Mercurii in aliam guttam puram per aerem decidens pelliculam super hæc relinquit. Cum igitur in Academia Barometra observatis hisce conditionibus construerentur, nec ullus tamen Phosphorus apparet, alia contra, istis conditionibus neglectis confecta in tenebris lucerent; *Dn. Homberg* suspicabatur, Mercurium *Bernoulli* non fuisse purum: in qua suspitione magis confirmabatur, cum cogitaret, Mercurium, quo usus fuerat *Bernoullus*, libero aeri expositum pelliculam contraxisse, quod in Mercurio satis purificato non contingere, multis experimentis coram Academia comprobabat. Licet vero *Hombergii* observationes cum *Bernoullis* communicarentur, is tamen in sententia sua persistebat, & novis observationibus confirmabat, quod, quanto Mercurius sit purior, tanto lumen emittat splendidius ac magis æquale. Adhibendam vero esse methodum Mercurium perfecte admodum purificandi, quam jam usus est *Agricola*, ita ut aeri expositus vel in eodem agitur nullam contrahat pelliculam. Lavari nimirum jubet eundem spiritu vini, lotionem toties iterata, donec liquor non amplius nigrescat, & lotum exicari, dum aliquoties per linteam purum secernitur. Hac purificatione facta, Mercurius ex *s* vel *o* diversis locis allatus lucebat, licet ante lotionem non luceret, & quod mirandum, in tubo aere pleno lumen quamvis debilius multo emittebat. Inprimis autem sequentem Phosphorum hunc conficiendi modum commendat. Globo ex vitro puro & nitido constructo, colloque instructo, qui dimidium circiter sextarium capiebat & ad Mercurii agitationem sustinendam satis fortis erat, *s* circiter vel *o* uncias Mercurii optime purgati immisit, collum subere obturavit & cera obduxit. Acu exiguum per obturamentum paravit foramen, & ex vitro recipienti incluso antix pneumaticæ ope aerem eduxit. Quo facto vas recipiens evacuatum radiis solaribus exposuit, ac beneficio vitri convexi ceram liquefieri fecit, qua foraminulum replebatur, ne aer denuo in globum intrare possit. Quodsi jam Mercurius in vitro contentus agitaetur, illud in tenebris igne

re-

repletum conspiciebatur, cujus lumen facies adstantium ita collustrabat, ut optime discernerentur.

In Anatomicis curiosa sunt, quæ *Dr. Litre* de foetu humano, alio monstroso, alio in ovario viso, annotat. Circa foetum monstrosum, octimestrem circiter, tum membranam inter chorion & amnion intermediam, ejusdem cum chorio crassitiei, vasis autem sanguineis ad sensum destitutam, tum chordam umbilicalem perquam contortam, hincque ad dimidium sui abbreviatam, vixque parva penna scriptoria crassiorẽ, hinc inde saltem nodosam, describit. Et sicuti præmaturam foetus mortem ac partum, ab ejusmodi chordæ umbilicalis contortione deducit: ita urinam in foetu etiam humano per urachum ad allantoidem quandam deponi, eo magis conjicit, quod tam puerum duodecennem dissecessit, quam hominem triginta annorum cognoverit, a quibus urina per umbilicum unice fuerit reddita. Intra dicti vero foetus cranium hujus tantummodo basin, obductam membrana duplicata, cum vasis sanguiferis & nervis consuetis, æque ac intra spinam docti, posterius per totum sui tractum ad novem lineas patulam, eandem membranam cum foliis vasis sanguiferis & nervis inde procedentibus, absque ullo substantiæ medullaris vestigio, adfuisse commemorat, ideoque spirituum animalium secretioni forsan ipsas membranas cerebri & medullæ spinalis glandulas, aliquoties insignes a se notatas, vacasse judicat. Sed incredibile videtur multis, in ovulo cum ovario coherente cerni posse foetum, quem tamen laudatus Anatomicus, eumque tres lineas longum, unamque lineam cum dimidia crassum, & interveniente tenuissima chorda membranis vesiculæ annexum, in hac ipsa duabus aliis minori atque ovario foeminae sinistro majori inexistente, distincte cum aliquot ejus partibus lustravit. Glandularum in sinu longitudinali a *Pacchione* descriptarum & *Mense elapso* p. 217 a nobis recensitarum, mentionem *Dr. Mery* quoque facit, id quod non æque portentosum, ac foeminam quandam herniosam, cum ex sphacelo superveniente tantæ intestini ilei portionis jacturam fecisset, quæ quatuor vel quinque pedes æquaret, mortis nihilominus faucibus opera ejusdem *Mery* fuisse creptam, qui de cætero egregias inter de hernia observationes, ve-

ficam pariter in urinae suppressione circa regionem hypogastricam sive supra os pubis feliciter perforari posse, per experientiam comprobatur.

In Chymicis analysis Colocynthidis non minus, quam Jallappæ, Gummi Peruani & Hellebori nigri occurrit, a *Dr. Bourlouis* variis rationibus præstita. Hic quippe Colocynthidis v. g. principia indagaturus, a quibus ejus virulentia dependere, pulpam colocynthidis nunc igni ad destillandum exposuit, nunc musto affuso fermentationi prius subjecit, nunc denique vel aqua, digestionem interposita aut omissa, vel spiritu vini extraxit. In destillatione vero Colocynthidis non nisi phlegma, sal acidum, sal urinofum parumque olei fetidi, cum sale fixo ex capite mortuo concremato, acquirens satis cognovit, nullum sic principium determinari posse, a quo præcisè maligni colocynthidis effectus eherentur. Colocynthidis proin uncias quatuor cum optimi musti libris sex per decem aut duodecim dies fermentatas ex Martia balneo destillans, primum limpidissimi, aliquantum spirituosus, summe odori atque amari liquoris uncias octo collegit; mox, ubi reliquus liquor qualitibus istis successively immixtus decumque, insipidus prodidit, & residuo extracti solidi uncias duas cum dimidia obtinuit. Postquam & liquorem spirituosum, & extractum propinasset, a liquoris uncia una non alvum, sed multam nauseam multosque dolores colicos moveri, a duabus autem uncis alvum quidem, sed colicam simul, aliis remediis compescendum excitari, a solis extracti granis decem vel duodecim blandissime sine ulla molestia laxari; ob Colocynthidis sal volatile a vini tartaro fixatum, observavit. Hinc Colocynthidis uncias sedecim cum aquæ bullientis sextariis sex per quindecim dies in digestionem maceratas itidem destillavit, liquoribusque insipidis ac inertibus, minime penetrantibus ac volatilibus proficis, ex remanente materia extractum saluberrimum & in parte docti efficaciter paravit, fortassis, quod multa aqua longæ digestionis interveniente crassas & mucilaginosas Colocynthidis partes attenuaverit subtilioresque reddiderit. Etiam, cum omnis porro tinctura ex Colocynthide administrata aquæ sine prævia digestionem evocata æque ad extracti consistentiam inspissata esset, extractum hoc potius lon-

longe impurius ac violentius priori extitit. Tandem, quia ex Colocynthis uncias octo spiritu vini non nisi extracti resinosi unciam dimidiam acquisivit, ex residuo autem ulterius ope aquæ extracti crassioris uncias fere duas obtinuit, & utrumque extractum novum potius quam proficuum per experientiam deprehendit, tanto magis Colocynthidem plus salium, quam olei, continere, suosque itidem virulentos effectus ratione salium potissimum crassiorum, crassioribus aliis particulis involutorum, exserere colligit. In Botanicis *P. Yquetia*, plantam quandam Brasiliensem, quam Chirurgus quidam Gallus ex Lusitania secum allatam adeo ad pravum foliorum Sennæ saporem odoremque in Infuso corrigendum jactitavit, ipsissimam esse Scrophulariam aquaticam magnam Domini *Marchand & Homberg* ingeniose detexerunt.

Inter Geometras hoc ipso anno orta est controversia circa Analysis infinitorum. *Rollius & Galois* Abbas calculum differentialem ac summatorum oppugnarunt; *Varignonius* illius in veritatibus abstrusis detegendis præstantiam re ipsa satis expertus, pro virili merito restitit, utque novo aliquo specimine, quæ sint ejus vires, ostenderet, variis modis per id calculi genus admodum generaliter vires centrales determinare docuit. Stetit ab ejus parte *Carre*, qui de Curvarum rectificatione quædam meditatus ostendit, quomodo Curvæ elementum integrando obtineatur istius longitudo, vel si id integrabile non fuerit, quamnam Quadraturam rectificatio supponat, evincatur. Cæterum *Dn. de Tschirnhausen* afferuit, se compotem esse methodi inveniendi radii Evolutarum, Tangentes, Quadraturas & Rectificationes plurimarum Curvarum, non supposita ulla infinite parva quantitate: cujus sequens exhibuit specimen. Sit *AGH* Parabola ordinaria, cujus inveniendæ *Evoluta*, h. e. Curva, quæ per evolutionem sui Parabolam describit. Quod ut fiat, evidens est, generaliter inveniendum esse punctum concursus *M* duarum perpendicularium *GM*, *HM* ad Tangentes Curvæ quæsitæ in 2 punctis quibuscunque *G* & *H*. Ductis itaque ordinatis *GC* & *HE* ad axem *AF* Parabolæ *AGH*, sit $AC = x$, $CG = y$, $AE = r$, $EH = z$, $BI = t$, $IM = u$, Parameter $= 2a$, $AB = a$, subnormales *CD* & *EF* $= a$, demique $MK (MI - IK) = u - x$. l. Per naturam Parabolæ
l1 2 ent

TAB. VI.
Fig. 6.

erit $2ax = yy$ & $2az = zz$. 2. Propter Triangula rectangula similia GCD & DKM erit $GC(y)$. $CD(a) :: DK(t)$. $KM(u-x)$, consequenter $uy - xy = at$, vel, (multiplicando per $2a$) $2a^2uy - 2axy = 2aat$, h. e. substituendo valorem $2ax$, $2a^2uy - y^3 = 2aat$. 3. Ob Triangula rectangula similia HEF & FLM est $2auz - z^3 = 2aat$, qua æquatione ex præcedente sublata relinquitur $2a^2uy - y^3 - 2auz + z^3 = 0$, vel (dividendo per $z - y$) $2au = zz + yz + yy$. Quodsi hic valor substituatur in æquatione $2a^2uy - y^3 = 2aat$, prodibit $2aat = yzz + yyz$. 4. Habemus adeo theorematum generalia, in quibus si ponamus $y = z$, habebitur $2au = 3yy$ & $aat = y^3$, ita ut, elevatis omnibus ad y^6 , prodeat $8a^3u^3 = y^6 = a^4t$ vel $8u^3 =$

27

$27at$, æquatio Curvæ quæsitæ BM , quam Parabolam Cubicam esse debere apparet. Inde s . facile invenitur longitudo radii GM hujus evolutæ. Nam positis $GD = p$ & $GM = q$, erit non solum $aa + yy = pp$; sed & $CG(y)$. $GD(p) :: CG + DK(y + t)$. $GM(q)$, vel $qy = py + pt$, ita ut ob $t = \frac{y^3}{aa}$

per num. 3 fit $aaqy = aapy + py^3$, vel $aaq = aap + ppy$. Quare cum sit $aa + yy = pp$, habebitur tandem $aaq = p^3$ vel $q(GM) = \frac{p^3}{aa}$. Q. e. i.

aa

Dominus de la Hire non solum per Micrometra differentiam declinationis & ascensionis rectæ duarum stellarum non multo intervallo distantium observare, atque novum Astrolabium universale construere docet; sed & imprimis methodum exponit eclipses Solis atque Lunæ accuratissime observandi, aliis quoque phænomenis per Micrometra observari solitis applicandam. *Zahnus* jam in prima editione *Oculi artificialis* pro observandis maculis Lunaribus commendat vitrum orbiculare planum atque politum, ope adamantis in areolas quadratas distinguendum, & in foco vitri objecti & ocularis communi tubo adaptandum. Simile vitrum tubo similiter applicatum Eclipsibus observandis utilissimum censet *de la Hire*: quarum magnitudo

quis

quia aestimatur per digitos, h. e. partes duodecimas disci Solaris vel Lunaris, in vitro delineandi sunt sex circuli concentrici, quorum omnium eadem sit ab invicem distantia; extimus vero limbum Solis vel Lunae exacte stringat. Quoniam vero diametri apparentis magnitudo non in omnibus Eclipsibus eadem, immo in eadem Lunari multum varietur; ideo ulterius ostendit, quo artificio reticulum ex vitro paratum adaptetur, ut imaginem sideris eclipsati sive majorem, sive minorem exacte capiat. Adhibet scilicet duo vitra objectiva, eundem fere focum habentia, quae focum communem conjuncta habitura esse demonstrat. Longitudinem foci communis sequenti ratione determinat. Applicat nempe duo vitra objectiva uni, oculare alteri extremitati tubi ita, ut objecta distincte videre queat: subducta enim longitudine foci vitri ocularis convexi ab ejus ab objectivis se mutuo contingentibus distantia, relinquatur longitudo foci communis. Monet tamen, hanc experientiam non nisi visu pollentibus, nequaquam Presbytis & Myopibus convenire. Hinc infert: ut Si-

nus totus ad Tangentem $17 \frac{15}{16}$ (quanta fere est semidiameter Lunae apparens maxima) ita longitudo foci communis ad semidiametrum circuli exterioris in reticulo. Quod si jam lentes objectivae dimoveantur, ejusdem objecti imago augmentabitur in foco communi ad certum usque terminum pro ratione distantiarum illarum. Equidem distantia duarum lentium objectivarum in dato quolibet casu tentando inveniri poterat; exactius tamen loca utriusque vitri objectivi atque reticuli determinabuntur in ferendo: ut summa focorum absolutorum duorum vitrorum objectivorum sine distantia eorundem ad longitudinem foci exterioris vitri sine eadem distantia, ita haec ipsa longitudo sine distantia praedicta ad quartum proportionalem terminum, qui ex longitudine foci absoluti exterioris vitri sublatus relinquit distantiam hujus vitri exterioris a foco communi. Qua inventa inferendum alterius: ut longitudo foci inventi ad semidiametrum circuli exterioris reticuli; ita sinus totus ad Tangentem anguli, a diametro reticuli in foco positi subtendendi. Tubo igitur inseribi possunt ad loca vitrorum objectivorum & eorum focum communem, in

quo reticulum collocandum, numeri minorum & secundorum angulorum, quos diameter reticuli sustinere debet.

Sauveur novum proponit Musicae systema, cujus summa in compendio huc redit. Assumit ex Physicis, sonos esse inter se ut numeros vibrationum corporum sonorum. Rationem horum numerorum vocat *Proportionem Sonorum*. Quodsi unus sonus ascendendo successive acutior evadit, altero immutato, distantiam eorundem *Intervallum* dicit. Quia soni tum graves tum acuti sunt indefiniti, ideo assumendum esse monet medium quendam pro *sono fundamentalis*, cum quo non minus acutissimi, quam gravissimi comparari queant. Assumit autem sonum fixum, qui intra minutum secundum temporis centum absolvit vibrationes. Hinc id potissimum agit, ut omnis generis intervalla accuratius definiat, quam hactenus a quoquam factum. Dividit intervallum octavae in 43 partes aequales, quas *Merides* vocat, quamlibet Meridem subdividit in 7 Eptamerides, Eptameridem in 10 Decamerides, ita ut octava 301 Eptamerides, 3010 Decamerides contineat. Has octavae Merides & Eptamerides generalem omnium intervallorum constituit mensuram, & per earum numerum intervalla ordinaria definit. E. g. Tonus major 7 habet Merides, hemitonium majus quatuor. Cum nova ratione intervalla dividat, nova etiam ratione eadem denominat; immo novis etiam *Nominibus* seu sonorum characteribus utitur. Notum est, in *Systemate Diatonico* octavam in 7 distribui intervalla, quae per *UT, RE, MI, FA, SOL, LA, SI, UT* designantur: Noster ad ea denominanda septem adhibet consonantes *P, R, G, S, B, L, D*, & cum tribus prioribus vocalem *A*, cum quatuor posterioribus vocalem *O* jungit, ita ut habeatur *PA, RA, GA, SO, BO, LO, DO, PA*. Et quia tonos in 7 Merides, hemitonia majora in 4 dividit, uti diximus; ad eas exprimendas utitur vocalibus *a, e, s, i, o, u, y*, unde emergunt e. g. sonorum, in quos distribuitur, Tonus major *PA, RA*, nomina *PA, pe, ps, pi, ro, ru, RA*. Eptameridum, in quas Merides dividuntur, nomina componit adjiciendo consonantes in fine nominum Tonomum. *r, s, t*, si 1, 2, 3 eptamerides addendae, vel *u, l, c*, si 1, 2, 3 eptamerides auferendae. Porro si 1, 2, 3, 4, 5 decamerides adden-

dendæ, nominibus sonorum adiungit vocales *a, e, i, o, u*, si 1, 2, 3, 4, 5 decamerides auferendæ, addit *â, ê, î, ô, û*. Notas seu Sonorum *PA, RA, GA, SO, BO, LO, DO* characteres habet *p, r, g, b, d, l*. Si his sonis addantur 1, 2, 3 Merides caudæ notarum curvantur versus sinistram, si auferendæ, versus dextram. Ita soni *go* nota est *g*, soni *ri* vero *r*. Quæ Meridibus adduntur Eptamerides, per puncta versus sinistram posita designantur; quæ subtrahuntur, per puncta versus dextram. Ita soni *GAn* nota est *q*, soni *RAr* vero *p* est nota. Similiter nota soni bis est *q̄*: nota soni *lgn* vero *f* est.

APOLLONIUS AC SERENUS PROMOTUS, AU-
thore BARTHOLOMÆO INTIERI
 FLORENTINO.

Neapoli, ex Typographia Leonardi Josephi Sellito, 1704, in 4-
 Constat plag. 10. & aliquot figuris æneis.

VEteres, quemadmodum ex *Archimede* constat, Parabolam in solo Cono rectangulo, Ellipsin in acutangulo, Hyperbolam in obtusangolo considerabant. Ast *Apollonius Pergæus*, doctrinam de sectionibus Conicis promovens, omnes tres eidem Cono applicare cepit. Ubi naturæ Curvarum per æquationes Algebraicas exprimi suevit, infinitarum Parabolarum, Ellipsium ac Hyperbolarum consideratio haud difficilis existebat. Ostendit etiam *Clarissimus de La Hire* in Appendice ad opus absolutum de Sectionibus Conicis, cujus mentio honorifica facta in Actis nostris A. 1685 p. 399, has Curvas æque ac Apollonianas ex Conorum sectione oriri, quod idem facit *Intieri*, qui dubio procul opus laudatum non vidit, cum hujus illarum Curvarum geneseos inventionem sibi tribuat. Nimirum cum in Cono communi, cujus sectiones dant Parabolam, Ellipsin ac Hyperbolam Apollonianam, bases & omnia sectionum ipsis parallelarum plana sint circuli, in quibus segmenta inter diametri termiordinata est media proportionalis; Antor sibi adhuc alios concipit Conos, quorum bases & sectionum ipsis parallelarum plana sunt circuli secundi, tertii, quarti &c. in infinitum, hoc

hoc est Curvæ, in quibus quadratum segmenti minoris est ad quadratum Semiordinatæ, vel Cubus illius ad Cubum hujus, vel Quadrato-quadratum illius ad Quadrato-quadratum hujus &c. in infinitum, ut semiordinata ad segmentum Diametri majus. Quia itaque circuli primi, secundi, tertii, quarti &c. Conorum differentiam constituunt, ideo vocat quoque Conos primos, secundos, tertios, quartos &c. Demonstrat igitur eandem sectionem, quæ in Cono primo Parabolam Apolloniæam producit, in secundo producere Parabolam, in qua $y^2 = a^2x$, in tertio Parabolam, in qua $y^4 = a^3x$ &c. Simile quid de Hyperbolis & Ellipsis ostendit. Demonstrationes concipit genericas, pro singulis Parabolarum generibus singulares, nec ultra Parabolam tertii generis progreditur. Quod denique Parabolas attinet, in quibus est $y^m = ax^{m-1}$ cum in communi circulo sit $y^2 = x \times a - x$, pro earum origine declaranda assumit Conos, quorum bases & plana sectionum ipsis parallelarum definiuntur per æquationem $y^m = x^{m-1} \times a - x$, & sectionem fieri concipit ut in Cono communi pro Parabola communi. Promisit eruditissimus Auctor de Æquationum constructione omnibus numeris absolutum opusculum: quod si quantocyus ediderit, non ingrati Geometris præstabit operam.

BARTHOLOMÆI INTIERI, FLORENTINI, AD
nova Arcana Geometrica detegenda
Aditus.

Beneventi, e Typographia Archiepiscopali, 1703, in 4.
 Constat plag. 14, cum figuris æneis.

Totum opusculum tribus constat epistolis. Prima ad *Dominicum Judicem*, Juvenacii Ducem, perscripta, in qua methodus traditur generalis omnes Parabolas, quæ definiuntur per $y^m = ax^{m-1}$, in infinitum in plano describendi. Eam ipsius
 TAB. VI. Autoris verbis ita representamus. Sit Triangulum Ifosteles BIH ,
 Fig. 7. cujus latera æqualia sint BI & IH , quæ quidem indefinite produ-
 can-

cantur, latus BI ad partes B & A , latus HI ad partes G , reliquum vero latus BH ad partes C . Latus autem HI ita moveri concipiatur, ut semper sibi ipsi æquidistet, atque dato sui puncto maneat semper in latere BH , motu autem suo moveri etiam faciat rectam ID datam, quæ quidem semper applicata maneat in latere BI , punctum autem ipsius I maneat semper fixum in latere HI , ita ut, quando latus HI accedit ad punctum B , & recta ID etiam ad punctum B accedere debeat. Per puncta autem H , D transeat recta HD , quæ libere per hæc puncta excurrere possit. In puncto B constituatur recta BG indefinita ad partes G , quæ circulariter moveri possit in eodem puncto B , quæque parallela semper existat rectæ HD . Hæc itaque recta BG rectam HG interfecabit. Ex hac intersectione Parabolam oriri Apollonianam demonstrat, si directrix BC fuerit recta. Quod si ea fuerit curva, & concavitatem rectæ BD obvertat, Parabolam secundi generis oriri ostendit, si directrix fuerit Parabola primi generis; Parabolam tertii, si directrix Parabola secundi &c. Ex hac genesi palmariam uniuscujusque Parabolæ proprietatem synthetice eruere docet, quæ æquationem generalem ingreditur, simulque monstrat, quemnam hæc descriptiones usum habere possint in construendis locis ad has Parabolas, sive eorum æquatio duobus, sive pluribus constet terminis. Aliam adhuc methodum easdem Parabolas in plano describendi indicat; sed alteri merito postponendam, cum locum solum inveniat, si data diameter sit, axis, altera vero valeat, data diametro quacunque.

Epistola secunda exarata est ad *Didacum Vincenium a Vidania*, Gymnasii Neapolitani Præfectum. Agitur in ea de genesi atque in plano descriptione infinitarum Hyperbolarum ac Ellipsium. Etiam in Hyperbolarum descriptione directrix est recta pro Apolloniana; Hyperbola Apolloniana pro Hyperbola secundi generis; Hyperbola secundi generis pro Hyperbola tertii generis &c. Addit methodum aliam a Parabola originem trahentem. Docet ex istis genesibus palmarias Hyperbolarum proprietates synthetice eruere, locaque construere, quorum æquationes sive duobus, sive pluribus terminis designantur. Regulæ Cartesianæ de construendis æquationibus ad quintam vel sextam dimensionem assurgentibus mul-

to faciliorem substituit, eas nempe sine ulla præparatione construendi per Circulum & Hyperbolam secundi generis. Monet etiam, (quod in Actis nostris primus notavit *Bernoullius*) non bene a Cartesio problematum in certas classes divisionem institutam esse. Methodum Ellipses describendi, quam tradit, cum istis pro Parabolis ac Hyperbolis non comparandam esse, ipse fatetur, quia in simplicissimam ipsi incidere nondum licuit. Unde & pauciora de locis ad Ellipsin, quam de locis ad Parabolam & Hyperbolam habet.

Epistola tertia data est ad *Johannem Michaëlem Gabanissium*, e Marchionibus S. Marci, Equitum Catholici Monarchæ Præfectum. Exponit Autor in ea methodum describendi infinitas Parabolas, quæ definiuntur per $y^m = a^{m-1} x$, ab ea, quam in epistola prima tradidit, in hoc unice dissidentem, quod Parabola genitrix convexitatem suam rectæ *BD* obvertat. Addit tamen methodum aliam easdem describendi ope earum Hyperbolarum, quas in epistola secunda describere docuit, adeoque implicatam magis. Theoriam ad componenda loca ad has Parabolas transfert. Ostendit denique, quomodo describantur Parabolæ, in quibus est e. gr. $x^5 = a^3 y^2$ seu in genere $y^{m+n} = a^m x^n$ & loca ad eas spectantia componantur.

D. JOHANNIS GEORGII DORSCHÆI IN QUATUOR Evangelistas Commentarius, per solidam apodixin, analysin, exegesin, harmoniam item ac parallelismum, verum sensum exhibens, falsum refutans: cum ejusdem Autoris Chronotaxi Actorum Apostolicorum.

Hamburgi, apud Gotoff. Liebernickel, 1706. in 4.
Constat 8 Alph. & 6 plagulis.

Quemadmodum orbem eruditum non parum sibi obstrinxerunt magni atque celeberrimi nominis Theologi, D. Johannes Fridericus Mayerus, quod superioris seculi anno octuagesimo quinto summi olim Theologi, B. Dorschæi, Theologiam Moralem, deinceps

dein anno nonagesimo ejusdem Commentarium in Marcum, hujus autem seculi anno secundo Aphorismos Theologicos, nec non orationem sacram de obumbratione virtutis Altissimi; D. Johan. Nicolaus Quistorpius, quod anno proxime elapsi seculi nonagesimo septimo Dorſchei *Σημειωματα* in utramque Epistolam Johannis; D. Johannes Fechtius, quod ejusdem seculi anno ultimo, Dorſchei fragmentum in Epistolam Judæ, e tenebrarum carceribus exire, atque in publicam lucem prodire jussert: ita gratiam quoque apud eruditos iniiit ad bonum publicum juvandum promptus Bibliopola, Gotofredus Liebernickelius, cum uno abhinc anno Dorſchei Analysin ad entheas S. Jesaiæ Prophetias typis inprimi curaret. Longe majorem autem idem promeretur laudem, quod thesaurum ex manuscriptis Dorſcheanis multo præstantiorem, Commentarium nempe in universos libros N. T. historicos, ab hæredibus B. Sandhagenii, cum ipse morte præpeditus illum edere non potuisset, suo sumtu sibi comparare, & cum litterato orbe communicare studuit. Cujus posthumi operis editionem non parum commendat, quod Vir doctissimus, M. Ludovicus Fridericus Vischerus, quatuor, quibus manuscriptum constabat, codices singulari admodum studio inter se contulerit, ac schedas a B. Sebastiano Schmidio exaratas, & a celeberrimo D. Mühlho secum communicatas, quibus nonnulla Dorſchei in Matthæum & Johannem continebantur, conferre insuper potuerit. Quicquid enim legi in iisdem potuit, Vischerum in quarundam nonnunquam vocularum aut literarum a se facta correctione, nec non de codicum a se collatorum sinceritate multum confirmavit. Ingen-tem vero splendorem toti operi conciliat luculenta præfatio, quam eidem præfixit insignis & plurimis in Ecclesiam Christi meritis inclutus Theologus, Dn. D. Jo. Fechtius. In illa enim non modo vitam, a B. Dorſcheo summa cum laude transactam, e B. Thomæ Stegeri, facundissimi olim apud nos Ecclesiastæ, elegantissima in memoriam illius hic habita oratione, quæ paucissimorum in manibus versatur, luculenter nobis exhibuit; sed & accuratam pariter atque plenam omnium Dorſcheanorum scriptorum recensitionem instituit. Jam equidem summe Reverendæ Facultatis Theologicæ in Academia Rostochiensis Decanus, in programmate funebri,

sexaginta & unius scriptorum catalogum retulerat, memorans, recensionem istam ipsius Dorſchei manu ita delineatam fuisse: *ast eadem neque ordinem annorum, quo quælibet expressa sunt, servat, neque omnia singulaque ab ipso edita comprehendit.* Unde conjicit laudatus Fechtius, forte Dorſcheum de consiciendo scriptorum suorum catalogo consilium aliquando cepisse, sed cum manum eidem admovisset, aliis negotiis a cæpto distractum fuisse. Illum secutus fuit Vir multijuga eruditione præditus, B. Spizelius, ac in Templo Honoris Referato Catalogum aliquem exhibuit, quem supra a nobis commendatus Meyerus præfationi ad Theologiam Zacharianam, una cum suis interpolationibus, inseruit. Singularem quoque diligentiam adaugendi hunc Catalogum a B. Wittenio in Renovatæ Memoræ Theologorum Centuria adhibitam fuisse novimus. Summe Reverendus Fechtius autem, in præfatione sua, non solum multo pleniorem librorum a Dorſcheo conscriptorum indicem, juxta annorum seriem tradit, sed insimul plerorumque argumenta concise non minus ac solide repræsentat. Ubi silentio haud prætermittendum esse censemus, ipsum gratissimo ore de prædicare, sibi in catalogo, potissimum ἀνεκδοτων, consiciendo, operam inæstimabilem D. Lütkenium, Theologum, hodie Danorum celebratissimum, præstitisse. Is enim, cum a juventute Dorſcheani nominis admirator cultorque fuerit indefessus, ac quælibet monumenta ab illo profecta in potestatem suam, quantocunque id etiam faciendum fuerat pretio, vindicare studuerit, præterea libros ipsos summo studio evolutos sibi reddidit familiares, eam sibi præ innumeris aliis Dorſcheanorum notitiam comparavit, ut eundem non facile fugerit quicquam eorum, quæ aliquando ab illo luci fuerunt exposita. Neque tacendum, maxime venerandi D. Fechtii Filium æmulum, Gustavum Fridericum, indici quoque manum admovisse, eumque opuscula Dorſchei minora, una cum disputationibus sub ipsius præsidio habitis, quæ quidem conquiri potuerunt, eleganter recensuisse. Inprimis autem memoratu dignum adhuc judicamus, quod sæpissime laudatus D. Fechtius, exercitatione Dorſcheana de Sabbatho recensita, digressionem aliquam instituit non contemnendam. Etenim cum disputationis ejus, de eodem argumento in Gymnasio Dudacensi olim habita

bita, ex utraque nuper de illo contententium parte in certamen advocata fuerit, ne cuiquam sinistra de ipso oboriretur opinio, & silentium ejus ad severiorem adversus ipsum vel censuram vel judicium quemquam bonorum seduceret, neminem sperat, in sequiorem partem interpretaturum esse, si intra summam modestiam, enarratione quorundam circa hanc controversiam momentorum, eorum, qui rigidiori forte ipsum ca. amo posthac aggressuri sint, animos in antecessum mitigaverit. I. Ingenue profiteretur, disputationem de jure Sabbathi Hallensem, cum oculis primum suis objiceretur, in summum se conjecisse dolorem, quem verbis nullis exprimere possit, cum in eadem non tantum disertissimis verbis omnis moralitas præcepto sabbathico derogeretur, sed universa Ecclesie nostræ instituta, sabbatho exerceri solita, acerbissima censura perstringantur. II. Scribit, iniquum fore rerum judicem, quin vel obiter lecta exercitatione sua, differentiam doctrinæ a se defensæ, & innumerarum sententiarum, in Wagneriana disputatione occurrentium, illico deprehendat. Se affirmare, sanctificationem Dei publicam præcipuam esse tertii præcepti partem, & quanquam extrinseca illa, quæ vel ad tempus spectant, quo sabbathum agendum est, aut ad locum, ubi celebrandum in publico conventu nomen divinum, aut ad circumstantias alias modumque, quibus sanctificatio peragenda est, a morali præcepti ratione distinguat, simul tamen sollicitè diligenterque se demonstrare, adeo non imminui per sententiam suam sanctificationis vel frequentiam vel ardorem, ut intra arctiorem potius, si fieri possit, temporis circulum contrahat & ad plura atque intensiora devotionis & pietatis exercitia inflammet: nec etiam Ecclesiasticam sabbathi ad diem Dominicum determinationem, magis vel omittendæ sanctificationis libertatem, vel imminuendæ devotionis occasionem justam præbere, ac cum in aliis præceptis moralibus, utpote de obedientia magistratui atque parentibus exhibenda, supposito divino eoque generali obediendi magistratui & parentibus mandato, etsi particulares actuum obediendi circumstantiæ a nutr. & arbitrio magistratus & parentum dependant, de obligatione his ipsis etiam præceptorum circumstantiis mo-

rem & obsequium gerendi quicquam decedat. III. Dicit, exorto de Sabbatho primum in Holsatia, mox & in superiori Saxonia diffidio, cum pervideret, communiorem hodie doctrinam de moralitate positiva unius ex hebdomade diei in Ecclesia nostra prædominari, apud animum suum se statim constituisse, quicquid etiam scriptorum adversus sententiam suam prodiret, se controversiæ, nisi pervicax scriptoris malignitas in partes coactum pertraheret, nequaquam ingerere; quippe qui bellum cum suæ religionis consortibus, si de cætero orthodoxiæ a se perpetuo adamatæ sint dediti, quadam naturæ suæ indole extremo semper odio sit averfatus: sibi non adversum fore, si quis dicere velit, legis moralis & naturalis esse, ne circulum hebdomadarium in colendo sabbatho egrediamur, dummodo legis moralis & naturalis vox in significato paulo laxiori accipiatur, eo nempe sensu, quo in Theologia Morali D. Doricheus loquatur, *fundatum id quidem esse in jure natura, non tamen jure naturali præceptum*: subjuncto dein Reverendissimi Scanorum Episcopi, Matthiæ Steuchii, ex disputatione Synodali ad Artic. August. Confession. XV. judicio, contestatur, semet, quanquam otium sabbathicum ex quadam lege morali positiva non derivet, ex morali tamen justitia & æquitate non minorem ei, ac juris moralis positivi defensores, necessitatem admetiri. IV. Schediasmatis de Sabbatho conscribendi occasionem enarrat, & recensita antiquiori controversiæ Sabbathicæ historia, benigno lectoris judicio se subjicit. V. Ostensurus, sententiam a se propositam & defensam, Theologorum Ecclesiæ nostræ, etiam novissimæ, eorumque extra omnem heterodoxiæ suspicionem positorum non destitui, primo præcipuoque loco Tobiam Wagnerum & Sebastianum Schmidium, Theologos nostra laude majores, sibi nominandos ducit, hosque secutos esse ait in Academia Giessens. D. Jo. Nicolaum Mislerum, suum in concedenda summi in Theologia gradus Licentia anno 1666 promotorem, & D. Philippum Ludovicum Hannekenium, qui mentem suam ea de re, cum anno 1698 in Commentatione Practica de Turbelis phantasiæ in objecto præcipuo religiøsæ pietatis, tum anno 1697. in Dissertatione Theologica de vera Augustanæ Confessionis assumptione, clarissime aper-

rue-

ruent : in Academia Wittebergenſi anno 1685, adeoque quadriennio tantum poſt diſputationem ſuam ſabbathicam, D. Meyerum publice defendiſſe Dorſchei Theologiam Moralem, in qua ſabbathi hebdomadalis, qua ad indefinitum numerum adſtringitur, libertas dilucidius atque exactius, quam in ſuamet diſputatione, non proponatur tantum, ſed immotis præterea argumentis probetur. Porro refert D. Juſtum Chriſtophorum Schomerum, cum diſputationem inauguralem de Sabbathi moralitate, ſub præſidio D. Jacobi Henningii Gryphiswaldiæ habitam, ab auctore - reſpondente Egidio van Thienen, Paſtore in Ducatu Gadebuſchenſi, accepiffet, ac communiorem ab ipſo ſententiam deſenſam eſſe animadvertiſſet, illico teſtatum eſſe, probari ſibi Schmidianam potius ſententiam, majore fundamentorum robore nixam, idque ſibi eo ipſo tempore, anno ſcilicet ſuperioris ſæculi nonageſimo, ad Academiam Roſtochienſem divino nutu accedenti retuliſſe : quin imo laudatum Theologum eodem anno, in diſputatione de Naturali erga Deum Obligatione, ubi Deum externo quoque honore colendum eſſe dixerat, aſſeveraſſe quidem, tempus etiam hunc ritum externum requirere, ſed arbitrarium tamen pro circumſtantiarum ratione, frequens nihilominus & parvo intervallo repetitum, prout convenit zelo honoris divini, quem habere nos oporteat ; addidiſſeque, cum hexaemeri creationis cyclo numerare dies ſueverint Judæi, quem divina revelatio ſuppeditaverat, ſatis convenienter ſepteno quoque die feriatiorem publicam definitam eſſe : nec diſſenſiſſe a ſe collegas ſuos, cum anno 1695 in theſibus polemicis hanc ipſam doctrinam Dorſchei verbis repeteret : adduxiſſe vero eandem pariter ad Academiam Roſtochienſem ejus novum & grande decus, D. Johannem Petrum Grünenbergium. Quibus ita traditis, conſiderandum ſerio eorum conſcientiis præbet, qui Eccleſiæ noſtræ rebus ubique locorum præſunt, & ſcriptorum in publicum edendorum cenſuram exercent, an permittere ſine Eccleſiæ noſtræ periculo poſſint, ut de iſthoc inter Theologos ſententiarum diſcrimine, ampliffimi, quod nonnulli facturos ſe eſſe jam publicis ſcriptis prodiderint & quaſi minati fuerint, producantur in lucem tractatus? cum quibet prudentium facile perſpiciat, magnum dentio incendium in Eccleſia exorturum eſſe. VI. Obſervat, Theologorum com-

complurimos, eos cumprimis, qui Luthero & Augustanæ Con-
 fessioni proximi fuerunt, ita aperte manifesteque Wagnerianam
 Schmidianamque sententiam expressisse, ut ne quidem, qui diver-
 sam a se tuerentur opinionem, id inficiantur. Quod ut demon-
 stre, provocat ad Urbanum Regium & Johannem Brentium
 Luthero cœvos, nec longe ab eo remotum Martinum Chemni-
 tium: idem asseverat, jam in medio seculi superioris ambitu, D.
 Conr. Dieterici Institutiones Catecheticas, quæ in innumeras Germa-
 niæ nostræ scholas introductæ publicæ confessionis vicem obierint,
 eandem sententiam dilucide exhibuisse: paulo post eandem non mi-
 nori claritate in Academia Argentoratensi proposuisse Dorscheum,
 & ex eodem in Academia Wittebergensi defendisse Mayerum: ad-
 duxisse vero Dorscheum, tanquam indubitatos ejusdem doctrinæ
 testes, Chemnitium, Melancthonem, Brentium, Wigandum,
 Heerbrandum, Dietericum, Flacium: & postea Sarcerium, Sel-
 aeccerum, Schilterum & Hoëam, quorum fere omnium verba in
 exercitatione sua expresserit, antequam conspectui suo Theologia
 Moralis Dorscheana sese obtulerit. Tandem B. Dorscheum &
 B. Schmidium, contra Theologum Saxonicum, suæ sententiæ
 vindicat, atque asserit de cæteris omnibus, a se in schediasmate
 magno numero adductis, id factum sibi denegari non posse, eos in
 ipsa litera, & primo ejus, qui intellectui illabitur, sensu eandem
 opinionem complecti; quæ vero eidem ab altera parte limitatio,
 quod Theologi isti, quando Christianis liberum esse septimum
 diem affirmant, non septimum indefinitum, sed Judai-
 cum intelligant, adscribitur, non posse non cujusvis extra partes
 positi auribus insuetam, molestam & longe peritam videri. De-
 nique addit, quæ Theologus, quem condignis satis præconiis ex-
 tollere nequeat, in judicio de plerisque schediasmatis sui capitibus
 in publicum edito, circa Brentii nonum decimumque Sabbathi
 diem moneat, vix cuiquam facile nisi lecto ipsius invento, in
 mentem venire posse, aut applausum etiam a quoquam impetra-
 turum esse: quod vero de tertio præcepto dicat, nihil in eo Ju-
 daicum esse, quod non ad omnes pertineat, novum prorsus esse,
 nec hactenus unquam auditum. Sub finem hujus digressionis,
 dignæ quæ ab omnibus legatur, adjicit, se eo solo sine illam infi-
 tuisse,

esse, ut per eandem alios a contendendi studio abducat, aut, si nihilominus ita visum fuerit, ut communior sententia defendi debeat, ad moderationem & mansuetudinem Christianam eos exsuscitet. De ipso Dorscheano Commentario non est ut aliquid adjiciamus. Cum enim summa & incomparabilis B. Dorschei eruditio satis superque nota sit, non poterit non quilibet sibi, etiam de hoc ejus scripto, optima quaque polliceri.

JACOBI LADERCHII DISSERTATIO HISTORICA de sacris Basilicis SS. Martyrum MARCELLINI PRESBYTERI & PETRI EXORCISTÆ de Urbe.

Romæ, per Franciscum Gonzagam, 1705, in 4.

Constat 2 Alph. & 7 plag.

Quemadmodum Romanæ Ecclesiæ additi nihil prius vel antiquius habere solent, quam ut memoriz sanctorum hominum perpetuitas addatur: ita eorum honori non melius consulti posse existimant, quam si vel magnifica templa ipsorum memoriz dicata ædificentur, vel saltem antiquitates veterum Basilicarum literis illustratæ ad feram usque posteritatem propagentur. Hoc ipsum enim effecit, ut Clarissimus Laderchius animum induceret, de sacris Marcellini & Petri Basilicis spissum sane opus auspicio Summi Pontificis elaborare. Istorum enim Martyrum Basilicas vel præcipuas in Urbe olim extitisse, Auctor affirmare non dubitat, & quamvis temporum injuria, vix unius Basilicæ vestigio superflite, & alterius haud parum imminuto decore, pristinus splendor in eis plane non appareat; hoc magis de proxima ejusdem recuperatione ipsis fore gratulandum, quod Summus Pontifex, consilio nunquam satis laudando, ipsarum restorationi animum adjecerit. Jam quod ad ipsum opus attinet, in tres illud partes, easque satis prolixas, ab Auctore nobilissimo divisum est. Quamvis enim paucis, quæ proprie ad Marcellini & Petri Basilicas spectant, comprehendi potuisse, ipse non diffiteatur; vel propterea tamen opus crevisse ait, quia hæc fundamentis vel dubiis, vel parum notis rebus nitentur, adeoque vel eorum explicationi, vel confirmationi non-

ACTA ERUDITORUM

- nunquam diutius inhaerere necesse habuerit, ac praeterea, si res accurate lectorum oculis proponere voluisset, prolixas admodum digressiones non raro facere coactus fuerit. In prima igitur parte martyrium Marcellini Presbyteri & Petri Exorcistae accurato studio exponit, eosque sub immanissima Diocletiani & Maximiani Imperatorum persecutione, anno Christi trecentesimo secundo, in Sylva nigra, quae postmodum, in honorem Sanctorum, commutato nomine Sylva candida appellata fuit, post dira vincula & plurima tormenta capite plexus fuisse, ait. E Sylva vero candida, corpora Marcellini & Petri ad S. Tiburtium, inter duas Lauros, Via Lavicana translata fuisse, ac eadem Via Lavicana Constantinum Magnum Basilicam Marcellini & Petri, nec non Mausoleum Helenae matris suae aedificasse. Istud vero Helenae Mausoleum a Basilica Marcellini & Petri distinctum fuisse, multis argumentis probat, & contrarium sententiarum rationes refellit, tandemque in ultimis hujus primae partis capitibus, multa de Baptisterio Constantiae & Arca posphyretica Helenae memoratu digna in medium affert. Sed praeter Basilicam SS. Martyrum Marcellini & Petri Via Lavicana a Constantino Magno constructam, de qua hactenus Auctor egerat, alteram adhuc intra ejusdem Urbis moenia sanctis iisdem Martyribus dicatam reperiri, antiquitate, Cardinalitio titulo, statione & ipsam venerabilem, de qua Auctor jam in secunda parte differere aggreditur. Istam igitur Basilicam in Ecclesiastica monumentis variis nominibus insigniri, Clarissimus Laderchius observat, ac imprimis tum a Baronio, tum ab aliis quam multis auctoribus, sepius Basilicam de Suburra appellari; id quod propterea fieri ait, quod altera Basilica haec Marcellini & Petri in Suburra sita fuerit. Ea vero occasione prolixam de Suburra explanationem Auctor noster affert, eamque vicum frequentissimum fuisse, ex Javenalis Satyra XI. v. 50. constare putat. Caesarem Dictatorem ibi domum habuisse, Suetonium in vita ejus testari; ibidem vero meretrices quoque corpus quibus gratia vulgasse, Martialem, libro 6. epigr. 66. diversis verbis docere. Nomen unde traxerit, varias variorum Auctor allegat sententias, cum alii inde nomen habuisse, quod sub muro terreo Carinarum stare, alii, quod fuerit sub antiqua urbe, alii vero a pago Succulano, cui sententiae Vas-
- 80

rerum harum rerum peritissimi auctoritate non parum roboris ac-
 cedit, ita dictam existimaverint, ut multas alias opiniones ab Au-
 ctore de hoc argumento allatas prateremus. Cum vero Su- p. 11. seqq.
 burra sub Carinis fuisse perhibetur, de iis quoque Laderchius
 prolixam dissertationem instituit, ubi de earum appellatione iti-
 dem variz scriptorum sententiz discutiuntur, & tandem, quo lo-
 co Carinz fuerint, probabiliter demonstratur. Quod ad nomen
 Carinarum attinet, eas ita dici cum Varrone Auctor sentit, quod
 scilicet hinc oriretur caput Sacre Viz, siquidem καρα apud Græcos
 idem quod apud Latinos caput significat. Istud Sacre Viz caput,
 juxta communem scriptorum opinionem, fuisse ad Titi Amphi-
 theatrum, ut Donatus, Nardinus & alii innumeri testantur. Ce-
 terum hæc Carinas in Urbe celeberrimas fuisse, veterum auctorum
 testimoniis confirmat, & a Virgilio lib. 2. Æneid. vers. 359 lautas
 appellari; id quod Auctor, ex mente Servii, vel propter elegantiam
 ædificiorum, vel propter Augustum natum cunis veteribus &
 nutritum in lautis Carinis, fieri existimat. Cum vero Marcelli-
 ni & Petri Basilica Presbyteri Cardinalis titulo insigniatur, Au-
 ctor hinc ansam arripit de Titulis istis, qua de re multiplex inter
 Ecclesiasticos scriptores disceptatio fuit, prolixè differendæ, utpote
 quod argumentum totam propemodum tertiam partem hujus li-
 bri occupat. Solitam itaque in hoc opere methodum secutus,
 capite secundo ac tertio varias de Titulis scriptorum sententias col-
 ligit, ubi inter alias Julii Cæsaris Scaligeri conjecturam affert, qui,
 Cujacii opinione rejecta, verbum *Tituli* a verbo Græco τῖτον de-
 rivare non dubitat, ut idem sit honor ac titulus. Cap. IV, V &
 VI Baronii, Albitii, Gretzeri, Frizonii & Florentini sententiz de
Titulis refelluntur, qui *Titulos* domos divino cultui destinatas
 fuisse existimant, in quibus Christiani synaxes agere consueverint.
Titulos enim domos fuisse Auctor asserit, in quibus non tantum
 Basilicæ ad sacra peragenda constituebantur, sed ubi præterea
 profugis aut pauperibus fidelibus hospitium & victui necessaria sup-
 peditabantur. Cap. VII, & VIII de divisione ac numero *Titu-
 lorum*, & ubinam constituti fuerint, nec non de nomine Cardi-
 naliū inculenter agit. Cap. X, occasione earundem Petri & Mar-
 cellini Basilicarum, de Lætania septiformi quædam commentatur, quo

p. 131.

Pars II.
p. 202. 69.

a Divo Gregorio, anno Christi 590, ad iram Dei avertemendam, tam temporis urbem Romam dira lue vastantem, indicta fuit. Cap. denique XIV præfente forma Basilicæ SS. Marcellini & Petri descripta, capite ultimo Elenchum omnium Romanæ Ecclesiæ Presbyterorum Cardinalium Tituli SS. Marcellini & Petri, a S. Gregorio Magno usque ad Clementem XI, accurato studio recenset.

DE VETERIBUS REGUM FRANCORUM DIPLOMATIBUS, & Arte secernendi antiqua diplomata vera a falsis, Disceptatio ad R. P. D. JOANNEM MABILLONIUM Monachum Benedictinum. Auctore P. BARTHOLOMÆO GERMON S. J. Presbytero.

Paris, apud Johannem Anisson, 1703, in 8.
Constat dimidiatis foliis Alph. 1 pl. 9.

Non vulgarem hæcenus applausum tulit celeberrimi Mabillonii opus de Re Diplomatica, quod in hæc Eruditorum Actis primo anno comparere fecimus, atque in eo multa, ad firmandam vel enervandam veterum instrumentorum fidem, maximi ponderis præcepta invenisse sibi visi sunt antiquitatum historiarum cultores. Ast qui præfenti libello in publicum prodit Germonius, totam illam canonum a Mabillonio traditorum structuram convellere, ipsaque adeo fundamenta subruere conatur, licet solo veritatis investigandæ studio, istud laboris in se suscepisse affirmet. Scilicet dum Benedictinorum doctissimus in prælaudato opere asseruit, artis utique esse vera diplomata a falsis discernere, illaque demum pro genuinis habet, in quibus stilus, subscriptiones, sigillum, chartæ genus, aliæque hujusmodi iis sæculis concordant, quorum notas præferunt, talia autem cognoscenda docet ex autographis, quæ a vetustis temporibus ad nos incorrupta pervenerunt, ipseque statim subjungit: disceptationis hujus Auctor sagacissimus præprimis inquirendum statuit, an representata illa autographorum specimina eam fidem merentur, ut eisdem certæ atque indubitæ regulæ superstrui poterint. Suspecta vero in genere illa judicat septem potissimum ex rationibus.

Pri-

Primo necesse sub Merovingis & Carolingis Regibus, hoc est, sexto, septimo vel octavo seculo, scripta autographa ægre ad nostra tempora servari potuisse contendit, tum quia in papyro Ægyptiaca, cortice ac membranis, corporibus valde caducis, exarata, ideoque muceri, sicuti muribusque perquam obnoxia fuerint; tum quia scripsitiorum custodes non nimis anxie chartis invigilaverint, scientes quippe, longi temporis possessionem minime controversam, plus autoritatis apud iudices obtinere debere, quam diplomata scripta; tum denique quia illa ipsa loca, e quibus plerumque autographa depromantur, incendiis atque depredationibus miserrime fuerint deformata, ut vel marmorea veterum Regum monumenta ins succumbere oportuerit, adeoque prodigii instat foret, si diplomata ista mitiorem sortem invenissent, sane hoc ipsum ad minimum accurate demonstrari debuisset. Secundo falsarios magno numero, variis retro seculis, & quidem sexto, nono atque undecimo, increbuisse notat, a quibus plurima omnium iudicio spuria diplomata promanaverint, cum iisdem, quæ genuina dicuntur, passim asservata, ut adeo manifestis argumentis opus sit, antequam hæc pro veris venditare liceat. Hisce itaque præsuppositis, tertio colligit, vetusta diplomata vera a falsis certo secerni haudquaquam posse, quoniam non æque facile, ut mendo aliquo in charta animadverso falsi eadem arguitur, ita chartam, a vitis visibilibus forte intaminatam, veram statim ac legitimam pronunciare detur, cum impostorum astutia, in fabricandis diplomatibus, præcavere potuerit, ne vel in chronologiam vel antiquiora monumenta ulla in parte impingerent. Licet igitur falsis non sint annumeranda hujusmodi diplomata, quæ nullam falsitatis maculam oculis ingerunt, neutiquam tamen veris atque indubitatis eadem accenseri posse, sed inter dubia atque incerta relegari debere, cum veritatem illorum nemo apodicticis rationibus demonstrare valeat. Sic adesse aliqua in cortice non modo scripta, sed & scripturæ forma, notis chronologicis, sigillis, monogrammate Imperatorio, recognitione notarii, testiumque subscriptione veris instrumentis simillima, quæ tamen ipse Mabillonius, Conringius, Baluzius, Tenzelius alique Viri eruditi falsa iudicaverint, evidentissimo indicio, enarrata modo signa ad probandum auto-

graphorum veritatem nullatenus sufficere. Quarto nec ex barbaro illo scribendi genere, quod Merovingicum appellatur, ceruicquam elici posse arbitratur, cum adhuc sub iudice lis sit, utrum scriptura hujusmodi Francis, qui Romana delectabentur, cognita fuerit nec ne, & tamen illud admitteretur, falsarios tamen & nebulones male feriatos eadem facilitate illam imitari valuisse, qua veterem Longobardicam manum exproffit, quisquis ille fuerit impostorum, qui in charta plenaria securitatis, uti quidem Briffonio audit, inque dorso ejus hæc verba inscripsit: *C. Julii Cæsaris testamentum L. Pisone sacero recitatum in domo Idibus Septembris*; quibus deceptus Mabillonius, illud testamentum C. Julii Cæsaris autographum olim putaverat, quod tamen trigesimo octavo Justiniani Imp. anno notatum, atque apochæ instar se habere, postmodumprehenderit. Quinto exhibita illa a Mabillonio veterum diplomatum specimina sublestæ fidei insimulat, propter corruptissimam ipsorum orthographiam, nec credi posse innuit, Referendarios & Notarios Regios, qui plerunque eruditione excelluerint, Latinum sermonem ejusque scribendi normam adeo ignorasse, ut tam crebro, tam turpiter contra illam peccaverint, ceu pluribus apricum facit, in uno eodemque instrumento easdem voces diversimode, aut pessime pictas occurrere. Nec minus barbariem styli tantam ibi se prodere sexto quæritur, ut foedior fere esse nequeat, cum tamen in aliis istius ævi scriptis, quæ non sine judicio allegat, tolerabilior multo loquendi ratio frequentetur, mirarique adeo subit Nostrum, cur ipsissimus Audoëmus Rothomagensium Archi-Episcopus, quando S. Eligii Noviodunensis Præfulis vitam contexit, sermonem cum Grammaticæ legibus satis congruentem adaptavit, in confectis vero a se, propter Referendarii minus, quod sub Dagoberto & Clodoveo II RR. gessit, diplomatibus tam barbare incedat. Ultimo tandem suspicionis aniam, eamque gravissimam, Nostrum porrigit ipsam Archivum Dionysianum, unde Mabillonius autographa sua maximam partem accepit, scrupulumque simul generat, quare scriptor Anonymus, ab Andrea du Chesne editus, qui gesta Dagoberti Francorum Regis consignavit, omniaque donaria, quibus Basilicam S. Dionysii antiqui Reges locupletarunt, sollicite recensuit.

ad-

adducendo subinde diplomata seu præcepta, quæ largitionum fidem adstruerent, omiserit illa, quæ Dubletus in libro de veteribus Comobii Dionysiani monumentis publicavit. Atqui ille, nonnisi quindecim Dagoberti præcepta protulit, e quibus Dubletii ætate quinque vel sex saltem supererant, hic e contra octodecim instrumenta Dagobertina, nova potissimum, detexit. Sed Mabillonii felicitatem adhuc magis stupet Noster, utpote qui e tot chartis Merovingicis a Dubletto excusis, quinque tantum operi suo Diplomatico inseruit, & tamen triginta atque unum diplomata hujus generis ibidem coacervare potuit. Hujuscemodi itaque mutationis, quæ Dionysiano archivo in melius obtigit, causas sibi exponi postulat, cum de facili quidem concedat, instrumenta vetera sensim atteri & perire posse, non vero dispiciat, quo pacto illa indies augeri, temporumque successione nova pullulare queant. Postquam igitur hæc aliaque contra memorata autographa generatim objecit Germonius, ad potiora, quæ Mabillonius omnium certissima judicavit, atque ære incidi fecit, in specie expendenda convertitur, quo in instituto num operam omnem luserit, Lectorum diligentiam investigandum permittimus. Id sane in examine quindecim diplomatum Autor se evicisse autumat, Mabillonii artem vera diplomata a falsis fecernendi nondum satis firmo inniti talo, sed fortiora insuper desiderare argumenta, quibus supeditatis veritatem se ultro amplexurum, diserte spondet.

HISTORIA MORBORUM, QUI ANNIS MDCIC, MDCC, MDCCII Vratislavia grassati sunt, a Collegio Acad. Leopold. Nat. Curios. Vratislaviensibus in lucem edita. Accedit Appendix loco Tractatus de Experientia.

Vratislaviæ & Lipsiæ, sumptibus Christ. Bauchi Biblioposæ Vratisl. 1706, 4.
Constat Alph. 2.

Quis scopus præfixus sit, & qua methodo uti libuerit Clarissimis Leopoldinæ Academiæ Nat. Curios. Collegis Vratislaviensibus, in pertexenda Historia Morborum, qui Annis 1699, 1700, 1701 Vratislaviæ grassati sunt, & nobis in Actis Anno 1701. Mens. Decembri pag. 521, Anno 1702. Mens. Novembri p. 504, & Anno 1704. Mens. Februario pag. 67, ubi Historiam singulorum annorum seorsim prædeuntem recensuimus, jam dum indigitatum fuit. Nunc postquam conjunctim editæ trium horum Annorum Historiæ, & Appendix loco Tractatu Philosophico-Medico de Experientia locupletatæ sunt, quid in hoc ultimo notatu digni contineatur, breviter sumus exposituri.

D.S.

Dispelcitur hic in 2 Capita, quorum I. *Experientiam in genere*; & *quam* aliena nititur *fide*, explanat; II. *eam*, quæ ex propriis observationibus acquiritur, dilucidat. In genere *Experientia* duobus modis accipitur. Vel enim denotat noticiam, seu cognitionem singularium, unius ejusdem *f. ecies*, vel præter istam cognitionem significat etiam collectionem, ita ut cognita singularia habeant in isto discursu rationem antecedentis, ex quibus deinde elicitur consequens; hæcque differt eadem ab actu sentiendi & ab ipso habitu. Innotet, una autem nobis singularia tum aliorum relatione, tum propriis sensibus. Sed sæpissime contingit, ut fabulosa Auctorum decipiamur relatione. Ne igitur hõrum narrationibus fidentes loco thesauri experientie colligamus carbonem, perquam necessarium est, ac utile, cum primis scire, quibus tuto credere possit. Hinc notandum, illis fidere licere; qui ponunt ac voluerunt vera narrare. Is vero posse censendus est, 1) qui sufficienti & ad unamquamque rem dijudicandam necessaria instructus est eruditione; 2) qui reliquis adminiculis omnibus non destituitur; 3) qui in ipso loco degit, in quo res est deicribenda; 4) qui temporis opportunitate non excluditur. Eum autem, qui potest, etiam velle colliges, si vir fuerit bonus & honestus. Quia vero larva honestatis indutus nemo non in proscenium prodit, sequentes regulæ inserviunt, ad explorandas hominum hæc in re voluntates. 1) Si vel ex scripto vel aliunde nobis constiterit, Authorem famæ & gloriæ immodicum aucupem fuisse, de ejus voluntate vera referendi dubitandum est. 2) Innovatores, qui semper resingunt, retractantque etiam a se non intellecta, & in nulla re nisi in novis hypothesibus fingendis sibi placent; plenam fidem non merentur. 3) Qui calamum modo adversus hunc, modo illum stringunt, decoxere fidem. 4) *Aris* coruscatores, qui jactant enchirifes, novos processus, arcana toties totiesque felicissimo successu comprobata, sublesta fidei sunt testes. Quod altero loco experientiam attinet, quæ paratur ex singularibus, a nobis officio sensuum nostrorum cognitæ, Aristotelis illud hic valet: *Sensus propriorum objectorum semper verus est*, modo adhiat omnia requisita, scilicet 1) organum recte affectum, 2) objectum idoneum, 3) medium naturaliter se habens, 4) intervallum debitum. Singulare autem rite observatum memoriæ bene est imprimendum. Ad experientiam ergo necessariæ sunt plures memoriæ singularium, quæ vel idem perpetuæ sunt, vel iisdem qualitatibus prædita, vel multa habere prædicata eadem. Qui ita instructus est, deinde progreditur ab his singularibus ad aliud eis simile. Et talis integra collectio commode experientia nominatur, & definiti potest, quod sit progressus a singularibus ad aliud singulare. Contra quas tamen regulas experientie comparandæ peccant 1) fastiosi, qui negative ita concludunt: Neque hoc neque istud sensibus meis usurpavi. Et neque unum neque alterum erit, 2) illi, qui ex uno singulari, quomodocunque cognito statim inferunt aliud singulare, imprimis in curâ agrorum.

** ** *

A C T A ERUDITORUM,

publicata Lipsiæ

Calendis Julii Anno M DCC VI.

JOANNIS GERSONII OPERA OMNIA, NOVO
ordine digesta & in V Tomos distributa, ad manuscriptorum co-
dices quamplurimos collata & innumeris in locis emendata, qua-
dam etiam nunc primum edita: quibus accessere HENRICI
de HASSIA, PETRI de ALLIACO, JOANNIS BRE-
VICOXÆ, JOANNIS de VARENIS Scriptorum con-
taneorum, ac insuper JACOBI ALMAINI & JOAN-
NIS MAJORIS tractatus partim editi partim inediti, nec
non monumenta omnia ad causam JOANNIS PARVI
pertinentia, opera & studio M. LUD. ELIES DU PIN
S. Facultatis Parisiensis Theologi & Philosophiæ Profes-
soris Regii, qui huic novæ editioni præfixit
GERSONIANA.

Antwerpiz, sumptibus Societatis, 1706, in Fol.
Constant Alphab. 33. & pag. 10.

Nova prodeunt induta facie Opera Viri sum temporis
prudentia, pietate & doctrina nemini facile secundi,
Doctoris, ut vulgo audire solet, Christianissimi, sem-
piternæ Parisiensium gloriæ & Constantiensis Concilii
columnæ. Quæ cum tanti fiant eruditæ, ut neminem
in eis sine insigni verfatum fructu existiment, quid mirerur, quod
prima inter documenta inventæ modo artis typographicæ com-
pareant, & sexta jam vice, si quoties, ex quibus constant, tracta-
tus seorsim editi sint præterea, emendatiora nobis sistantur. &
Quid opera & studii huic editioni impenderit Clarissimus *Dn Pin*,

celeberrimum illud inter Sacrae ac Literariae Historiae cultores nomen, dabunt nobis *Praefatio* partim eique annexa, partim quae hanc exhibuit *Geffonktha*. Praefatione edoceatur, quoties Opera Gersonii prodierint sigillatim, quoties conjunctim omnia. Et collectio quidem illorum facta est primo Basileae anno M CCCC LXXXIII, dein Argentorati anno M CCCC LXXXIX, iterum Basileae anno M D XLIX, demum Parisiis anno M D XXI & anno M DC VI. Quae editio postrema etsi reliquas superet & forma & characteribus, haec multo tamen est accuratior, non quod editor *Edmundus Richerius* huic labori par non fuerit, sed quod lib. bibliopolarum impatientiam, aliis districtus curis non potuerit ei, quod necessarium fuit temporis impendere. Proinde & divisio operum Gersonii, uti compacta vulgo sunt, instar foliorum, Sibyllae confusa, & quae textui irrepserant errata, ordines postularunt meliores, majoremque codices manuscriptos conferendae atque exscribendi industriam. Id quod viros excitavit doctos atque cordatos, ut editionem molirentur ceteris cultiorem, auctiorem & castigatorem, imprimis cum rara admodum sint & multi veniant exemplaria, forsitan & inde, quod Cardinalis *Barberinus*, praesertim curiae Romanae studio, suppressere ea penitus adlaboraverat, sed perperam. Ultimam itaque limam illis adhibuit Vir quidam doctissimus, quem Noster honoris causa appellaturus erat, nisi ipse nomen suum reticere voluisset: sed praelo opus tradere paratus, quo ignoratur fato consilium interrupit, & provinciam hanc *Christissimo nostro De Pin* demandavit. Is retinuit quidem, quae jam annotata erant atque emendata ab hoc Operum Gersonii restauratore, sed & ipsemet multos tractatus, ad codices manuscriptos Viatoricos, Navarricos, Colbertinos aliosque nondum collatos, recensuit, L ferme Gersonii lucubrationes ex manuscriptis eruit, scriptorum coetaneorum tractatus aliquot insignes haecenus ineditos operibus hinc adjunxit; monumenta ad causam Johannis Parvi spectantia, quae nondum lucem viderant, in unum volumen congeffit, omnia denique opera novo ordine digessit, atque quinque Tomis distinxit. Illorum Tomus I continet Dogmatica, II. ad Ecclesiasticam Disciplinam pertinentia, III. Moralia, IV. Exegetica & Miscellanea, V. Acta ad causam Johannis Par-

Parvi spectantia. Atque hæc sunt, quæ præfamine persequitur. Cui proxime annexa sunt *primo series* eorum, quæ nova hæc Gersonii operum editione continentur, in qua asterisco semper notantur nunc primum in lucem emissa; *dein Index operum* Gersonii juxta editionem Parisiensem anni MDCVI, ad hanc ævæ exactus, cujus beneficio, quæ in veteri dantur opuscula, in recentiori nostra inveniuntur, qualem fuisset ordinis immutatio; *tandem Synopsis Chronologica Pontificum Romanorum, Imperatorum & Regum Occidentis*, qui Gersonio vivente existerunt. His præmissis, sequuntur ipsa *Gersoniana* in IV. Libros divisa, quarum, Lib. I. Historiam Ecclesiasticam temporis illius, quo Gersonius vixit, enarrat, Lib. II, Johannis Gersonii, Petri de Alliaco, Nicolai Clamengii, aliorumque coætantorum Scriptorum vitas comprehendit, Lib. III, agit de scriptis Gersonii, Lib. IV. doctrinam illius per universa Theologiæ capita persequitur. Licet eruditam hæc in Gersonium introductionem strictim perlustrare, quæque notatu digniora videntur atque gratiora delibare, ut, quid ex editione hac recenti redundaturum sit commodi in pium doctumque lectorem, aliquo illi modo innotescat.

In Libro I. itaque res in Ecclesia, dum vixit Gersonius, gestas persecuturus Clarissimus Auctor, tres sibi constituit sectiones, illarumque *prima Historiam Schismatis a morte Gregorii XI ad Pisanum Concilium* enarrat. Scilicet qui rem altius repetet, miseræ isti Sionis fissuræ occasionem dedisse animadvertet sedis Pontificiæ immutationem, quæ anno MCCCV Roma Avinionem a Clemente V transferebatur. Hunc cum imitarentur successores LXX & amplius annis, summi Pontificis absentia, urbs Roma totaque ferme Italia in eam prolapsa est miseriam, ut continuo belli atque seditionum motu agitarentur. Maxima isthæc Ecclesiæ Romanæ calamitas, non solum impulit Urbanum V & Gregorium XI, ut iter in Italiam facerent, neque aliorum curæ omnia committerent, sed & populum Romanum, ut, quantum per ipsam fieri posset, Gregorio XI, anno MCCCLXXI mortuo talem succedere curaret Episcopum, qui more antiquo ab Ecclesia sua non abesset. Varii hinc Romæ de futuri Pontificis electione suscitabantur tumultus, flagitante Italum populo, renun-

tantis Gallum Cardinalibus, quippe in quorum Collegio Gallo-
 rum factio praevalerat. Metu tamen multitudinis tumultuantis
 & conclamantis, *Romani volumus aut Italiam*, Archiepiscopum
 Barrensem Neapolitanum dixerunt Pontificem, mox Urbanum VI
 postea insignitum. Sed cum Cardinalium a se abachaffer im-
 mos, potentiam ac opes illorum imminuere conatus, hi de ad
 Pontifice eligendo inierunt consilium, & relicta dolo Roma,
 statim Pontificatui ejus miserunt nuntium, hortati Papam serio, ut
 semetipsum abdicaret potestate, quam injusto titulo possideret, &
 male adeo administraret. Nec diu post in ejus locum elegerunt
 Rob. Gebennensem, quem Clementem VII appellant. Consti-
 tutis ita duobus Papis, in duas orbis Christianus abijt partes, aliis
 Urbanum venerantibus, Clementem aliis. Urbano adhaeserunt
 Germania sub Imperatore Carolo IV, Hungaria, Anglia, Bohe-
 mia, Polonia, Dania, Suecia, Norwegia, Prussia, Belgium, Tu-
 scia, Longobardia, Ducatus Mediolanensis & magna pars Italia.
 Cum Clemente vero fecerunt Neapolitani, Galli, mox Scoti, Na-
 vari, Sabaudi, Lotharingi & deinde Hispani. Quamvis autem
 partes Clementis amplexi erant Galli, non tamen Academia Pari-
 sicensis hinc Pontifici fuit addicta, eo quod Ludovico, ab ipso Si-
 ciliae Regi declarato, in belli contra Carolum Dyrrachinum sum-
 ptus concesserat decimas bonorum Ecclesiasticorum, unde maxi-
 mum Universitati emergebat detrimentum. Quod cum avertere
 conarentur Academiae proceres, in odium Pontificis inciderunt,
 atque Ludovicus, qui Johannem Roncium Gessoracum Theolo-
 gum in castrem concesserunt, & Rectorem Academiae Magnifi-
 cum comprehendendi iusserunt, tanto omnium terrori, ut multi, eos-
 que inter Gersonius noster, Lutetiam relinquerent. Licet autem
 Parisiensis non staret a partibus Clementis, neque tamen ad Ur-
 bium accesserunt, in id intenti unice, ut turbata diro schisma-
 te Ecclesia patri & libertati redderetur. Circa id tempus, anno
 MCCCCLXXII, controversia nata Dominicanos inter & Fran-
 ciscanos, circa aliquot fides capita, & maxime de immaculata Vir-
 ginis Mariae conceptione, quam negabat Johannes de Monteforo
 Doctor Theologus Parisiensis, quique cum eo steterant Domini-
 canos, assimabant autem Theologi ac Professores ceteri, quos in-

ter Petrus de Alliaco, cujus scripta Gersoni nostri operibus inserta sunt, principem facie locum obtinebat. Eiusmodi autem contentionibus schisma Pontificum fuit adfectum: quorum enim sententiam Clemens damnaverat, illi deflebant ad partes Urbani, atque ista duravit eo usque, ut interea Dux Andegavensis & Carolus Dyrrhachinus, de regno Neapolitano in Italia contentiones morerentur; ipse quoque Urbanus VI anno MDCCLXXXIX decederet. Ea rerum mutatio non exiguam dedit spem recuperandæ in Ecclesia tranquillitatis, omnique a quamplurimis contendebatur opera, ne alius in Urbani locum eligeretur Pontifex, sed frustra: sequenti enim mense Petrus de Thomacellis dignitatem hanc obtinuit, atque Bonifacii IX nomen assumpsit. Nihilominus Pontifices ipsi suam ad pacem proclivitatem Regi Christianissimo significarunt, eidemque, ut saluti consuleret communi, suaserunt: unde sub illius auspiciis instituta est deliberatio in Academia Parisiensi, quæ ex plurium sententiis, tres ad tollendum schisma vias iudicavit aptissimas, nempe viam *cessionis* seu renuntiationis utriusque contendentium, *compromissionis* amborum in aliquos solennes viros, & *Concilii generalem*, quas Nicolaus de Clamengis, cæterorum nomine, libello Regi submisso oblato egregie commendavit. Non quidem statim Rex votis Academiae annuit, sed nec illa propterea ab instituto suo recessit, potius ad ipsum Pontificem Clementem dedit epistolam, quæ eundem serio obtestabatur, ut hæc revocandæ pacis consilia admitteret. Qui cum animadverteret, plerosque Cardinalium Avenionensium ratas habere propositas a Parisiensibus vias, conjectas est in mororem, & paucis post diebus, subita correptus apoplexia, obiit anno MDCCLXXXIV. Misso de obitu Clementis ad Academiam Parisiensem nuntio, illa mox Regem implorat, ut Cardinalium Collegium moneat, ne in defuncti Pontificis locum alium eligerent, donec circa unionem plenius foret deliberatum, sed potius ipsimet nova restituendi pacem adminicula suppeditarent. Equidem Rex votis hisce dedit locum, & ad Cardinales de electione Pontificis scripsit, sed eo non obstante, electus est Petrus de Luna, qui alias Benedictus XIII nuncupatur. Is pacem suscitabat, recipere vero Pontificatum pertinaciter adlaborabat retinere: licet

tioris Gallum Cardinalibus, quippe in quorum Collegio Gallo-
 rum factio praevaleret. Metu tamen multitudinis tumultuantis
 & concitantis, *Romulum volumus aut Italum*, Archiepiscopi
 Bituricensis Neapolitanum dixerunt Pontificem, nonne Urbanum VI
 postea irrogatum. Sed cum Cardinalium a se abesset animos,
 potentiam ac opes illorum intrinsece conatus, hi de alio
 Pontifice eligendo inierunt consilium, & relicta dolo Roma,
 statim Pontificatus ejus miserunt nuntium, hortati Papam serio, ut
 semetipsum abdicaret potestate, quam injusto titulo possideret, &
 male adeo administraret. Nec diu post in ejus locum elegerunt
 Rob. Gebennensem, quem Clementem VII appellant. Constitutus
 ita duobus Papis, in duas orbis Christianus abiit partes, alii
 Urbanum venerantibus, Clementem alii. Urbani adhaerent
 Germanis sub Imperatore Carolo IV, Hungaris, Anglis, Bohemis,
 Polonia, Danis, Suecia, Norwegia, Prussia, Belgium, Tuscia,
 Longobardia, Ducatus Mediolanensis & magna pars Italiae.
 Cum Clemente vero fecerunt Neapolitani, Galli, mox Scoti, Navarri,
 Sabaudi, Lotharingi & deinde Hispani. Quamvis autem
 partes Clementis amplexi erant Galli, non tamen Academia Parisiensis
 huius Pontifici fuit addicta, eo quod Ludovico, ab ipso Siciliae Regi
 declarato, in belli contra Carolum Dyrrachinum sumptibus concesserat
 decimas bonorum Ecclesiasticorum, unde maximum Universitati emergebat
 detrimentum. Quod cum avertere conarentur Academiae proceres,
 in odium Pontificis inciderunt, atque Ludovicus, qui Johannem Roncium
 Gesoriacum Theologum in carcerem conjecerunt, & Rectorem Academiae
 Magnificum comprehendendi iusserunt, tanto omnium terrori, ut multi,
 eosque inter Gesonius nobis, Lutetiam relinquerent. Licet autem
 Parisiensis non staret a partibus Clementis, neque tamen ad Urbanum
 accesserunt, in id intenti unice, ut turbata diro schismate Ecclesia
 paci & libertati redderetur. Circa id tempus, anno MCCCEXXXII,
 controversia nata Dominicanos inter & Franciscanos, circa aliquot fidei
 capita, & maxime de immaculata Virginis Mariae conceptione,
 quam negabat Johannes de Montsonis Doctor Theologus Parisiensis,
 quique cum eo steterunt Dominiani, affirmabant autem Theologi ac
 Professores ceteri, quos in-

ter Petrus de Alliaco, cujus scripta Gersoni nostri operibus inserta sunt, principem facile locum obtinebat. Eiusmodi autem contentio tribus schismate Pontificum fuit adiectum: quorum enim sententia Clementis dominaret, illi deficerent ad partes Urbani, atque ita duravit eo usque, ut interea Dux Andegavensis & Carolus Dyrhacianus, de regno Neapolitano in Italia contententes moterentur; ipse quoque Urbanus VI anno MCCCLXXXIX decederet. Ex rerum mutatio non exiguum dedit spem recuperandæ in Ecclesia tranquillitatis, omnique a quatuordecim contententibus operi, ne alius in Urbani locum eligeretur Pontifex, sed frustra: sequenti enim mense Petrus de Thoinacellis dignitatem hanc obtinuit, atque Bonifici IX nomen assumpsit. Nihilominus Pontifices ipsi suam ad pacem proclivitatem Regi Christianissimo significarunt, eidemque, ut saluti consuleret communi, suaserant: unde sub illius auspiciis instituta est deliberatio in Academia Parisiensi, quæ ex plurium sententia, tres ad tollendum schisma vias iudicavit aptissimas, nempe viam *cessionis* seu renuntiationis utriusque contententium, *compromissionis* amborum in aliquos solennes viros, & *Concilio generali*, quas Nicolaus de Clamengis, cæterorum nomine, libello Regi submisso oblato egregie commendavit. Non quidem statim Rex votis Academiae annuit, sed nec illa propterea ab instituto suo recessit, potius ad ipsum Pontificem Clementem dedit epistolam, qua eundem serio obtestabatur, ut hæc revocandæ pacis consilia admitteret. Qui cum animadverteret, plerosque Cardinalium Avenionensium ratas habere propositas a Parisiensibus vias, conjectus est in moerorem, & paucis post diebus, subita correptus apoplexia, obiit anno MCCCLXXXIV. Misso de obitu Clementis ad Academiam Parisiensem nuntio, illa mox Regem implorat, ut Cardinalium Collegium moneret, ne in defuncti Pontificis locum alium eligerent, donec circa unionem plenius foret deliberatum, sed potius ipsimet nova restituendi pacem adminicula suppeditarent. Equidem Rex votis hæc dedit locum, & ad Cardinales de electione Pontificis scripsit, sed eo non obstante, electus est Petrus de Luna, qui alias Benedictus XIII nuncupatur. Is pacem simulabat, reapse vero Pontificatum pertinaciter adlaborabat retinere: licet

quum in Concilio Ecclesie Gallicane via cessionis electa, Pontifici a Rege Gallie offerretur per Legatos splendidissimos, Johannem Ducem Bituricensem, Philippum Burgundum, Ludovicum Ducem Aurelianensem, tres Episcopos, aliosque regni Principes, qui una cum Cardinalibus Avenionensibus obtestando atque monendo instabant apud Benedictum, ut viam cessionis admitteret, omnia tamen cum eo colloquia, omnes suasiones, omnes obtestationes fuerunt frustranea. Academia tamen Parisiensis consilium de cessione, seu optimo, quocumque modo commendare perrexit, inprimis in aulis Principum, per Regis suoque Legatos, non obstantes, quod Pontifex minas illi totique regno intentaret, tandemque rem eo deduxerunt, ut Reges & populi plerique in suam irent sententiam. Itaque anno MCCCXCVII conventus de pace Ecclesie instituti sunt Francofurti primus, postea Parisius, & anno MCCCXCVIII iterum in Gallia, in quibus decernebatur, Pontifici obedientiam esse subtrahendam, donec viam cessionis acceptasset. Varia interim a Theologis & Canonistis promulgata sunt scripta, quorum alia subtractionem defendebant, alia rejiciebant. Gersonius noster, uti erat vir mitis ac prudens, media incedebat via, restituendam suadens obedientiam, sed non in iis, quae ad collationem beneficiorum & alia Ecclesie temporalia pertinent; quae sententia sapius postea in Synodis Gallicanis repetita, & in hunc usque diem confirmata est. Reddita quoque est, praeterlapso quinquennio, Pontifici potestas sub conditionibus, & praecipue promovendi concordiam, quibus ut se conformem demonstraret, per legatos cum Bonifacio de pace Ecclesie agere instituit. Re ipsa autem Principes delinquit atque Episcopos, id tantum molitus, Pontificatum suum ut confirmaret, & proposita cessionis aliaque restituendae pacis media, proprio suo commodo adversa, interrumperet. Cessit ei haec declinandi media unionis sententia, tamdiu ex voto suo, ut interea temporaria & Bonifacius IX, & qui ei iam successerat, Innocentius VII, morerentur. Cum autem Papa uterque, & Romae & Avenione, sedens, elusiones suas, quibus aperte proderet, & Benedictus quidem, restituta sibi potestate tam male uteretur, ut Bullas in Galliam mitteret excommunicatum, quotquot vel meditarentur, vel executioni essent mandaturi obedi-

scientiæ subtractionem, Rex Galliarum eandem publico contra utrumque edicto promulgavit, prætereaque Mareſchallo ſuo Bucicaldo mandavit, ut Benedictum caperet. Is autem fuga in Cataluniam ſe recepit, ſicuti & Gregorius XII Innocentii ſucceſſor Romanam deſeruit. Hoc cum cernerent utriuſque Collegii Cardinales, conveniunt, Conciliumque in civitate Piſana indicant. Hincque progreditur prima hujus Hiſtorie pericope. Altera complectitur res in Concilio Piſano geſtas, quæque ſub Alexandro V & Johanne XXIII, uaque ad Concilii Conſtantiſis convocacionem, contigerunt. Convenerunt itaque anno MCCCXC Piſe in Eccleſia cathedrali XXIII Cardinales, LXVII Legati, IV Patriarchæ, XII Archi-Epiſcopi, LXVII Epiſcopi præſentes, & per Legatos LXXXV Abbates quaſiſſimi, cum Generalibus Miniſtris, Proceſſoribus & Brevibus diverſorum Ordinum, & Monafteriorum ac Academicarum Deputatis, & ad diem ſeptimam Auguſti, XIII conſeſſibus, de reddenda Eccleſiæ pace deliberarunt. Tandem juſſu Concilii pronuntiata eſt ab Alexandrino Patriarchæ ſententia, qua uterque Pontifex a Pontificatu rejeſtus eſt. Poſtea egebat in illorum locum Alexander V, qui omnia a Synodo hæc decreta probavit bulla, die ultimo Januarii, MCCCXX data. Sed ſicuti ante eſſet proſectus, nempe ſeptuagenarius, eorum ſe permitit Baltazari Colle, & Bononiæ moritur anno MCCCXX, die VI Maij, paulo poſt quam illic eſſet deductus, a Colle, qui uti Curæ Pontificis optime erat generus, in Pontificatu ei ſucceſſit, aſſumpto Johanne XXIII nomine. Variæ autem tertio huic Pontifici, cum duobus reliquis de ſumma in Eccleſia potestate contentanti, adverſabantur. In Italia Gregorius XII ultimus celebrabat conventum, ſuavis eo annixus viribus, Prælatorum ut ſibi conciliaret animos, quorum quædam erant Cardinales, in alijs alia conferre beneficia. Præterea Romæ & Ladispoli capta, Johannes fuga ſaluti conſulere cogebatur. In Gallia Bulla Alexandri, Mercedentibus Fratibus conceſſa, & exaſio decimarum penitus rejeſcebantur. Et hoc Johannes antecelloris ſui Bullam de Mendicantibus revocaret, nihilominus immunitatem ab exaſione decimarum & aliorum reddituum ex beneficijs vacantibus, Pariſienſes ſuavis defendebant, prout edicto Regio anno MCCCXXVI erat

con-

constitutum. Hac omnia tamen electionem novi Pontificis non reddiderunt irritam; ipso quoque Pontifex operam dedit, ut promissis Concilio fieret satis, & Ecclesia tum in capite tum in membris emendaretur. Housque *festis* altera. *Ultimus* complectitur narrationem eorum, quæ ad extinguendum schisma in Concilio Constantiensi & post Concilium gesta sunt, usque ad mortem Gersonii. Indictum igitur atque convocatum Concilium a Johanne XXIII, rerum linearum angustis adactis, & in urbem, quidem Constantiam A. MCCCCXIV, cui Gersonius interfuit nomine Regis atque Academiæ Parisiensis, princeps inter utriusque Legatos, tantæ apud Patres conscriptos omnes exultationis, ut nihil sine eo annuente & consulente tentaretur, necdum decerneretur. Emendatio Ecclesiæ diu quaesita ita tandem insituta, ut primum Johannes XXIII, dein Gregorius XII, tandem etiam Benedictus XIII Pontificatu abdicarentur. Omnes quidem diu reluctati, noluerunt summa Ecclesiæ potestate cedere. Benedictus in castello Aragoniæ Paniscola conclusus, nomen & insignia Pontificatus retinuit, ad mortem usque, quæ contigit anno MCCCCXXIV, aliorumque Cardinales, qui tunc illic locati erant, creaverunt Pontificem, Clementem VIII. Postquam autem Concilium Constantiense A. MCCCCXIX Martinum V elegerat, omnes fere Reges ac Principes, etiam illi tandem, qui cum Papis reprobatas faciebant, eundem agnoverunt. Idcirco Pape reliqui, ad incitas jam redacti, Pontificatus deseruerunt. Gregorius Martino sese submisit, eoque ipso in Collegio Cardinalium Decani locum obtinuit. Clemens in Aragonia ultra dignitati nuper sibi collatæ renuntiavit, quique illum creaverant Cardinales, elegerunt declaratum dudum Martinum, eoque ipso electionem ejus calculo suo confirmarunt. Ita schismati, quod per LI annos duraverat, anno MCCCCXXIX sublatum est, quo ipso etiam Gersonius vitam cum morte contumaciter. Dignum quoque memoratu est Concilii hujus decretum, de auctoritate Concilii in Papam, quod non de schismatis tantum tempore intelligi debere, Clarissimus Du Pin pag. 31 demonstrat.

Libro II. & quidem §. 1 continetur vita Gersonii, cujus parentes, educationem, munera, legationes, adversam sortem,

auctoritatem & mortem Noster erudite persequitur. Non im-
 morabimur illorum recensione, quæ a compluribus literis manda-
 ta & obvia cuique sunt: suffecerit advertisse, addita esse a Nostro
 exilii Gersonii descriptionem; ipso Gersonio auctore, & alia quæ-
 dam vitam ejus & doctrinam concernentia, quæ frustra fortassis
 alibi quaesiveris. Omni certe silentio præteriri nequeunt fata,
 quibus obnoxius Gersonius fuit, utique stupenda. Humillimo na-
 tus loco, in viculo Gersonæ; unde Gersonius dicitur, cum alias
 Johannes Charlerius vocetur, eversus intra XXX annos fuit ad sum-
 mum Cancellarii in Academia & Ecclesiæ Parisiensi dignitatem,
 tantamque apud omnes existimationem, ut inter Legatos Regis
 Galliæ in rebus Ecclesiæ gravissimis occupatos non semel primum
 obtinuerit locum: at mox ex summo felicitatis fastigio præcipi-
 tatus in maximam perpetui exilii miseriam, tot pro pace Ecclesiæ
 exantlatis laboribus utique indignam. Origo hujus mali fuit ira
 Ducis Burgundionum, in quem zelo percitus divino investus
 erat ob perpetratam Ducis Aurelianensis eadem, cum oratione
 publica, tum refutatione Johannis Parvi, Ducis Burgundiæ defen-
 soris. Quam ob causam Lutetiam repetere cum minime aude-
 ret, in Baviaræ montanis & in Austria oberravit, tandemque
 Lugdunum fugit ad fratrem suum Cælestinorum Priorem, ubi
 absconditus puerorum institutione vitam consummavit. Sequi-
 tur §. 2. vita Petri de Alliaco, Cardinalis Cameracensis, primi Ger-
 sonii Magistri, Compendii ad Isaram anno MCCCCL nati. Is
 haut claris satus parentibus, comparata Parisiis humanarum pari-
 ter ac divinarum rerum scientia, Hypodiaconi primum spartam
 subiit, mox Theologiæ Professor & Collegii Navarrici Præposi-
 tus, inter discipulos suos Clamingium habuit ac Gersonium, cele-
 bris præterea ex controversia de *Immaculata Virginis Conceptione*,
 quam acerrime propugnavit. Anno MCCCXXIX creatus
 est Cancellarius Parisiensis, & anno MCCCXCIV Capellæ Re-
 giæ Parisiis Thesaurarius, eaque magni honoris ac emolumentis
 obtenta dignitate, munus Cancellarii transtulit in Gersonium.
 In causa schismatis cum ita se gereret, ut a consilio ejus multa-
 penderent, Benedictus Papa, in partes suas cum pertracturus, de-
 signavit Episcopum, & quidem primum Rodiensem A. MCCCXCV

Pp

post

post sesquiannum vero Cameracensem. Quibus devinctus beneficiis, quamdiu potuit, strenue Benedictum defendit, ast cum Ecclesie tranquillitas restitui nequitiam posset, nisi de Pontificatu contententes cederent hac dignitate, publicam utilitatem anteposuit privatæ, atque Alexandri V electionem probavit, quin imo promovit. Tandem A. MCCCCXI a Johanne XXIII Cardinalitæ insignitus purpura, Concilio Constantiensi interfuit, & cum Gersonio de Ecclesie emendatione operam dedit, magna inter illos animorum consensione, mortuus tandem in Germania, in quam alteram susceperat legationem A. MCCCCXXV. Porro §. 3 exhibetur vita Nicolai Clamengii, vulgo de Clemangis dicti, cujus laudes Clarissimus du Pin ita extollit: *nulli veterum cedit Clamengius, sive sermonis ubertatem, sive sententiarum sublimitatem attendas, & plerosque superat elegantia verborum & Latini eloquii puritate. Hujus oratio vera ac nativæ nec affectatæ eloquentiæ ornata splendescit, electis dictionibus, locupletibus sententiis, & tum sacrorum tum profanorum Scriptorum appositis allegationibus abundat. Nihilominus in declamationibus aliquando modum excedit, & in Satyris nimis acer videtur; at in descriptionibus jucundus est, in narrationibus politus, in præceptis abundans, in exhortationibus vehemens, in consiliis prudens. Scripserit sane, quicquid dicant, quovis tempore legi dignus & magni faciendus. Dies & annus nativitatis, sicuti & mortis, incertus quidem est, cum nullibi adscriptus legatur, colligit tamen Noster ex Actis Academiæ Parisiensis, cujus Rector fuit anno MCCCXCIII, quod natus sit circa annum MCCCLX, & septuagenarius anno MCCCCXL vitam cum morte commutaverit. Tandem §. 4 Henrici de Hassia, Joannis Brevicoxæ, Johannis Parvi, Petri de Cauchon, Egidii de Campis & Petri Plauli vita enarratur. Isti omnes schismati sese opposuerunt, viri in Academia Parisiensi doctriam & eloquentiam cælebres, quorum scripta quædam cæteris præstantiora Noster ex manuscriptis codicibus in lucem produxit, atque Gersonii operibus inseruit.*

In libro III recensentur monumenta, quæ Tomis IV prioribus comprehenduntur, & singulorum tempus, occasio, argumentum & character exponitur. Quæ inter diutius immoratus est

est Clarissimus dñ Pin libello *de sensu literali Sacra Scriptura, & judicio de vita S. Ermine* §. 1; tractatui *de modis uniendo ac reformando Ecclesiam*, eique annexis tractatibus *de flagellatione*, quaestioni: *utrum aurora mane rutilans Solem ediderit?* circa quam advertit, Gerfonium hic demonstrasse, mandata DEI præferenda esse consiliis Evangelicis, tractatui *de studio Monachorum*, item *de Potestate Ecclesiastica*, nec non *de Auctoritate Ecclesie & Conciliorum generalium* §. 2; libro *de Vita spirituali* §. 3, & *Exhortationi ad cultum Josephi* §. 4. Tandem in ultimo libri hujus paragrapho de stylo Gerfonii & Petri de Alliaco disserit, & utrumque quidem inæquali usum fuisse dicendi genere docet, pro argumenti & studii impensæ discrimine, magis tamen dictione invicem differre scripta Alliaceni, quam Gerfonii. Alliacenum in aliis facundum, in aliis gravem, in aliis subtilem, in aliis & levem & ludicrum comparere. Gerfonium autem vel tersum & politum adhibuisse dicendi genus, in orationibus præcipue, & quando tempus suffecerit industriæ, vel horridum & opacum, in operibus scholæ & rudium institutioni destinatis. Et si utriusque fiat comparatio, Alliacenum inferiorem esse Gerfonio in judicii acrimonia, doctrinæ constantia, vi ratiocinii & sensu pietatis. Exantlatæ ita erudite scriptorum Gerfonii aliorumque illis adjectorum recensione, subjecit peculiarem dissertationem de Auctore libri, cujus inscriptio est: *de Imitatione Christi*. In ejus §. 1 controversiæ hujus criticæ exhibetur historia, ab A. MDCIV, (quo in Hispania Petrus Manriquez omnium primus scripto negare ausus est, opusculum hoc esse Thomæ a Kempis) ad nostram usque ætatem. Dein §. 2 ostenditur, quatuor dari scriptores, quibus is potissimum vindicetur, nempe D. Bernardum, Johannem Gerfonium, Thomam a Kempis, & Johannem Gersen seu Gessen Abbatem. Porro §. 3 producit codices manuscriptos de Imitatione Christi, qui nomen præ se ferunt Thomæ a Kempis, Canonici Regularis Zwollensis, eosque ad Critices regulas examinat. Manuscriptos §. 4 excipiunt editi typis sub eodem nomine, & §. 5 testimonia Scriptorum in gratiam Thomæ a Kempis allegata, utpote Johannis Buschii in *Chronico Monasterii Windesemensis*, Matthiæ Farinatoris in *Lamine Anima*, Auctoris anonymi in *vita Thomæ a Kempis*, Petri Schotti Argentinenfis

in *prefatione ad Gersonii opera*, Johannis Kune Duderstattenſis in libro *de Elevatione animæ ad Deum*, Johannis Mauburni in *Rosario Spirituali*, Trithemii *de Scripſoribus Eccleſiaſticis*, Georgii Pirckameri & Petri Danhaufferi editorum Libri *de Imitatione Chriſti*, Johannis Geileri Keiſersbergentiſis in *Navicula* & Philippi Bergomatiſis in *Chronico*. Illi omnes ſeculo XV floruerunt, excepto Farinatore, quem jam ſeculo XIV librum ſupra nominatam juſſu Pontificis Johannis XXII compoſuiſſe, alii contendunt. Demum §. 7 excutiantur argumenta pro Th. a Kempis allata, & in id potiſſimum inquiritur: an aliqui Scriptores libri huius mentionem faciant, antequam ab illo conſcribi potuerit, & teſtimonium Bonaventuræ, ante Thomam a Kempis deſuncti conſideratur, quippe qui in Collationibus ei vulgo tributis, librum *de Imitatione Chriſti* laudat, unde prima ſuſpicio, an Thomas a Kempis auctor ejus ſit, nata eſt? Eadem progreditur via in enarratione argumentorum, quibus Gersonio libellus *de Imitatione Chriſti* aſſeritur, & §. 8 codices manuſcriptos, qui nomen ejus præferunt, enumerat, §. 9 editiones eodem inſignitas refert, §. 10 varia colligit indicia in ipſo opusculo obvia, quæ arguant in Gallia & in Academia quidem eſſe compoſitum, idque a viro, cujus parentes, fratres & ſorores tunc temporis fuerint in vivis, qualia non cadent in Thomam a Kempis, qui unum tantum fratrem habuit, ſicuti & reliquæ circumſtantiæ, quæ omnes tamen Gersonio accommodentur rectius. Hinc §. 11 dubia contra hanc ſententiam mota examinat, quæ potiſſimum verſantur circa ſtylum, & vitæ genus, cum auctor huius libelli Monachum ſeſe profiteatur, Gersonius autem Cancellariæ in Academia Pariſienſi præfuerit, & dictionis character a Gersoniano recedere videatur. Demum, poſtquam §. 12 inſiſſit, an Johannes Gerſenius diverſus ſit a noſtro Gersonio, atque adeo tertio cuidam rectius libellus tot criticorum difficultatibus obnoxius tribuatur? concludit §. 13, certum quidem eſſe, opusculum hoc non eſſe Bernardi, quod jam ſupra §. 2 probaverat, neque invictis Thomæ a Kempis tribui poſſe argumentis, Johanni Gersonio majori inter omnes jure vindicari, nihilominus deſiniri haut facile poſſe, utrum Johannes Gerſen, Gerſen aut Gerſem nomen revera ſit Abbatis alicujus, an

nomen Gersonii vitiatum, adeoque auctorem remanere incertum. Antequam recensionem Operum Gersonii a Clarissimo du Pin datam deserantus, monendus est B. L. Tomum V in Gersonianis hisce esse prætermisum, de quo autem figillatim agit in præliminariis ultimo huic Tomo præmissis. In illis enim *primo causam Johannis Parvi paucis enarrat, quod nempe in defensionem Ducis Burgundi, qui Ducem Aurelianensem occidi jusserat, asseruerat: Tyrannos per insidias a quibusvis privatis, nullo servato juris seu divini seu humani ordine, & confederatione, qualibet non obstante, interfici posse.* Cui pessimæ sententiæ opposita sunt acta & scripta, quæ Tomo V continentur. Dein exhibetur series horum opusculorum, eadem, quæ prioribus præmissa est ratione, elaborata. Tandem Synopsis Chronologica eorum, quæ acta sunt in negotio Johannis Parvi, ad illius, quæ Gersonianis præfixa est, imitationem.

In Libro IV agit de doctrina Gersonii, atque universum Theologiæ Systema ex operibus ejus concinnavit, ut, quæ circa singula fidei capita docuerit Gersonius, eo citius a quolibet perspiceretur. Non est, quod illius recensionem immoremur, quæ non adeo ignota iis erit, qui aliquid temporis Gersonii lectioni impenderunt: vel id observasse suffecerit, confirmari ex Theologia Du Pinii Gersoniana, quod de Scriptore hoc quondam tulit Flacius Illyricus (in Catalogo Testium Veritatis pag. 1804 edit. fol.) judicium. *Is fuit omnino, inquit, meo quidem judicio vir pius ac eruditus, qui licet multis Monachorum & Sophistarum erroribus fuerit infectus, multos etiam nihilominus errores & abusus Papatus animadvertit, eosque & taxavit & tolli ex animo optavit, ut ex ejus scriptis non uno in loco apparet.* Utrumque vel ex primo capite Theologiæ hujus Gersonianæ patet: alterum ex §. 1. ubi Papam etiam in rebus fidei errare, & a judicio illius ad Concilium generale provocari posse, Gersonius docet, alterum §. 5 & 6, in quibus errori de Invocatione Sanctorum, de Lybbo Parvulorum & Purgatorio additum se profitetur.

Sächsisches Medaillen-Cabinet. Anderer
Theil der Ernestinischen
Einte.

h. a.

NUMMOPHYLACIUM SAXONICUM. PARS
secunda Lineæ Ernestinæ, duarum nempe extima-
rum, Coburgicæ & Allen-
burgicæ.

Prostat Francofurti ad Moenum apud Knochium, & Lipsiæ
apud Stockium, 1706, in 4.
Constat Alphab. i plag. 7 & Tab. zn. 17.

Alter hæc Lineæ Ernestinæ nummis ab Amplissimo Tenzelio
explicatis illustratæ Tomus est, qui partem ex hæcenus a no-
bis recensitis quartam conficit, & operis adeo ab Auctore cele-
berrimo mox consummandi dimidium absolvit.

Initium ille sumit a *Johanne Friderico*, medio plerumque
dicto, quod inter Parentem Fratremque minimum, ejusdem
utrumque nominis, in medio consisteret. Hujus numismata
in duas dividuntur tabulas, quarum altera ante captivitatem Du-
cis, altera in captivitate ad ejus mortem usque, causa comprehen-
dit. In priori, Tabula nempe XVI sub num. 4, ducatus appa-
ret, qui rarissimus vocatur, in cujus altera facie bini Angeli vo-
lantes sertum tenent rutæcum, lemmate ex Psalm. XXXVII, 25.
depromto: *Non vidi justum derelictum, nec semen ejus querere
panem*. Hunc nummum circa tempus Comitiorum Imperii Au-
gustanorum, obsidionem Gothanam brevi antecedentium, Jo-
hannem Fridericum cudi curasse, Noster conjicit, quando Electro-
res Principesque, ac proprius illius Consiliarius & Legatus Hufa-
mus, inter alias dehortationes ingesserint, ut filios suos parvulos
respicere dignaretur. Qua occasione & nummorum calculato-
riorum A. 1560 factorum mentio injicitur, qui una ex parte in-
tegra insignium Saxoniorum Ducalium scuta, galeis tamen de-
stituta, ex altera vero rhythmum Germanicum representant:
Rechne recht, und nicht zu viel, Gott gib dir auch ein Ziel.
Ca-

Cujus sensus : *Rekte subduc rationes : non nimium. Nam Et sibi Deus ponit terminum.* Tab. XVII n. 8. quidam nummus ficitur, in quo *Patientis* nomen Duci inditum legas, ut alia memoratu digna passim interspersa taceamus, utpote de meditationibus & soliloquiis Joannis Friderici, de Soceri ejus Friderici, Electoris Palatini, pro ipso ex vinculis dimittendo *intercessione*, &c.

Patrem excipit natu major filius, *Joannes Gasimirus*, inter cujus numismata cum primo statim loco nuptiale compareat, simul quaedam afferuntur de ejus conjugē, *Anna*, Augusti Electoris filia natu minima, post a marito ob violatam thori sanctimoniam repudiata. Qua de re narratio & judicium annectitur M. Nicolai Rebhahnii, Superintendentis Hsenacensis, cujus *Historia Ecclesiastica Hsenacensis*, nunquam edita, in sacrario Hsenacensium latere perhibetur. Nummum Gymnasii Casimiriani fundamento Coburgi insertum deesse sibi, *Autos p. 170* queritur, *Thaleros A. 1629* catos, in quibus *Dux senex equo insidens*, & ejus symbolum: *Elend nicht schadt, wer Tugend hat*, i. e. *Miseria nullum illi damnum infert, qui virtute prestat*, distributos autumat Amplissimus Tenzelius uti alias, sic & imprimis in conventibus & deliberationibus, tam ob Jesuitarum in Augustanam Confessionem, Pupillam Evangelicorum, maledicta, quam ob edictum Caesareum de bonorum Ecclesiasticorum restitutione, mense Martio istius anni vulgatum, a Protestantibus saepe iteratis querelis.

De Fratris ejus, *Johannis Ernesti*, nummis post differitur, ejusque una Symbolum: *Weisheit gehet vor Sterck, prudentia non robore*, illustratur, alibique monetur, *belli flammis ubique ardentibus*, exitioque Germaniæ imminente, *Joannem Ernestum* inde ab anno 1636 monetas suas omnes majores minoresque, aureas & argenteas, dicto notabili: *Gott bessere die Zeit und Leut*, *Deus corrigat tempora & homines*, signari curasse, qui quidem in re Erfurtenses fuerit imitatus, qui paucos ante annos Imperialibus suis insculperint verba: *Gott bessere die Zeit und Leust*, *Deus cursum temporum emendet*; ubi verbum unicus prudenter mutavit *Joannes Ernestus*, innuens, quodsi homines.

vitam magis probam ducerent, tempora quoque meliora posterum futura esse.

Relicta linea Coburgensi, in *Joanne Ernesto* extincta, ad Vinariensem transit Autor, & ab ejus fundatore Joanne Wilhelmo dicendi facit initium; eique diem natalem undecimum Martii (pro quo alii tertium nominant,) assignat. Inter ejus nummos dignior cæteris videtur ille, in quo Academiæ Jenensis Restaurator Joannes Wilhelmus audit. Sed nec vidua ipsius liberique in nummis expressi heic desiderantur, ac de Maria, Abbatissa Quedlinburgica, sigillatim differitur.

Prolixior est Amplissimus Autor in *Friderico Wilhelmo*, cujus numismata tribus in tabulis representata dispescit in tres classes, prout aut ante Electoratus administrationem, aut hac durante, aut post eam cusa fuerunt. Inter hæc repetitum cernitur rarissimum illud elegantissimumque, quod in abdicationem administrationis factum est, quodque jam in secunda parte Albertina Tab. XXV num. 3. ære expressum, & p. 325 sq. explicatum fuit, quandoquidem simul ad susceptum a Christiano II Electoratum pertinet. Ac singulare certe posteaque inauditum esse dicitur, binos duarum linearum Principes unum simul numisma cudi curasse.

Defuncto A. 1602 Friderico Wilhelmo, quatuor Juventutis Principes ab ipso relictæ filii *Lineam Altenburgensem* exorsi sunt, ubi mox ab initio differitur de proluxa præcedentiæ controversia inter lineæ Altenburgensis & Vinariensis Patruales orta, qua durante Altenburgenses A. 1612 Vallengenses suos notarunt dicto: *Discordia præcursor ruina*; sed Vinarienses eodem anno, ut par pari redderent, alio thaleros suos signarunt, hoc nimirum: *Discordia Comes Injuria*. Hujus nummi descriptionem recenset excipit uberior eorum, qui ad unumquemque fratrum sigillatim attingunt.

Appendicis loco subjicitur Epistola a Clarissimo *Herao*, Consiliario Aulico-Sondershusano, ad Tenzelium missa, cujus contenta potiora cõtendunt, ut novum numismatum nomen Latinum generale inveniatur, discrimen eorundem notetur, tracteturque generalis quæstio: quæ prima sint in recentioribus numismata?

HK

MENSIS JULII A. MDCC VI. 305
HISTOIRE DU VIEUX ET DU NOUVEAU TE-
stament &c.

i. e.

HISTORIA VETERIS ET NOVI TESTAMENTI
iconismis exornata, auctore Domino
BASNAGE.

Amstelodami, ex typographia A. Groenewoudt, 1705, in 4. reg.
Constat 1 Alph. 15 plag.

POterat hic liber vulgi magis, quam eruditorum, gratia conscri-
ptus videri, quippe cum magnam ejus partem conficiant iconismi
Historiarum Biblicarum, a Romano de Hoogbe, principe artis chab-
cographicae inter Belgas, aere expressi, quorum explicatio residua
libri pars dici possit. Quod si vero universus perlegatur, aliud
plane judicium in lucem prodibit, facileque doctissima manus
Basnagiana, a qua non nisi cocta maturataque proficisci poterant,
agnoscitur. Nam & Praecognita, parti aequae I, quae Historiam
Veteris Testamenti, ac II, quae Novi Testamenti gesta continet,
praefixa legi summo jure merentur, & Historia ipsa pereruditibus ob-
servationibus, conjecturis ac disceptationibus referta est.

In Prolegomenis Partis I, gravis disputatio cum Atheis insti-
tuitur, constipatis quasi argumentis omnibus, quibus eorundem
furor retundi potest, praesertim ille, quo Historiam Veteris Testa-
menti impugnant. Monet initio Basnagius, eos, qui mores cor-
rectos aut severiores profiteantur, omnium desperatissimos esse
Atheos, quippe qui, de sua superbi innocentia, ex seipsis conficiant
idolum, remorsusque conscientiae leviores sentiant, quam pro-
fligatae vitae homines: naturam corruptam mortalium quorumvis
eo tendere, ut vel neget Deum, vel eundem otiosum faciat, at-
que ad indolem vitiorum nostrorum, ne illis obsit, accommodet.
Observat porro, non aliam esse commodiorem Atheos convin-
cendi viam, quam si ad interiora mentis eos revoces; ut plurimum
enim eos sui ipsius ignarissimos esse. Revera Atheos Deum ne-
gare ex turpissimo amore sui, ne illi obedientiam, honorem ac
reverentiam debeant, sed sui sint juris, & omnibus se, rebus praer-

ferre possint; insuper eosdem, ne Deum existere fateantur, ad absurdissima quævis credenda adigi; quæ si ad animum ipsis revo-
centur, fore, ut sui eos poeniteat, atque ad frugem se reduci pa-
tiantur. Addit, Deum nullum unquam Atheorum causa fecisse
miraculum, quippe cum vel ordinario naturæ cursu illi satis super-
que convincantur. Posthæc ad Mosis Historiam, præcipuum Atheo-
rum scopulum, se confert, cujus divinitate demonstrata, clarum
facit, ne fieri quidem potuisse, ut Moses fraudulenter ageret,
quippe cum omnia a politicis artibus alienissima sint. Hic inter
alia edocet, Mosen sua non a *Sabeis*, (quo recentiores Athei fere
recurrunt) habere; horum antiquitatem solis Arabum fabulis nisi,
incertissimamque esse. In Prolegomenis Novi Testamenti, prin-
cipio ejus auctoritas contra Atheos adstruitur, multaque alia
contra nefarios hos homines generatim disseruntur; v. gr. ratio-
nem nostram mira libidine duci, reducendi Deum ad regulas hu-
manarum proportionum; quare cum easdem a Deo mirum quan-
tum excedi videat, ægre id ipsam habere, quippe vel hac in par-
te absoluti dominii cupidam; hanc esse causam, cur a revelatione
tantopere abhorreat, ne scilicet ejusdem veritatem agnoscendo,
sua fateri imbecillitatem cogatur: datam inter alia religionem
humano generi, ne quis ad libitum suum jura Dei restringat.
Deinceps veritas & divinitas Historiæ Christi multis argumentis
adsentitur, atque inter alia isto, quod Prophetæ talia de Servatore
predixerint, quæ illi postea sic evenere, ut ab hominum arbitrio
plane non dependerent, v. gr. nasci ex virgine, pœna crucis Ju-
dæis insuetæ affici, &c. Tandem Apostolorum *SECTIVUS* vindic-
entur, ac de eorundem Autographis diu conservatis, fideque co-
dicum manuscriptorum veterum agitur.

Historia ipsa non solum florida tersissimoque stylo, inter-
spectis prænotis & observationibus variis, consignata est, verum
etiam ex eruditionis penur multa, partim in transitu, partim pro-
lixius explicata complectitur. Capiamus hujus rei specimen ex
Historia Veteris Testamenti. Hic p. 100. 101 de marito Estheræ
Ahasvero *Barnagius* disserit, notatque, omnes Persarum Reges
post *Cyrum* *Xerxes* dictos, quod nomen idem sit cum Ebræo
Ahasveros, voculam *Ara* autem a quibusdam libere fuisse no-
mi-

mini isti adjectam, ut inde fieret Artaxerxes, eam enim Magnatum propriam fuisse, & Heroem indicasse, unde sint nomina Artabanus, Artavasdes, &c. igitur Ahasverum Estheræ maritum ex nomine dignosci non posse, circumstantiis vero Historicis evinci, quod Darius Hytaspis sit intelligendus; atque adeo per Reginam Vasti filiam Cyri, quam Darius conjugem duxerit, per Estheram autem Artistonam Herodoti designari, cui Darius ex auro puro statuam locari jussit; Josephum vero in hac & Nehemiz historia insigniter falli. Ex Historia Novi Testamenti seligimus, quæ p. n. 66 exstant. Conatur hic Basnagius Josephum conciliare cum sacris Literis, cum in his Herodes Tetrarcha Galilææ Philippi uxorem dicatur rapuisse, quam Josephus Herodis conjugem appellat. Monet igitur, in Herodis familia mares singulos Herodis nomen obtinuisse, sed præter id singulos peculiare nomen habuisse, quo invicem distinguerentur; itaque Josephum familiæ nomen, Evangelistam vero proprium adhibere, Harduinum vero præter causam istius fidem sollicitare.

Præter ista multis sane aliis ad rem literariam facientibus momenti liber hic superbit. Ut quædam delibemus, Huetii de situ Paradisi sententia defenditur p. 7, repudiata, sed modeste, Salomonis van Til hypothese; Pelleterii de structura arcæ Noachi sententia probatur, p. 11; ea vero, quæ ex coturnicibus, quibus Israelitæ in deserto cibabantur, locustas facit, repudiatur, p. 32. Jephthæ filiam occisam esse, p. 51 confirmatur, rejecta p. 81 eorum conjectura, qui corvos, Eliæ cibum asportantes, mercatores Arabes dixerant. Peccatum Usæ internecione properata punitum, non aliud fuisse Auctor putat p. 72, quam quod arcam foederis fere pro re humana habuerit, cujus peculiarem curam Deus nullam haberet, quare eidem labascanti sua succurrere opera voluerit. Interpretationem Bibliorum Genevensis semel iterumque deserit, imprimis p. 86, ubi pro columbarum fimo, quo cibo obsessi Samaritani dicantur usi, cicer ponendum existimat. De Jobi autem libro & Salomone Cantico liberius paulo scribit, præsertim de posteriori p. 110. Hæc ex Historia Veteris Testamenti; ex altera notamus, Lucam præ ceteris Evangelistis in delineanda Christi *ϕιλανθρωπία* elaborare, p. 28. Horam Christi, quam

quam nondum venisse in nuptiis Canæ dixerat, horam passionis & mortis esse, in hac enim Herodem aliosque, ut ægre ipsi facerent, miracula ab illo ut extorquerent, allaborasse, id quod matri Servatoris, ne illum nimis præpropere excruciatet, dictum sit. De Apocalypsi suam non pronuntiat sententiam, sed aliorum mentem narrasse contentus, finem operi imponit.

*DISSERTATION HISTORIQUE ET CRITIQUE,
sur le Martyre de la Legion The-
be'ene &c.*

i. c.

*DISSERTATIO HISTORICO - CRITICA SUPER
Martyria Legionis Thebeorum, Auctore JOHANNÉ
DUBOURDIEU.*

Amstelodami, apud Steph. Roger, 1705, 12.
Constat plag. 13.

- P. 1. **C**UM Clarissimus Autor hujus dissertationis Augustæ Taurinorum (quam in urbem A. 1691 cum Duce de Schomberg venerat, ibique biennium fere moratus fuerat) cultum sanctis Martyribus legionis Thebæ, tum a plebe, tum ab ipsa Aula Magistratuque tributum vidisset, constituit secum veritatem hujus martyrii expendere. Non autem odio aliquo adversus incolas ejus urbis se motum fuisse dicit, ut illos, quos ipsi tanquam patronos protectoresque suos venerantur, aggredere; sed benevolentiam & comitatem civium cum erga omnes externos, tum erga se imprimis, magna laude ornat, laboremque istum ex solo veritatis amore se suscepisse perhibet. Varia igitur exempla profert nimii cultus, quo Taurinenses memoratam Legionem, quæ ob religionem Christianam Maximiani Imperatoris tempore mortem perpeffa fuisse fertur, a multis retro seculis profecuti fuerint: inter quæ absque dubio eminent factum Caroli Emanuelis I Ducis Sabaudia, qui Vallesis urbem S. Mauritii aliæque loca reliquit, ea conditione, ut cadaver Mauritii, qui legioni Thebæ præfuisse creditur, Augustam Taurinorum perferri concederent. Magnam etiam esse censet superstitionem Caroli Hyacin-
- P. 8.
- P. 15.
- cin-

anthe Ferreri, qui horum martyrum vitam descripsit: is enim
 Carolum V Imperatorem certo Augusta Taurinorum potiturum
 fuisse putavit, nisi exercitus ipsius scalas muris eo loco admo-
 veret, quo sanctæ Thebæorum reliquæ quiescebant. Nullam au-
 tem huic legendæ, cui adhuc omnes scriptores & Pontificii & Pro-
 testantes fidem adhibere non dubitarint, veritatem subesse, mul-
 tis argumentis Clarissimus Autor ostendere conatur. Historiam
 hujus martyrii, quæ Eucherio Lugdunensi Episcopo tribuitur,
 supposititiâ esse, exinde probat, quoniam ipsi mentio fiat Sigis-
 mundi Regis Burgundiæ, qui vixit diu post mortem Eucherii ad
 regnum pervenit. Acta etiam concilii Agaunensis nullam me-
 reri hac in re fidem, multis anachronismis aliisque ridiculis rebus
 ibi contentis evincere studet. Nec majorem auctoritatem nova
 Historiæ legionis Thebææ a Petro Francisco Chiffletio editæ tri-
 buit, eademque hunc Jesuitam usum fuisse in repertiendo codice
 manuscripto dexteritate, qua Annus Viterbiensis & Varillanus an-
 tiquos aliquot codices detexerint, existimat. Et licet Historia
 martyrii a Chiffletio non conficta fuerit, nihilominus tamen eam
 potius a quovis alio, quam ab Eucherio, conscriptam esse ait.
 Eucherium enim stylo usum fuisse elegantissimo, Historiam vero
 legionis Thebææ barbara illuvie ubique scatere. Reperiri etiam
 in eo scripto nomen *Præmicerii legionis*, quod illis temporibus
 non fuerit in usu, & in definiendo numero militum ad legionem
 pertinentium errorem haut exiguum committi. Ut reliqua ipsius
 argumenta silentio prætereamus. Sub finem dissertationis ad-
 junguntur aliquot exempla virorum doctorum Romanæ Eccle-
 siæ addictorum, qui ipsi fraudem legendarum quarundam agno-
 verint aut detexerint. Præ reliquis eminet historia S. Ursulæ &
 undecies mille virginum, cujus falsitatem Sirmondus e veteri mar-
 tyrologio probavit, ubi scriptum erat, SS. URSULA ET UN-
 DECIMILLA V. M. hoc est, *Sancta Ursula & Undecimilla*
virgines martyres, e quibus verbis rudes monachi ridiculam fa-
 bulam effinxerant. Sirmondus itaque Romanam ecclesiam decies
 mille, nongentis & nonaginta novem sanctis privavit. Acce-
 dit nunc Clarissimus Autor, eumque sexies mille, sexcentis & se-
 xaginta sex, qui numerus in Historia martyrii legionis Thebææ

p. 29.

p. 41.

p. 52.

p. 64.

p. 66.

p. 78.

p. 85.

p. 234.

definitur, denuo privat: cui de optimis his spoliis ut gratulandum sit, alii iudicent.

VETUS LATIUM PROFANUM ET SACRUM,
autore PETRO MARCELLINO CORRADINO,
Clementis XI Papa Subdario. Tomus I, in quo agi-
tur de Latio Gen-
tis.

Romæ, per Franc. Gonzagam, 1704, in 4.
 Constat 2 Alph. 10 plag. chartæ augustæ.

Genere suo, Latinus scilicet, incensus Clarissimus Corradinus, & patriarum antiquitatum studio, e tenebris quasi Latii has eruere, eque optimis autoribus ac fide dignissimis monumentis publica luce illustrare, laudatissimo conatu, in his suis Commentariis paravit. Ideoque, quæ a rerum Romanarum scriptoribus Græcis ac Latinis tradita erant, singulari industria ac studio retractat: & quæ de primis antiqui Latii colonis, populis, urbibus, regibus antiquissimis, Jano & Saturno, Pico item & Fauno Latinorum regibus eorumque oraculis, de Evandri & Herculis in Latium appulsi, de Latino, Ænea illorumque templis, ac hujus comitibus, e quibus Romanorum nobilissimæ familiæ ortæ sint, de Ascanio aliisque Albanorum ac Latinorum regibus, de illorum ornatu & comitu, de Latinorum republica, foederibus, conventibus communibus & sacris, de legibus ritibusque illorum in nuptiis, cœnis, victu ac puerperio posteritati commendata invenit, prioribus tredecim capitibus sollicitè examinat: posterioribus autem quatuordecim capitibus de Latinorum fastis, calendario, singulorumque mensium festis, stâtis vel incertis diebus agitatis, tractat. Ad ista omnia rectius explicanda, Plinii, Dionysii Halicarnassæi, Diodori Siculi, Livii, Alexandri ab Alexandro, Strabonis, Virgilio, Ovidii, Gellii, Varronis, Plutarchi, Procopii, Festi, Solini, Valerii, Athenzi, Augustini aliorumque veterum historicorum criticorum ac poetarum opera præclare utitur. Neque a recentiorum scriptorum luce antiquitatibus his declarandis facem accendere negligit. Sane quæ Theodorus Ryckius, Casella de primis Italiæ colo-

colonis, Ceninus de urbe Roma, & Sigonius de antiquo Italia jure, Ligorius in manuscriptis Otthobonianis, Richardus Streygnius de Gente Romana, Vossius de Idololatria, Kircherus de V. & N. Latio, aliique de aliis huic pertinentibus tradiderunt, ea isto se-
 lectu usurpat Noster, ut undecunque Latio suo lucem foverari
 studeat. Nalli autem in hac re auctori fidem penitus addidit suam,
 sed illorum errores passim notat, & quos potest, e genuinis mo-
 numentis emendat. Ut ex innumeris aliqua saltem excerpamus,
 a Dionysio observat Latium antiquum & novum confundi, inco-
 larumque ejus seniem ita ab ipso tradi, ut alios auctores conferenti
 aliqua etiam mendosa appareant. Vossium, Cerinum, Kircherum
 veterum Regum Latii stirpem, ætates, appulsam, civitatum no-
 mina & alia ita computare putat, ut ab Annio Viterbiensi, vi-
 ro in confingendis antiquitatibus excellenti, seducti esse videantur:
 indicem populorum Latinorum, quem tradiderit Alexander ab
 Alexandro Gen. Dier. L V c. VII, partim mutilum, partim men-
 dosum evincit. A Sigonio de veteribus Volsæ & Equæ gentis
 populis Latio annumerandis talem sententiam tradi ostendit, cui
 assentiri ipse minime queat. A Casella aliquibus locis incerta
 & priseis Latinis Romanisque etiam ignota tradi demonstrat.
 Ryckium & D. Augustinum talia de Jano & Saturno prodere,
 quæ historicam veritatem confundant, & antiquis scriptoribus ad-
 versentur, docet. Cincium & Varronem errare, qui Veneris
 nomen sub Regibus Romanis neque Græcum neque Latinum,
 quin adeo Romulo & successoribus absconditum fuisse ajunt, ut
 in Saliorum carminibus nulla Veneris mentio, & apud antiquos
 Romanos nullus dies ei festus, nullum sacrificium fuerit, cum ipse
 Macrobius Saturn. I. I c. 12 e vetustissimis auctoribus diversum
 referat. Panvinium reprehensionem mereri, qui in libro de Co-
 lon. Romanorum, e Plinio male intellecto, Antium antiquis A-
 phrodisium dictum fuisse statuat, cum ipse tamen Plinius, decla-
 rante Harduino, Pomponius Mela aliique accurate ea loca distin-
 guant. Cenforiam quoque virgulam mereri Ligorium, qui in
 manuscriptis Otthobonianis, Venerem Aphroditem aliam a Vene-
 re matre Æneæ faciat, contra Ciceronis, Lactantii de falsa reli-
 gione, aliorumque auctoritatem. Ipsas etiam veterum inter se nar-

rationes confert, & quæ fidei propius accedant, declarat, uti v. g. veriorum Dionysii, Livii & Auctoris Orig. Gent. Roman. qui Sylvi-um posthumum Æneæ filium prodant, quam A. Gellii, qui ipsum patre superstite, licet seniore, editum perhibet, sententiam esse judicat. Falsarios vero ac impostores antiquæque corruptores historię passim acerrime reprehendit, interque illos Annium Viterbiensem & Inghiramiæ præcipue refert, quorum alter e tumulo Fabium Pictorem, Catonem & Sempronium vocavit, alter Scornelli ruri suo veteres memorias, quas ipse tumulaverat, & effodisse simulavit. Cæterum multa omnino singularia elegantissimaque de Latinorum antiquitatibus e genuinis monumentis observat Noster; quorsum forte, quæ de nuptiis Latinorum inter cognatos, de nuptiis Majo mense interdictis, & multis aliis huc pertinentibus ritibus ac ceremoniis habet, ut & tota illa factorum ac festorum Latinorum pulcherrima illustratio referenda; quæ omnia B. L. non sine jucunditate perillustratum esse pollicemur.

*LUGÆ ANTONII PORTII DE MOTU CORPORUM
nonnulla, & de nonnullis Fourieribus Naturalibus.*

Neapoli, impensis Bernardini Gessari, 1704. 12.
Constant plag. 8. & 5 Tabb. æn.

Opusculum hoc duobus absolvitur Tractatibus. Primus de motu corporum determinatione multa tradit, imprimis quæ vi opus sit, ne gravia per plana inclinata decendant, exponit. In pertractatione ut plurimum spheram supponit, eamque motum versus punctum aliquod habentem, quod *metam* appellat, per omnes spheræ partes uniformiter distributum, aliquando tamen, distributum inæqualiter & difformiter. Motum spheræ & partium ejus ad metam datam, seu centrum Telluris via brevissima fieri ait, modo concedatur; secus per lineam, brevioram omnibus, quæ forte conceduntur. Quod si neutra admittatur, quieturam spheram. Unam itaque saltem spheræ partem per viam brevissimam ad metam seu signum moveri; cæteras vero per

per rectas lineæ a centro gravitatis ad signum ductæ parallelas: & si sphaera uniformis pars aliqua metam jam occupet, reliquas nondum quieturas, nisi centrum gravitatis in meta hæserit. Quæ de sphaera uniformi dicta sunt, etiam sphaera uniformiter difformi, h. e. cujus partes sunt heterogeneæ, sed circa centrum motus uniformiter dispositæ, convenire ostendit: qua occasione simul explicat, quomodo emissæ secundum lineam obliquam cœlum, versus a Turcis, anno 1683 Viennam obsidentibus, sagittæ relabi atque cuspidibus ferreis obsessorum capita ferire potuerint. Hinc duplex considerat planum, quorum alterum per centrum Telluris transit, alterum per id non transit, & pro locorum varietate, planum inclinatum vel Horizontale vocatur. Prius tanquam stateræ hypomochlion concipit, quod adeo nihil in corpora ipsum, tangentia, sed saltem secantia agit: posterius tanquam ex infinitis punctis constat considerat, pro locorum, quibus applicantur, diversitate, majus aut minus ponderis sustentantibus. In puncto, e quo perpendiculum productum per centrum gravitatis & Telluris transit, si suspendatur corpus, quiescere illud; in cæteris moveri. In vecte non eodem modo sustinere potentiam applicatam extremitati ipsius ac aliis partibus: in priori enim casu sustinere partes indeterminatas, in posteriori, ubi alterum perpendiculorum per puncta, in quibus fit sustentatio, transeuntium, vel utrumque pondera secet, certas assignabiles sustentari partes. Corpus ex aliquo puncto dato in ejus superficie suspensum quieturum, si perpendiculum a puncto suspensionis ductum per centrum gravitatis transeat: revolutum iri in omni casu reliquo. Cubum homogeneum in aliquibus amplis regionibus circuli peripheria comprehensis semper quiescere, & ultra prædictas regiones semper moveri. Falli Cartesium, dum asserit, potentiam super plano inclinato pondus sustentantem esse in ratione perpendiculi ad longitudinem plani; falsum enim hoc esse in omnibus corporibus, quorum centrum puncto firmo innitatur. Contradicit universo Méchanicorum choro, & quicquid hæctenus de motu gravium super plano inclinato proposuere, subvertit. Cum enim unanimiter hæctenus docuerint, momentum absolutum ad relativum corporis in plano incli-

R r nato.

nato esse ut longitudinem plani ad perpendicularum; ipse contra evincere nititur, gravitatem relativam ad absolutam esse in eadem ratione, in qua est portio sphaerae non sustentata ad totam sphaeram, seu minorem habere rationem ea, quam longitudo dati plani ad perpendicularum habet. Ostendit praeterea, variatione punctorum, quibus applicari possunt virtutes ad prohibendum corporum partialiter sustentatorum casum variari virtutes, esseque inaequales: qua in re denuo a Mechanicorum communibus placitis recedit supponentium, eandem esse vim potentiae in pondus suspendendum, cuicumque lineae directionis puncto applicetur. Modum denique exponit gravitatem relativam accurate definiendi.

Alter Tractatus fontes aliquos naturales explanat, ac imprimis de fontibus intermittentibus certam affert solutionem, ipso eventu jamdudum comprobata, ut adeo de illorum per artem parandorum possibilitate dubitandum non sit.

VITALIS JORDANI AD HYACINTHUM

Christophorum Epistola.


Romae, 1705 in fol. constat plag. I.

Impugnaverat *Portius* in opusculo *de motu corporum* receptam apud Scriptores Staticos propositionem, quod scilicet gravitas absoluta corporis, quod a plano declivi sustinetur, sit ad gravitatem relativam, quam in aliquo situ ipsius plani declivis exercet, ut longitudo ipsius plani declivis ad perpendicularum. Sed ipsa hallucinatum fuisse, epistolae hujus Autor demonstrare conatur. Evincit nimirum, pro varia inclinatione plani, gravitatem absolutam corporis esse ad gravitatem relativam, semel ut longitudinem ad perpendicularum plani, quemadmodum fert *Cartesii* & communis Staticorum opinio, cum scilicet inclinatio plani est 45 graduum; interdum in ratione minore, quemadmodum vult *Portius*; plerumque tamen in majore.

HISTOR

TAB. VII. ad A. 1706. M. Jul.

pag. 319. f99.



HISTORIA ACADEMIÆ REGIÆ SCIENTIA-
rum Anni 1702, cum Commentariis Mathematicis
& Physicis ejusdem anni.

Parisiis apud Joh. Boudot, 1704. in 4.

Constat 2 Alph. 13½ plag. cum aliquot figuris ligno incisus
& 12 Tabb. æneis.

Inter alias aeris proprietates, a Philosophis recentioribus detectas, inora etiam existit ejus per calorem alterabilitas, quo nempe vel volumen, vel, si id fieri nequeat, elater augetur. Ulterius vero progressus *Cl. Amontons* docuit, quod, quo majori pondere aer premitur, eo magis per eundem caloris gradum elater ejus intendatur. Huic theoriæ praxin conficiendi novum thermometri genus superstruxit, cujus inter alia insignis est usus in gradibus caloris omnium climatum, eodem tempore, & eodem in loco, diverso tempore proportionandis, supposita nempe experientia, quod aqua ebulliens majorem caloris gradum non acquirat, per quodcumque temporis spatium, & quantocumque caloris gradu urgeatur. Sit *ABCE* tubus vitreus, cujus alteri extremitati *E* cohzreat globus *D*, altera *A* sit aperta. Interior tubi diameter sit dimidiæ circiter lineæ, diameter globi 3 digitorum, longitudo *AB* 46, *AC* 48 digg. Tubus integer ab *A* usque ad *E* Mercurio plenus, ita ut globo *D* aquæ ebullienti immerso, aer intus contentus, Mercurii sustineat vi elaterii sui 73 digitos, connumeratis 28 Mercurii digitis ponderi atmosphæræ æquiponderantibus eo tempore, quo thermometer construendum. Ab apertura igitur *A* computari debent gradus caloris reliqui calore aquæ ebullientis minoris. In usu hujus thermometri semper habenda est ratio ponderis atmosphæræ, num 28 Mercurii digitis majus sit, an minus. Utut autem diameter tubi ad diametrum globi insensibilem fere habeat rationem; monet tamen *Cl. Fontenellius*, magnitudinem globi esse indifferentem, cum per eundem caloris gradum in aeris quocumque volumine ad eundem gradum

TAB. VII.
Fig. I.

R r 2

inten.

intendantur elaterii vires, modo eadem semper sit aeris condensatio; aut ubi observationes duobus thermometris institutas inter se conferre volueris, tubos pariter ac globos in utroque æquales esse debere. Ope hujus thermometri detectum, calorem a radiis Solaribus in meridie Solstitii æstivi productum non differre a frigore, quo aqua in glaciem abit, nisi ut 60 a $57\frac{1}{2}$ seu ut 8 a 7 circiter. Unde apparet, corpus nostrum frigoris minus, quam caloris patiens esse, nec sensus in caloris ac frigoris gradibus determinandis æquos haberi posse judices.

Dn. de la Hire effectus pulveris pyrii a machinularum ærearum istius granulis partim commixtarum, partim interspersarum elatere petit, ut adeo pulvis pyrius inflammatus aerem non nisi animet. Tonitru pro specie pulveris pyrii habet, h. e. mixtura ex sulphure & Nitro, aut aliis materiis istis admodum similibus, ita ut aer per earum inflammationem ad elatrem exercendum concitatus, præcipua tonitru phænomena producat. Solum nempe producere fulgur, si nihil ejus dilatationi resistat; producere fragorem, si motui ejus se opponant nubes, eumque tanto vehementiorem, quo plures particulas glaciales motui aeris inflammati minus obsequentes contineat.

Homborgius lente caustica, cujus diameter 3 pedum, experimentis institutis se detexisse asserit, aurum & argentum ab igne Solari volatilia reddi, quemadmodum reddi possint metalla reliqua ab igne culinari, converti in vitrum massa auri liquati levius, aurum ad ignem Solarem liquatum difficilius posthac liquari ad culinarem aliaque. Inprimis notatu dignum, quod, cum aurum per exiguum temporis spatium in foco lentis detineretur, crepitare incipiebat, guttulas de substantia sua ad 6, 7 & 8 digitorum distantiam eiciebat, & superficies massæ liquatæ erectos quasi pilos vibrabat. Tota massa sine ulla sui immutatione dispergebatur. Quodsi enim super vase, in quo aurum fufum crepitans continebatur, chartæ folium expandebatur, pulvis auri eidero adhaerebat, cujus exiguae granula oculis microscopio armatis instar exiguorum globulorum aureorum apparebant, quæque liquata in unam rursus massam confluebant. Si paulo ultra focum promovebatur, in vitrum: sin ulterius a foco removere-

veretur, nonnisi in fumum abibat. Horum phenomenon rationem ex natura ignis Solaris ac ejus a culinari differentia deducit. Ignem nempe culinarem pro massa liquida ex materia luminis & oleo ligni aut carbonum habet, quæ cum aere multo fit levior, suum ab eo impetum nanciscatur. Contra ignem Solarem esse simplicem luminis materiam, per aerem diffusam, sine ulla alterius admixtione, atque a Sole impulsam. Unde cum ignis culinaris ab aere, Solaris a Sole impetum habeat; illum in vacuo extinguui, hunc æque ac extra vacuum agere. Quare quia corpora fusilia post liquationem retinent poros particulis igneis proportionatos, ignis autem Solaris particulæ sunt culinari particulis multo subtiliores; auri massam ad ignem Solarem fusam compactiorem reddj, adeoque a culinari non tam facile ad liquationem denuo disponi. Similiter dum per activitatem ignis Solaris in sua elementa resolvatur aurum, Mercurium avolare, sulphur metallicum & materiam terrestrem relinquit, quæ colliquata in vitrum auro levius necessario abeant.

Calculos ipsas inter vesicæ tunicas aliquando subsistere, augmentumque capere, *Dn. Littré*, Clarissimus Anatomicus, ex trium subsectorum dissectione cognovit. Primordia eorum ab ipsis renibus petere tanto minus veretur, quanto distinctius in ultimo juvenis cadavere viderit, a duobus calculis, tum eam ureteris partem, quæ inter tunicas vesicæ procedit, primum perforatam, hincque a quolibet eorum meatum intra vesicæ substantiam ad locum usque, ubi detinebantur, efformatum fuisse, tum duo pariter ulcera, in rene alterum, alterum vero in pertuso uretere, excitata, per hujus canalem materiam purulentam excernentia. Quemadmodum vero calculos ejusmodi, ad vesicæ collum locatos, digito indice in viri intestinum rectum, in foeminae autem vaginam uterinam immisso, explorare jubet: ita pro ipsis removendis, si minores fuerint, tunicam vesicæ internam cathetere applicato supra indicem alterius manus suppositum frequentius atterere, atterendoque, quo exitus iisdem ad vesicæ cavum detur, rumpere suadet, in majoribus tantum lithotomiam præterea ordinariam ita admittens, ut tenaculo simul tumor vesicæ apprehensus ac blande hinc inde agitatus

laceretur. Neque dubium, quin laudatus Anatomicus, ubi similes posthac ipsi in praxi obvenerint casus, remedia proposita feliciter sit adhibiturus, cum singularis ejus dexteritas vel ex modo abunde pateat, quo ille gravidam ab ossibus foetus, intra abdomen concepti, per intestinum rectum felicissime liberasse suis traditur.

Chymiz elementa *Dn. Homberg* prius descripturus, quam integrum ejus cursum divulget, hic loci pauca de principis Chymicis in genere, plura de sale in specie differit. Principiorum Chymicorum nomine non nisi materias simplicissimas intelligens, in quas corpora mixta per analyses Chymicas possunt redigi, mineralia ex sale, sulphure, mercurio, aqua & terra, vegetabilia vero & animalia ex sale, sulphure, terra & aqua coagmentari affirmat. Sal autem principium vocat talem materiam, quæ aqua quidem dissolvi, haud tamen igne mutari queat, quale sal vel acidum, vel urinosum, utrumque volatile, vel denique alcalisatum sive fixum sit, singula nihilominus, prout existunt, aliis particulis obvoluta. Salium quippe acidorum figuram acutam, dum per distillationem proliciuntur, sulphure quodam simul investiri, a quo, quatenus vel animale seu vegetabile, vel bituminosum, vel metallicum existat, resultaret omnino, cur tres acidorum habeantur classes, harumque prima, plantarum, fructuum, lignorum &c. acida destillata & spiritum nitri, altera spiritum vitrioli, sulphuris & aluminis, ac tertia spiritum salis marini & gemmarum complectatur. In spongiosa vero salium urinosarum figura portionem acidi & olei foetidi animalium vel vegetabilium pariter comprehendit, ac in simili salium lixiviosorum figura unice reliquæ acidi contineantur, quod ignis calcinandum inter e terra expellere, haud valuit. Missis in præsentem effectibus, quos salia acida vel in salia lixiviosa & urinosa, vel in terras & metalla dicuntur exferere, missisque itidem modis, quibus sal acidum a salibus lixivialibus separari asseritur, rationem solummodo proferamus, qua salia fixa vegetabilium alumine, & mineralium imprimis borraçæ, tanquam salibus urinosis, volatilifari ostenduntur. Sicuti namque ex olei vitrioli ac borraçæ connubio sal aliquod volatile vitrioli falsum obtineatur, ita simile etiam sal volatile vi-

trio-

trioli narcoticum acquiri, si capitis mortui vitrioli libris tribus, in aquæ fervidæ mensuris sex solutis ac filtratis, boracæ uncia duas in aquæ calidæ mensura una solutæ primum affundantur, hinc mixtura altero demum die, quo præcipitatio materiæ gryseo-videscens exacte finita fuerit, per chartam bibulam trajecta, tam e vase ferreo ad cuticulæ consistentiam evaporetur, quam porro e cucurbita vitrea, octo ad minimum pollices alta, ex arena ad siccitatem destilletur, omni aqua destillata rejecta, nec nisi ultimis ejus uncis quatuor asservatis. Humiditate siquidem deficiente, sal volatile ascendet, nisque ad instar alembico adhærescet, quod a vasis frige factis caute colligendum, sali autem residuo aqua postrema acidula toties reaffundenda, quoties per novas sublimationes aliquid similis salis elevari possit, cujus vis narcotica, si septem vel octo grana in aquæ calidæ cochleari propinentur, in febribus malignis promte compescendis, atque raptu humorum ad caput impediendo multum prædicatur.

Botanices pomœria egregie proferentur, postquam *Dn. Tournesfort* ab itinere reversus, quod per varias Asiæ fecit partes, 1356 plantarum species secum attulisse, atque propter earum nonnullas, viginti quinque nova genera invenisse commemoratur.

Dn. de la Hire multum impendit operæ in examinanda Curva, quam radii luminis describunt. Enimvero cura de hoc argumento jam mense præcedente quædam monitâ sint a *CL. Hermann*o, manum de tabula retrahimus.

Dn. Maraldus, cum Romæ commoraretur, sub initium Martii anni 1702 ingentem luminis tractum observavit, cujus longitudo 30 erat graduum circuli magni, latitudo unius. Apparbat in Ceto atque Eridano. Color nubem a Sole illustratam æmulabatur; longitudo versus Solem exporrigebatur. Situs respectu fixarum intra breve, quo conspiciebatur, tempus non mutabatur. Simile hoc phænomenon quoad omnes circumstantias ei, quod in eodem coeli loco anno 1668 circa initium Martii observaverat *Cassinus*, immo jamdudum anno ante Christum natum 373 *Aristoteles*. Pro cauda alicujus Cometæ habetur, & a *Cassino*, qui reditum Cometarum eorundem, uti notum, defendit, singulis annis 34 redire creditur. Prolixe etiam describuntur observatio-

TAB. VII.
Fig. 2.

vationes Cometæ anno 1702 mense Aprili Parisiis a *Dn. de la Hire*, Romæ ab illustr. *Blanchino* & Berolini a *Dn. Kirchio* habitæ. Comparat eum *de la Hire* cum Cometæ anni 1698. Utriusque via ex fig. 2 patet: ubi *a, b, c, d, &c.* denotant loca Cometæ anni

1702 ad h. 10 30 d. 24, 27, 28, 29, 30 April. & 3 atque 4 Maji L, M, N, O, P, loca Cometæ anni 1698 mense Septembri Parisiis observata, nempe d. 13 h. 8 10, d. 15 h. 8 10, d. 16 h.

8. 45, d. 24 h. 8 0, d. 28 h. 7, 30. Ex observationibus macularum eodem anno in Sole visarum *Dn. de la Hire* motum vertiginis Solis dierum 27, horarum 12, minorum 20 vel 30 & aliquot amplius confirmavit: inter quas notatu digna est, quam *Cassinus* filius d. 6 Maji usque ad 10 observavit, non magnitudine, quod alias obtinet, sed obscuritate imminuta disparentem, ita ut per omne tempus apparitionis eandem constanter molem retinens continuo illustrior reddita fuerit, donec tandem ne quidem per tubum 45 pedum a Sole distinguui posset. *Dn. de Planzade* Monte Pessulano d. 14 Jan. ejusdem anni Eclipsin Lunæ a penumbra Telluris patientis vidit, & d. 11 Maji *Dn. de la Hire* in observatorio Parisino paulo ante ortum Solis tractum luminis ad Horizontem ortivum perpendicularem conspexit, cujus altitudo erat 9 circiter vel 10 graduum, latitudo æqualis diametro Solis. Phænomenon adhuc durabat, Sole oriente, simile ex parte illi, quod *Hevelio* sub occasum Solis visum representavimus in Actis nostris A. 1682 p. 262. Immo idem illud post occasum Solis tum anno 1672, tum 1692 vidit *Cassinus*. Cœlum circa Horizontem erat nubilum; sed raræ nubeculæ non impediebant, quo minus clara Solis facies conspiceretur.

Fig. 3.

De la Hire filius, cum deprehenderet, circa finem Aprilis anni 1702 locum ♀ in suis Ephemeridibus juxta Parentis Tabulas computatum a loco in Ephemeridibus Mezzavachi ipsi assignato gradu integro differre, nec errorem in calculo commissum animadverteret; Tabularum laudatarum fidem explorare satagit, captis altitudinibus Veneris ad Meridianum appellentis d. 4 & 6 Maji: quibus diebus discrepantia inter Ephemerides *de la Hire* &

MENSIS JULII A. M DCC VI. 321

& *Mezzavachi* erat adhuc dimidiū gradus. Eius Reducebatur

d. 4 Maj. h. 10 8 18 30 tempore apparente Longitudo 15 0 43 V,

Latitudo Septentrionalis 2 8 16 : Longitudo ex Tabulis compu-

tata erat 15 0 47. Latitudo 2 8 7. D. 6 Maj. h. 10 1 31, tem-

pore idem apparente, Longitudo observata erat 15 3 32. V,

Latitudo 2 42 15, Longitudo computata 15 4 28 V, Latitudo

2 42 12. Non dubitandum est, quin eadem in reliquis Planetis

habenda sit fides istis Tabulis. Postquam enim *de la Hire* Tu-

bos quadrantibus applicare docuit, ut per eos Fixæ ac Planetæ

interdum cum Sole in Meridiano conspici possint; non solum So-

lis situm ad Fixas immediate determinare, sed Planetarum non mi-

nus, quam Fixarum Ascensiones rectas & declinationes accuratius,

quam antea factum, invenire, ac motum Planetarum cum motu

Solis conferre licuit. Gratiam tamen Astronomiæ cultoribus ope-

ram præstaret *de la Hire*, si in reliquis Planetis Tabularum pa-

rentis fidem similibus observationibus comprobaret. Cæterum

notandum est, quas in Ephemeridibus suis *de la Hire* posuit,

longitudines, & latitudines a supra allatis differre, quia computo

juxta Tabulas ad aliquos dies quodam intervallo distantes inito,

longitudines ac latitudines ad intermedios partem proportionalem

quærendo determinant, qui Ephemerides conscribunt, laboris

compendium facturi.

De resistantia solidorum multa præclare meditatatus *Varigno-*

nus: sed prolixiora sunt, quam quæ hic proponi possint. De-

nique notamus, quod jussu R. Abbatis *Bignoni* in describendis

omnibus instrumentis Musicis, quorum hæctenus in Gallia fuit

usus, numerus vero ultra 60 excurrit, *Dn. Carré* occupetur.

TRIGONOMETRIA PLANA ET SPHERICA,

cum selectis ex Geometria & Astronomia Problematis &c. Au-
ctore R. P. JACOBO GOODEN, Soc. Jes. in Colle-
gio Anglorum Leodii Mathes.
Prof.

Leodii, apud J. F. Brouart, 1704, in 4.
 Constat ii plag.

Inter utilitates Mathematicas non postrema est, quod sui calumpniae iudicium acumine beet: quod ut fiat, non praxes solum Mathematicae addiscenda, sed demonstrationes imprimis cum cura concipienda. Utque abstracta tyrones facilius ac diligentius meditentur, ad minus abstracta applicatio fieri debet. Cum itaque, hactenus non proflaret libellus tyronum usui inserviturus, in quo utriusque Trigonometriae leges demonstratae essent, & ad problemata utilia solvenda applicata; se non inutilem operam praestiturum esse credit Noster, si Trigonometriae tam planae, quam sphaericae, praeccepta ex primis fundamentis explicaret, & demonstratorum usum multum monstraret. Parte igitur prima de Trigonometria plana agens, *cap. 1* necessaria ejus fundamenta ponit, Sinuum imprimis naturam explicando, & usum Tabularum Sinuum atque Tangentium monstrando, Data denique Trigonometrica declarando, *Cap. 2* Analysin Trianguli rectanguli, & *Cap. 3* obliquanguli tradit. Addit *cap. 4* Analysin Triangulorum per scalam Geometricam atque Quadrantem, & *cap. 5* ad longitudinum ac altitudinum dimensionem applicat, additis insimul modis, sine Trigonometria eam expediendi, & casibus accuratissime distinctis. Docet quoque *cap. 6* per Trigonometriam planam investigare diametrum & circumferentiam Telluris, distantiam Solis & Lunae a Terra eorumque diametros. Parte secunda Trigonometriam sphaericam expositurus, *cap. 1* itidem futuris demonstrationibus necessaria fundamenta ponit, proprietates imprimis circularum in superficie sphaerarum se mutuo interfecantium & triangulorum, sphaericorum demonstrando. Progreditur hinc *cap. 2* ad analysin Trianguli sphaerici rectanguli, & *cap. 3* ad analysin obliquanguli, & facilem problematis difficillimi, ex datis tribus lateribus invenienda angulos, solutionem proponit theoremati superstructam, quod *rectangulum sub sinibus crurum sic ad quadratum radii ac rectangulum sub sinibus differentiarum crurum a semisumma omnium laterum ad quadratum sinis dimidii anguli verticalis*. Tractat *cap. 4* materiam appropinquat necessariam, sed vulgo negli-

*Solitam de specie laterum & angulorum. Nempe quia arcus & anguli eodem habent sinus cum suis complementis ad duos re-
ctos, unde sciatur, qualis invento sinui angulus vel arcus respon-
deat, edocet per aliquot propositiones demonstrativas. Subjungit
cap. 5 problemata sphaerica praecipua ex Astronomia & Geographia,
de inveniendis Solis declinatione, loco, ascensione recta, obliqua,
appulsiu ad vorticalem primum, amplitudine ortiva vel occidua
Anamtho, horu dici, arcubus Horizontis inter Meridianum & alios
circulos horarios interceptis, hora ortus vel occasus Solaris, du-
ratione crepusculi, fixarum declinatione, ascensione recta, lon-
gitudine, latitudine, arcu diurno vel nocturno, hora noctis, altitu-
dine Poli. Adduntur Canones Sinuum & Tangentium pro decimo
quoque minuto constructi, cum eorum Logarithmis. Tandem in
tribus ultimis plagulis praecipua Geometriae plana elementa ex Eu-
clide selecta demonstrantur, & incipientium usui accommodantur.
Libellus adeo mole exiguus, utilitate amplissimas; levi pretio paran-
dus, in maximo habendus. Multam utilitati tyronum consularet
doctissimus Autor, si Astronomiam pari dextentate explicatam de-
ret universam.*

DISSERTATIO HISTORICA DE BUCENTIS

*celeberrimis Augustinianis Scriptoribus ex illis, qui obierunt post
magnam Unionem Ordinis Eremitici, usque ad finem Tridentini*

*Concilii, amplioris Bibliotheca Augustinensis edenda pra-
via. Autore Fr. DOMINICO ANTONIO GAN-*

DOLFO, Genuensi.

Romae, typis Jo. Franc. Buagni, 1704. 4.

Constat 2 Alph. 6 plag.

Cum non quotidie incrementa capiat Historia Litteraria, nul-
lus est in Romana Ecclesia Ordo, cujus viros eruditos non
nulli certatim non illustraverint. Nam ut de Augustinianis tantum
nunc dicamus, notum est Thomae de Herrera *Alphabetum Augusti-
nianum* Madridi A. 1644 si editum, sed sterile fecundi alioquin scri-
ptoris opus, tum Philippi Illii *Encomiasticum Augustinianum*

Bruxellis 1654, f. vulgatum, quod tamen erroribus haud vacat. Quae vero in pretio sint Thomae Gratiani *Anabasis Augustiniana*, sive de Scriptoribus Ordinis Eremitici S. Augustini Anqv. 1613, 8, & Cornelii Curtii *Elogia Virorum Illustrium ex Ordine Eremitico D. Augustini*, cum iconibus ad vivum expressis ibidem 1636, 4, haud aequae liquet. His accessit nuper Gandolfus, Genuensis, qui, cum amplioem Bibliothecam Augustinensem edere olim constituit, praemittit *Dissertationem* hanc *Historicam de ducentis celeberrimis Augustinianis Scriptoribus*. Equidem & antea Auctor de Ordine suo bene meritus videtur, quandoquidem cum de *Purpuraria Augustiniana*, hoc est, iis, qui ex hoc Ordine Cardinalitiam dignitatem sunt adepti, nec non *Poeticos Flores Eremitae Augustiniani* scripsisse, ex hoc ipso passim opere patet. Esti vero haec, quam praemanibus habemus, *Dissertatio* non ea styli elegantia conscripta sit, quam ejus generis libelli requirunt, multa tamen memorabilia hic occurrunt, e quibus aliqua pro instituto nostro delibare non gravabimur. Celebris fuit seculo imprimis XVI (natus quippe 1247 & mortuus 1316) Aegidius Columnius, qui Aristotelicam Philosophiam multis voluminibus, rudi tamen sermone, explicavit. Is cum adolescentiae Philippi Pulcri, Galliarum Regis, praefectus esset, ejus in gratiam de *Regimine Principum* libros tres, Romae primum 1482 f. typis excusos scripsit, omnium Moralis Philosophiae compendium. Tanta vero ejus auctoritas fuit, ut, quod nemini alias concessum Noster postea, in Capitulo Generali Florentiae 1287 fuerit mandatum, ut omnes ejus Ordinis positiones Aegidii seu scriptas, seu scribendas reciperent ac defenderent. Vixit eodem tempore Beatus Albertus, qui primus teste Gandolfo, habetur, qui externae eloquentiae, quae in variis gestuum compositione consistit, artificium in suggestum introduxit, eoque in sui admirationem rapuerit auditores. Ubi de Ambrosio Calepino agit Auctor, mire ejus *Dictionarium*, Venetis primum A. 1505 f. editum, & centies deinde, omisso etiam Calepini nomine, recensum, commendat, eo imprimis nomine, quod auctoritati Patrum, Ambrosii, Hieronymi & Augustini, plus quam Velle, Prisciani & similibus detulerit. Fuit praeterea fratribus monachis, & ne senex quidem, cum caecitate jam laboraret, literarum su-

P. 22.

32

P. 32.

studia deposuit. Miraculo similia sunt, quæ de Aurelio Brandolino, vulgo Lippo a cæcitate dicto, narrantur. Nam cum a primis ferme viæ cunabulis oculorum luminibus captus esset, fuit tamen & Theologus atque Concionator egregius, & Philosophus, & Orator, & Historicus, & Poeta extemporaneus, & Musicus excellentissimus. Memoriz vero & promptitudinis ejus hoc præcipuum argumentum est, quod omnes Plinianam Naturalem Historiam, per singula capita, quamplurimum & præclarissimis versibus ex tempore enarraverit, re nulla memorabili prætermissa. Cum Felicem de Prato Psalterium Davidis ex Hebraico sermone in Latinum transtulisse narrat Auctor, plures alios Augustinianos linguæ Hebraicæ gnaros adducit, & contra Celeberrimum Virum Guilielmum Cave, non eam assentit monachorum in Reuchlinum odii causam fuisse, quod in Hebraicis esset versatus, verum quod vir satyrici ingenii lingua illa abuteretur. Guilielmum Duranti perperam Durandum a plerisque vocari putat, eumque Augustinianum fuisse, contra Labbeum, quem ut Ordini inimicum sæpissime redarguit, pluribus ostendit, assertque nobile Duranti de Sacra Coena dixerim: *Verbum audimus, motum sentimus, modum nescimus, præsentiam credimus.* De Henrico de Langeftain, dicto de Hassia, refert, quod primus Mathematicas artes Lutetia Viennem transtulerit, inde mox per universam Germaniam feliciter propagatas. Porro de politissimo Hermolao Barbaro agens, vulgares quosdam scriptorum errores emendat. Hinc Zachariam patrem, & Franciscum avum, quos aliqui confundunt, eum habuisse ostendit; tum non dolore obiisse, quod Respublica Veneta eum dignitatem Patriarchalem contra leges patrias obtinuisse indignata esset, verum peste Romæ 1494 extinctum fuisse probat, nec honore funeris caruisse, in celebri quippe Augustinianorum Basilica S. Mariæ de Populo Romæ sepultum. Hieronymum Neapolitanum Nicolai V Pontificis, in speculativis quidem scientiis, nequaquam tamen in Græcis, ut Ughellus scripsit, præceptorem fuisse docet, quandoquidem is senex Græcas litteras didicerit, in quibus tamen ita mox profecerit, ut de Græco in Latinum & contra multa traduxerit, & Græce etiam nonnulla composuerit, teste Carolano. De Johanne Hoffmicerro, quem

P. 8.

87.

121.

150.

152.

164.

173.

179.

207.

216.

- quem ob libros nonnullos beato nostro Luthero oppositos, Anti-
 Lutheram vocatum vulgo asserit, notatu non indigna plura habet.
- p. 233. Joannem Staupitium observat A. 1501 ad Summum Pontificem
 Oratorem fuisse missum, ut privilegia pro Academia Vitember-
 gensi arcesseret, eoque primum Academiae fundatorem vocari
 Laudatur Ludovici seu Aloyfii de Marfiliis insignis liberalitas, qui
 270. magnam librorum copiam, multis ex locis conquestam, Bibliotheca
 sui Ordinis Florentinae, quam & antea praestantissimis codi-
 cibus ditaverat Joannes Boccacius, legaverit. Ei anno, quod No-
 besc credit, 1436 defuncto *Florentina Civitas, ob singularem elo-*
quentiam & doctrinam, sepulcrum publico summo faciendum, quae
 sunt verba Epitaphii, ponendamque insuper in Cathedrali imagi-
 nem *inscribit.* Notus et alios est Onuphrius Panvinus, qui
 275. sq. Veronae 1529 natus, adhuc puer neque etatis annum duodecimum
 supergressus, historiae impensissime vacare coepit, & multis subin-
 de scriptis voluminibus, quorum & aliqua libere noster prodire,
 cum ex animi dolore in febrem incidisset, Panormi ante deum
 obiit 1568. Ad ejus laudem imprimis spectat, quod ejus Annali-
 bus Ecclesiasticis, quos affectos reliquerat, ita in prioribus Anna-
 lium tomis usus fuerit Baronius, ut, qui primum Onuphrii to-
 mura, vel saltem magnam ejus partem viderint, pauca a Baronio
 imitata fuisse agnoscant. Adjecit Auctor noster in Appendi-
 ce antiqua quaedam monumenta, ad vitas imprimis Sanctorum
 Sanctarumque spectantia, quae celeberrimis viris Papebrochio &
 349. Janningio: singulari epistola dedicavit. Postremo loco nonnul-
 lorum de Gandolfo praeconia, per modum epistolae ad Francis-
 cum Mauritium Gandolfum, Marchionem Melassi &c. recensentur,
 391. quae inter cetera & ea rebus essent, quae de ejusdem libro Italico
Dispaccio Historico, Curioso & Erudito, Monteregeali 1695, 4 edito,
Suppl. Tomo III p. 360 dicitur, additur, Academiam Obscurorum,
 quam Gandolfi suspicis insidiosa dem illic instituta, ob perpetuam
 395. ejus absentiam nondum initium sumpsisse, esseque rationem ejus
 quod desideravimus, nondum explicari potuisse. Novum deni-
 que factum ab Auctore suspectare jubetur in eadem Epistola,
 cujus titulus erit *Li Splendori Liguri fiviani della Piazza del P.*
D. N. Gandolfo, principalmente ne fuori, e fuori Erivii, e giu-
 170

ciò del Senato, Genevesi Patrii & Soggetti qualificati della Liguria, & alcuni anche della Corsica; con una descrizione delle sudette due Regioni, e delle cose notabili delle medesime.
 Ceterum multa se passim debere Celeberrimo Magliabechio non ingratus probatur, quem Virum quippe, aspectu licet & cultu philosophico, eruditione tamen, doctrina & moribus conspicuum p. 252, & eruditionis pelagum p. 254 vocat.

TATIANI ALEXANDRINI HARMONIE EVANGELICAE antiquissima Versio Theotisca, ut & Isidori Hispalensis ad Florentinam Sororem de Nativitate Domini; Passionis, Resurrectionis &c. libri eadem lingua conversi Fragmentum. JOANNES PHILIPPUS PALTENIUS e manuscriptis codicibus edidit, & animadversionibus illustravit.

Gryphiswalden, apud Johannem Wolfgangum Fick-
 weilerum, A. 1706, 4.
 Constat 3 Alph. 10 plag.

Cum nostro ævo multa præstantissima ingenia scientiis excolendis plurimum incumbant; ut linguæ etiam, quibus animi sensa interpretamur, & rerum conceptus cum aliis dextre communicamus, excolantur par est. Id vero solitur, judice Clarissimo *Paltenio*, non peregrini sermonis vocibus ac phrasibus vernaculum locupletare ac exornare, sed vernaculi integritatem vindicare: nec nova vocabula effingere, sed probæ notæ voces, majorum oscitantia in desuetudinem adductas, in usum revocare, utque dictionis Germanicæ elegantiam capiat, de proprio verborum significato, ex veterum scriptis eruendo, sollicitus esse debet. Eum in finem edidit Noster versionem antiquam Harmonicæ Evangelicæ *Tatiani* & fragmenti *Isidori* Theotiscam. Ut ut enim Celeberrimus *Hickesius* Teutonicæ linguæ antiquitatum studiosus suadeat, ut a *Willeramo* lectionis initium capiant, inde ad *Osfridum*, hinc tandem ad *Tatiani* interpretem progrediantur; *Paltenio* tamen contraria via magis arripet, quia *Tatiani* interpretis planissimis vocabulis statatur, ac ita presse omnia exprimat, ut

ut ne in positu quidem verborum quicquam immutet, cunctis contra in *Osfrido* sint multa contorta, & sensum dubium habentia, in *Willeram* pleraque figurate dicta. *Vulcanius* versionem *Tatiani* Theotiscam, in *Auctario* Notarum ad eandem, pro scriptis Teutonico omnium antiquissimo habet: Noster ipsi coævum cum *Yluis* facit *Osfridum*, & *Tatiani* interprete antiquiorem agnoscit interpretem fragmenti *Isidori*, quod pro omnium vetustissimo patriarum antiquitatum hoc in genere monumento vendit, & ad seculum circiter septimum refert, cum *Tatiani* versio factus seculi octavi vel noni ipsi videatur. De *Tatiano* ipso & ejus Harmonia ut dicamus, opus non est, imprimis cum alibi in Actis nostris de hoc Viro satis sit dictum, præcipue A. 1701 p. 270 & 271. Codicem Theotiscum quod attinet, circa finem seculi XVI primus eum eruditis notum reddidit *Bonaventura Vulcanius*, qui tamen impeditus fuit, quo minus promissam orbi litterato daret editionem. Certam equidem post ipsum editionis spem fecerat *Junius*; proposito tamen eventus non respondit. Ipso mortuo codex, quem possidebat, manuscriptus, una cum manuscriptis aliis, in Bibliothecam Bodlejanam Oxoniensem delatus, ex qua *Paltenio*, anno 1696 Oxoniæ degenti, copiam ejus fecit Bibliothecæ instructissimæ tunc temporis Præfectus, celeberrimus *Hidius*. Notat vero eum illum duplici manu fuisse signatum, a *Juniana* diversa. Recentiore manu adscriptum erat, *Marguardo Frebero* tribuendum putat, quamvis in dubio relinquat, collatione cum alio codice instituta, an ex ingenio aliquid immutandum censuerit. Quamobrem ipse textum antiqua manu exaratum plerumque sequitur, nisi contrarium in animadversionibus indicet. Fragmentum *Isidori* Parisius, ex codice manuscripto 4859 Bibliothecæ Colbertinæ, qui ad *Pithæum* pertinuit, descripsit, usum ejus concedente *Baluzio*. Versioni Theotiscæ ad latus comparat textus Latinus. Subjiciuntur in *Tatiani* & *Isidori* interpretes animadversiones, in quibus de multarum vocum Theotiscarum origine & genuina significatione disquirunt, & quomodo in voces nunc usitatas degeneraverint, hinc inde accurate ostenditur. Sub finem comparat fragmentum veteris linguæ Theotiscæ a *Lambecio* in Bibliotheca Vindobonensi prod-

ductum, felicissima, iudice Nostro, conjectura a viro quodam docto, cuius nomen tacet, restitutum & emendatum. Unum adhuc annotandum esse censemus, promitti nempe Orbi litterario a *Palbenio* Glossarium Vandalicum, quod a multis avidissime expectari, nulli dubitamus.

OBSERVATIONES PRACTICÆ DE HYDROPE

Pectoris, a Collegio Academia Leopold. Nat. Curios.

Vratislaviensibus edita.

Vratislaviae & Lipsiæ, sumptibus Christiani Bauchi, 1706, in 4.

Const. 10 plagulis.

Historia Morborum, aliquot annos Vratislaviæ grassatorum, improbo labore, nec ab omnibus probis satis laudando conatu pertexta, eadem industria, nec minori felicitate, ad alia nunc pergunt Academiæ Nat. Curios. Collegæ Vratislavienses conjunctissimi. Quo magis autem plerisque Medicis insitum fastidium ingens, & contentus quidam superbus omnis veteris Medicinæ, cum perpetuo innovandi pruritu conjunctus, detestandus venit, quo saluberrimum illud de Societatibus seu Academiis promovendæ praxeos gratia erigendis Georgii Baglivi consilium neglectum hæcenus atque contemptum fuit; eo majori censetur laude mandandi Viri hi Clarissimi, quod inter copiosissimas easque arduas occupationes, ad Artis salutaris augmentum promovendum summa non desistant conferre symbolam. Ad hydropem pectoris jam elucidandam animam applicuerunt, non modo, quoniam pauci Scriptores aliquam in evolvenda ejus natura operam collocarunt, verum etiam, quoniam præter Maximilianum II gloriosissimæ memoriæ, Divo Leopoldo, cujus mortem tanquam Protectoris sui Clementissimi acerbe luget supra laudata Academia, extitit ille funestus. Uti fuerunt in hoc tractatu aliorum doctissimorum Medicorum testimoniis, præcipue in enarrandis morbi phænomenis, ac in cura; ubi autem ad causarum investigationem perventum est, sibi, ut aliis, vires ingenii periclitari & sine contumelia, profequi, vel veterum castra relinquere, licitum esse opinati sunt. Scaturiginem igitur aquæ in thoracis cavitatem extravasatæ in vasis potissimum lymphaticis quærent, quatenus scilicet vel lymphæ

T t

co-

copiosius congesta, nec exitum in peripheria corporis nanciscens, adjuvante calore & obstetricante partium tenentudine, per transfusionem ex lymphaticis in cavitatem pectoris fistat, vel ex eisdem disruptis promanat. Nec improbable est, serum sanguinis sub propria forma e vas in thoracis cavum transudare, sive hoc per *αναπόρρωσιν*, sive per *διαπόρρωσιν*, sive per *διαίρεσιν* & in specie *διασπασιν* contingat. Quinimo ductum thoracicum quandoque non extra culpam esse, suumque contentum pectoris concamerationi suppeditare posse, nulli dubitant. Inter causas remotas lymphæ extravasationi ansam præbentes accusatur modo ejus spissitudo extraordinaria, vel ab aqua frigida æstuante corpore affatim hausta, vel ab aere frigidiore, aquarum vitæ ingurgitatione &c. inducitur, modo vasorum lymphaticorum angustia, vel a naturali conformatione ac primo ortu dependens, vel a morbis, vel ab aliquibus comprimentibus & constriquentibus producta; modo vitia tum aliorum viscerum, quæ motum lymphæ turbant, tum pulmonum præcipue, durities potè, scitulus, tumores, vomica, & cum pleura cohesio. Sanguis vero suum serum ejaculatur vel si fuerit acris, & salinus, aut viscidus a dyspepsia ob cruditates admixtas, ac iners menstruum, nec non ab incongruis in duodeno ac reliquo intestinorum volumine communicatis liquoribus redditus, aut in motu impeditus; vel si vasa sanguifera obstructa aut in ossam duritiem redacta sint; vel si viscera obstructiones patientur. Denique ex ductu Pecquetiano prorumpit chylus, si ille fuerit disruptus. In cura eo cogitationes omnes dirigendæ sunt, ut 1) colluvies serosa in pulmonibus & thorace congesta quoquo modo evacuetur, 2) omnino studio præcaveatur, ne nova subinde generetur, quod potissimum obtinetur, dum vitia tolluntur viscerum, & omnis cachectiæ occasio avertitur. Quanquam autem præter externam ex fonte Chirurgico pariter ac Pharmaceutico petendâ, inter purgantia non frustra exhibeantur mitiora; inter diuretica præsentè febre lapidibus percarum, oculis cancerorum crudis, tartaro crudo, nitro depurato, emulsionibus ex semine violarum, lapide Lyncis vel Judaico; absente vero eadem, succo betulæ cerevisiæ confermentato, succo raphani, fragis & baccis alkekengi cum debiliori

Spiritu vini infusus, essentia gummi ammoniaci & sero lactis capilli suae sint deferendae laudes; inter diaphoretica Rob Sambuci, ebuli, lapides cancrorum, sal cardui benedicti, & syrupus quidam in electuarium commode redigantur, & matutinis horis propinentur; nec inter pectoralia, si pulmones sero glutinose distendantur, scabiosa, tussilago, hyssopus, veronica, marrubium album, pulmonaria, betonica, capillus Veneris, &c. penitus sint contemnenda; multoties tamen hoc malum tam rebelle est, ut aegri non tantum non curentur, sed ne quidem symptomata eorum mitigentur.

Das güldene und silberne Ehren-Gedächtniß
D. MARTINI LUTHERI.

L. e.

MEMORIA D. MARTINI LUTHERI NUMMIS
aureis argenteisque decorata. Ex recensione CHRISTIANI
JUNCKERI, Dresdensis, Historiographi Ducalis
Saxo-Hennebergici.

Francofurti & Lipsiae, apud haeredes Enderianos, 1706. in 8.
Form. maj.

Constat Alphab. 1. plag. 17.

Ut auri argenteaque amans Lutherus, dum viveret, haudquaquam fuerit, memoria tamen illius plurimis in nummis aureis argenteisque conservavit posteris, quos iusto illustravit Commentario jam A. 1699 sub titulo: *Vita D. Martini Lutheri & Successuum Evangelicae Reformationis Jubileorumque Evangelicorum Historia, nummis atque iconibus confirmata & illustrata*, edito Clarissimus Junckerus. Sed tantum abest, ut prima illa opera (quam quidem subitanam minime fuisse Benevolus Lector vel ex recensu in his Actis tum instituto p. 300 sq. colliget,) divitiis omnes exhaustire licuerit, ut novae potius huic editioni parandae amplissima, quae ex illo tempore Autori solertissimo de novo se obtulit, suppellex occasionem peroptatam subministravit. Sicut autem in gratiam eorum, qui studiis equidem pri-

mariam diligentiam haud impendunt, historiae tamen interim & rei nummariae operam navant, Germanico idiomate uti celeberrimus Junckerus maluit, ut pluribus adeo ad librum hunc accessus pareret; ita multum passim auctum amplificatumque priorem illum laborem invenient, qui Latinam editionem cum Germanica hac conferre voluerint. Provocamus in istius rei fidem vel ad unicam illam sectionem, quae *trigesima octava* est, ac eminentium quorundam Virorum, qui vel focii Luthero fuerant in promovendis ecclesiae literarumque commodis, vel ab eo dissentientes diversarum opinionum autores extiterunt, vultus in nummis rarioribus expressos representat. Etenim in ista Iusto Jona, Philippo Melanctoni, Erasmo Roterodamo, Hudalrico Zwinglio, Fridesico Myconio, Martino Bucero, Joanni Calvino, socii adduntur Ambrosius Blauserus, Simon Grynaeus, Joannes Brantius, Joannes Oecolampadius, Petrus Martyr, Mercurius de Gattinaria Caroli V. Imperatoris Cancellarius, Elibaldus Pischelmerus, (cujus lateri adhaeret pictor celeberrimus, Albertus Dürerus,) & Conradus Pentingerus. Unicum hunc s. tot accessibus auctum qui cogitaverit, haud difficulter de reliquis pronum ferre poterit iudicium. Ordinem de cetero eandem, quem Latina editio servavit, & haec retentum videas, nisi quod effugies nummorum, quarum iteratis saepe vicibus aliquot ibi in particulibus tabulis junctim fuerunt exhibitae, textus autem ipse suamque loco proprio insertas accepit; id quod Lectoribus non nisi gratissimum fore autamamus, utpote qui molesto labore ad tabulas istas, & materiae dilucidatione interdicta remotiores, recurrendi sublevator se hoc pacto sentiant. Sed textus ipsum haud mediocriter amplificatum dedisse, nondum fuisse visum fuit. Accessit insuper Appendix, quae antea observata novae illustratae animadversionibus, & nummos praeterea non unius apparatus prioris adjungit, quos Clarissimus Auctor tantum non omnes se debere profiteretur thesauro nummario Amplissimi Herai, Consiliarii Sondershusani. Nominamus ex his potissimum eos, qui supra memoratis suppetes sunt, memoriamque ab interitu vindicant Hieronymi Savonarolae, Memonis, Caspari Hedionis, Petri Viseti, Joannis a Hefce, Jacobi Sturmii, Eusei Cranachii. Oecolamp-

lampeditus quoque inter alios iterum occurrit, cuius in honorem
 eusum numisma altera in facie hoc distichon refert: DUM VI-
 XI IN DOMINI FULSI FAX SPLENDIDA TEM-
 PLO ET NOMEN CUM RE GRATIA DIVA DE-
 DIT. Tacemus duo Carmina *Adami Siberi* rarissima, & inter
 eas Poëmata studiose alias collecta editaque minus reperiunda,
 quorum alterum Lutheri honoribus sacrum tertium eum *Eliam*,
 nominat, versuumque hunc & initialem habet & finalem: *Nostri*
suit Secti Lutherus HELIAS; alterum Philippum Melanchtho-
 nem tanquam *Phanicem Doctorem* laudat.

OCTAVIA, Römische Geschichte/

h. e.

OCTAVIA, FABULA ROMANENSIS. PARS

tertia, aequè ultima.

Noribergæ apud hæredes Hofmannianos, 1706. 8.

Constat Alph. 7.

FABULÆ Romanensēs, quas ab Aristide Milesio quidam *Mile-*
sius, alii ab argumento, quod in iis pertractatur, *Amatoriarum*
 adpellant, ex Oriente ad Græcos, a Græcis ad Romanos, atque
 ab his ad reliquas cultionis Europæ nationes translatae sunt. Pri-
 mam illarum originem ad certa tempora referre vix quisquam
 potest: extant autem perantiqua scriptionis hujus monumenta,
 quorum vestigia premere Galli præ aliis summa ope nisi fuerunt,
 a quibus etiam *Romanensis* adpellatio derivatur. Habuerunt e-
 nim tria olim idiomata Galli, *Gallicum* scilicet, quod vetustissi-
 mum & vernaculum erat, *Germanicum*, quod a Franciis advenis
 seculo IV & V didicerant, & *Romanum*, quo Provinciales at-
 que Tolosates, utpote Italici proxime habitantes, utebantur: &
 ab his quidem carmina & historiarum amatoriarum *Romanenses* dictæ
 sunt, quod hi præ reliquis omnibus artis poeticae peramantes at-
 que studiosi essent, suaque lingua in publicandis hujuscemodi
 scriptis alii præirent. Parentum avorumque nostrorum ætate,
 Fabula Romanensis ab Hispanis, Italis, Germanis, Anglis Ita-
 liisque

wisque ad supremum quasi dignitatis eulmen evecta, & tanto ardore exulta est, ut de illa certas aliqui regulas formare, & in illis laureolam quærere, pulchrum duxerint. Certe apud Hispanos tantus talium librorum numerus evasit, ut Michael Cervantus, quem inter præstantissima Hispaniæ ingenia numerant, subtilem, admodum & prudentem de iis censuram in peculiari opere, quod *Domini Quixoti historiam* nuncupat, agere, atque hac ratione civium suorum animos a nimia fabularum lectione avertere studuerit. Et negari quidem non potest, multas comparere quisquillas in hoc librorum genere: quidam enim ita ab auctoribus suis effecti elaboratique sunt, ut in iis contra bonos mores nihil dictum sit, sed potius dominandi amandique artes, tragicorum insuper casuum narrationes, atque elegantioris cultus indicia, non absque summa oblectatione, sub amabili figmento, deprehendantur.

In illis, quas Germania nostra produxit, *Herculis & Arminii* Fabulæ præ cæteris claræ sunt; omnibus vero palmam præcipue runt *Aramenes & Octavia* volumina, cum ob præceptorum castimoniam, styli elegantiam, vicissitudinumque mirificam varietatem, tum præcipue ob augustas illarum origines, quas e Serenissima Germania Domo Principi ingeniosissimo debent. *Octavia* certe, cujus duæ partes priores quatuor voluminibus constantes ante hos viginti annos lucem adspexere, adeo animos lectorum incomparabili venustate sua fascinavit, ut reliquos jucundissimi laboris tomos anxie optaverint, quorum desideris tandem tertia parte, quam ultimam dixit, satisfacere voluit Serenissimus Princeps. Quum vero etiam in hac ipsa nondum ad finem perducta sit elegantissima de *Octavia Romana* miris in aula Neroniana casibus fabula, nova nunc ab illis, qui *Octaviam Germanica* veste decoratam quasi depreceunt, ad Excellissimum Auctorem vota sunt, ut labores suos ad finem aliquando perducere dignetur: qui, nisi ipse ultimam operi manum admoveat, a nemine unquam expectandus est, cum neminem pari felicitate hujus generis aliquid adgressum sciamus, multo minus futurum credamus quemquam, qui tanto cum applausu æpto hactenusque continuato operi ausurus sit colophonem imp. nere. Servet modo æternum Numen Principem Optimum,

nam, salutis imprimis publicæ & S. R. Imperii universi causæ,
 ejus inter Columnas præcipuas merito omnes eum venerantur.

*ECLIPSIS SOLIS D. XII MAJI A. MDCCVI IN
 diversis Germania locis observata.*

PHænomenon hoc, in terris nostris rarissimum, celo undique
 fudo, non sine voluptate conspiciendum se præbuit. Initium
 occultationis hic *Lipsiæ* circa primum quadrantem horæ decimæ,
 maxima obscuratio h. X. 25 20, finis h. XI. 35 45 notata fuere,
 ipsumque adeo deliquium h. 2 21 duravit, sub medium ejus vix
 triente digiti Solaris disci a defectu immuni: quo tempore ☉ pro-
 pe Solem & ☿ Orientem versus clarissime nobis conspecti fuere.
 Sunt quibus & ♃ atque ♄ visi præstiterunt, cum pluribus fixis
 primæ magnitudinis. Ambibat Lunam amulus fulgens, limbo
 ejus parallelus, obversa Lunæ parte densior, averfa rarior, ex-
 acta tamen peripheria terminatus, a parte Solis lucida supra il-
 lum versus zenitha prominente accurate distinguendus. Splen-
 dor ejus quasi argenteus, minor tamen quam ab occultatione
 immunis disci Solaris particula: Margo Lunæ instar nubecula
 pallescit, nigredine medium disci occupante. Prope horizon-
 tem occiduum nebulae veluti coarctabantur, cœlumque rube-
 bat.

Eandem Eclipsin *Jenæ* accuratissime observans Clarissimus
 Professor *Hambergerus*, notavit initium h. IX. 11 40; medium
 h. X. 21 59; finem h. XI. 32 18; magnitudinem 11 5/8 digitorum;
 integram durationem h. 11 20 38. Maxima cum esset obscuratio,
 Venerem vidit, Jovem atque Capellam, tenebris adeo invalescen-
 tibus, ut ad dignoscenda in Horologio Oscillatorio ad fenestram
 collocato minuta & secunda horaria, candela accensa opus esset.

Berolini initium fuisse h. IX 24, finem h. XI. 45, & defectum
 ad 11 7/8 digg. excrevisse accepimus.

Vratislavia in Collegio Academico Soc. Jesu a R. P.
Cbri-

336 ACT. ERUD. MENS. JULII A. MDCCVI.

Christophoro Heinrich, Prof. Theolog. & Mathem. sequentia annotata sunt.

Initium erat	hor. IX. 39. 40.
Totalis obscurationis initium	X. 49. —
Medium	X. 49. 30.
Lucis initium	X. 50. —
Finis totius Eclipses	XII. 2. 20.
Mora totalis obscurationis	— I. —
Duratio Eclipsis ab initio ad finem	H. 22. 40.

Punctum ultimi exitus a Sole distabat a puncto verticali Solis Orientera versus 56-20.

Diameter Lunæ excedebat Diametrum Solis minimum 15 Diametri Solaris.

Tempore totalis obscurationis stellæ complures libero oculo visæ, etiam duæ prope Solem. Lunam circulus dubiæ lucis ambibat, Halonis instar. Simul apparebat inæqualitas superficiæ Lunaræ; sed præcipue sub initium luminis distinguebantur, in effigie per telescopium in chartam albam projecta, montes & valles Lunares, intermicantibus Solis particulis.

• Hora 10, 6 30 obscuratis in Sole digit. 5, speculum Parabolicum diam. 3 ped. adhuc inflammavit lignum siccum: quod haud amplius præstitit h. 10 18 20 obscuratis 7 digitis.

Hor. 10 35 30 obscuratis 10 digitis adhuc tantisper adussit pannum.

Hor. 10 42 0 obscuratis 11 digitis nec fomitem amplius ascendit.

Lens ustoria diam. 9 $\frac{1}{2}$ pollic. post obscuratos digg. 9 h. 10 30 adhuc adussit pannum: obumbratis vero 10 digitis nec fomitem quidem.

Cælum omni hoc tempore fuit admodum serenum.

** ** *

ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsiæ

Calendis Augusti Anno M DCC VI.

ANTONII PAGI CRITICA IN ANNALES

Baronii.

Coloniæ Allobrogum sumptibus Societatis, 1705. fol. Tomus II.
Constat 9. Alph. 7. plag.

Coronidem imposuerat Clarissimus Auctor operis sui Historico - Chronologici *Tomus I*, supra a nobis pag. 10 recensito, rebus a Theodosio M. præclare gestis, nunc *Tomum II* orditur ab altera Imperii divisione, qua Arcadius Orientis, Honorius Occidentis Principatum obtinuit, & progreditur ad initium Pontificatus S. Martini, quem suscepisse statuit A. C. 649. Itaque ad A. C. 395 vindicat Zosimum, qui Baronio Rufinum male Celtam appellasse censetur, eo quod Gallus fuerit; cum tamen Galli Celtarum nomine Zosimo & Straboni designentur. Ibidem statum religionis sub Arcadio & Honorio egregie repræsentat ex Sozomeni lib. 8, c. 1; adjicit hæresin Eusebii & leges Arcadii contra hæreticos a Baronio prætermittas; bellum Persicum signo crucis efficaci celebre revocat ad A. C. 420; Chrysostomum refert in exilio, dum Pityuntem transportatur, expirasse animam; Augustinus sequenti demum anno ordinatus ipsi videtur Episcopus Hipponensis, atque ejusdem & Paulini epistolarum chronotaxin exhibet curate digestam. A. C. 396 Evangelium ostendit propagatum inter Pichos Australes per S. Ninianum, inter Dacos, Bessos & Gothos per S. Nicetam, qui alias Nicæas dicitur; culpa enim librariorum Nicetam a Nicæa, esse distinctum, qui error etiam in martyrologia irrepserit, unde memoriz S. Nicææ dies VII Januarii, S. Nicetæ dies XXII Junii

Ua

con-

consecratus sit. A. C. 397 aligat Nicta in urbem Nolam accessum, & per Daciam, Italiam, Macedonia & Dardaniam in partem relictis itinerantem; sortem. Ambrasi; & in concilio Conciliorum Casilignensium emendatum, & Rufini Antiocheni cum Melania ex Oriente reditum. Et de Rufino quidem ex Hieronymi & Nolani epistolis narrat, quod haereses Origenis eo applausu Romae disseminaverit, ut, hæt celebris matrona Marcella strenue illum oppugnaret & Urbe tandem expelleret, nihilominus a Papa Siricio obtineret epistolas *Ecclesiasticas* seu *Communicharias*, publico puræ fidei apud peregrinos testimonio. Ibidem in Paulino observat flagrantis pietatis studium, quo percitus ipsam Romam appellaverit Babylonem, non respectu Gentilismi, uti Baronius vult, sed ob suam turbatam ac mali illecebrarum copiam. A. C. 398 mortuos demonstrat Siricium atque Ambrosium, & priori successisse Anastasium. Præter alia de Augustini in Donatistas, Chrysofomi in Montanistas, Porphyrii Gaza Episcopi in Gentilismum zelo agit; tantam fatetur Cleti Romani fuisse invidiam non in S. Paulinum solum, sed & in S. Hieronymum, ut non immerito ab Hieronymo Senatus Phariseorum vocaretur; quamvis etiam Hieronymus nimis acriter calamum ipsi strinxisse videtur, non quidem in Clerum, sed in Imperatorem, ita extolens virginitatem, ut matrimonium quodammodo damnare crederetur. A. C. 399 ciminuisse probat prudentiam Imperatorum in extirpando sensum Gentilismo, in Hispania præcipue & Gallia. Circa A. C. 400 corrigit errorem Baronii in chronotaxi martyrii Sisinii commissum; Chrysofomum Origenistas Monachos ex suis monasteriis ejectos benigne excipientem excusat; natales Antiphoniarum ab anticelebrariis Arianorum, & ortum Maronitarum a Marone Abbate derivat. A. C. 401 damnatos ostendit Origenis errores, tam in Oriente quam in Occidente, publicis in synodis, Alexandrina & aliis, cumque innotatur Theophili epistolis Paschalis, redegit eas in ordinem temporum conformem, castigatis Baronii parachronismis. Ibidem occasione concilii Carthaginensis tunc temporis celebrati, refert contentiones inter Episcopos de prius agitata, & singularem Eudoxia erga Chrysofomum & Porphyrium clementiam, quorum priorem malaverit honore.

accipiendi ex baptismo vel Principem Theodosium, aut quod cer-
 tains ipsi videtur, Flacciam & Pulchriam; ad posterioris autem pe-
 titam exstruxerit Gens. ad eam plane augustam, templis idolorum
 dirutis. A. C. 402 continuatas obediit controversias Origenia-
 nas; cumque de hisdem Chrysothomum inter & Epiphanium con-
 certationes quedam ortæ sint, vitam & mortem Epiphanii hac
 anfa ex Sozomeno collustrat; differit etiam de obitu Anastasii
 contra Baronium, & Concilio primo Milevitano. A. C. 403 Chry-
 sothomum statuit in exilium ab Eudoxia missum, quam *ερασι-
 στέρας* in malos mulierum mores enacerbaverat; Paulinum e con-
 trario Ecclesie Nolans esse præfectum, contra Chiffletium & Be-
 nedictinos propugnat. A. C. 404 ab Honorio non solum non
 resistitos esse ludos seculares, sed ipsos etiam gladiatorios Ro-
 mæ sublatis contra Baronium asserit, occasione occisi ab ipsis
 spectatoribus Telemachi, qui gladiatorum rabiem compercere
 tentaverat. Perro expulsi alterum Chrysothomi, ab Imperato-
 re revocati exilium, & natas inde Constantinopoli turbas. Sci-
 licet in vectus erat in turbantes sacra publica choreas & planus,
 quibus Gentilium more plebs venerabatur statnam argenteam,
 quam Eudoxia sibi ad latus Ecclesie jasserat poni; sed tantæ ze-
 lum hunc secuta sunt calamitates, ut pro suggestu exclamaret
 Chrysothomus: *rursus Herodias furit*. Non autem adeo diu fu-
 rorem exercuisse, addit Noster, cum eo ipso anno obierit. Ibi-
 dem agit de Augustini disputatione cum Felice Manichæo, Inno-
 centii decretis ad S. Victricium, Victricii conversione & meritis,
 morte S. Paulæ, & privilegiis Judæorum ab Arcadio & Honorio
 concessis. A. C. 405 Pelagium epistolam *de Gratia & Auxilio*
 scripsisse statuit, monetque B. L. ne hunc confundat cum Pelagio
 Monacho, cujus Chrysothomus ac Isidorus Pelusiota meminerint,
 sicuti Baronius, Usserius ac Vossius fecerunt; addit præterea, quo-
 modo Rufinus Pelagium & Pelagius Coelestium induxerit in errores,
 & quod Pelagius Commentariorum in epistolas Pauli, qui Hiero-
 nymo vulgo subjungi solent, auctor sit, confirmat. Tandem sub-
 jicit tempus concilii primi Toletani, in quo de Dictinio & petre
 ejus Symphosio, hæresi Priscilliana infectis, actum est. A. C.
 406 scripsisse sentit Hieronymum adversus Vigilantium, cujus
 hæ-

heresim & patriam precipue, cum aliis Gallis, aliis Hispanis occidatur, pluribus persequitur: A. C. 407 obisse Chrysothomam Germanis in Ponto Buzis episcopi narrat, sed etiam eodem anno, uti quidam ex suppositis Innocenti episcopis collegerunt, eius persecutoribus: vexatas eodem tempore Italiam a Vandulis, Britanniam militum turuku, & Gallias ab Alanis, Sævis & Hunnia. A. C. 408 mortuum docet Arcadium, & Iedigentem Perfarum Regem dicit in Christianos instituisse persecutionem; ut. quod Episcopus urbis Romæ templum aliquot ædificium fecerunt. Honorium vero delevisse Imperii sui & Christianorum hostem, clandestinum Salicorum, subditorum onera variis legibus sublevasse, Gentilismum extirpasse, hæreticos proscipuisse eosque inter Gælicos, sectam Christianos inter, & Judæos medium. A. C. 409 disceptans esse ab Alarico Romanam, & Mathematicam urbe ejectos, quoniam se hujus alicuiusque urbium sine ex aliis profert erant gloriati: id quod prolixè desolavit circa annum sequentem, ad quem Baronius, Valerius & Gothofredus hanc dactam referunt, ubi etiam Proba & Leta matronarum laudat pietatem, quod pauperes durante obsidione de suis aluerint. A. C. 410 Concilium fuisse celebratum Carthaginense adversus Donatistas, quorum in Africa grassationes aliaque flagitia persequitur; mortuum quoque esse Rufinum, sed absque errorum recantatione; Pelagianismum sese dilatare, sub Pelagii auspiciis, cujus patria, vitæ genus, præceptores, hæresis, iter in Africam prolixius heic exponuntur. De Synodo Pelagiano observat, quod Episcopatu sit admotus a Proletariis, non invitatus solum, sed aperte etiam heterodoxiam confessus, Theophilo Alexandrino aliisque, quos minime ejus errores latebant, electionem præstantibus. Dandum autem hoc esse temporis illius iniquitati, que sapienter fuerit, Philosophos doctrina & virtute atque auctoritate præstantes ab a baptismo prædicere Ecclesiæ. A. C. 411 principes Ecclesiæ Doctores Hieronymum, Augustinum & justo nonnullos filiarum Syracusanorum eorum frinisse contra Pelagium, Collatam Carthaginensem contra Donatistas habitam, Alaricum Gothorum Regem perisse, Galliamque & Hispaniam hostibus liberatam, esse non adeo diu hac tranquillitate gavisa sint. A. C. 412

controversias Donatistarum & Pelagianorum sub auspiciis Imperatoris Honorii, regnum Gothorum in Gallia inchoatum, & mortuum Theophilum Alexandrinum. A. C. 413 profligatis Imperii turbatoribus, Maximilianum observat tribunum ac martirem, vite quidem integerrimum, ad delatorum tamen calumnias injuste fuisse occisum. In Gallia autem Burgundiones regimen obtinentes fidem Christianorum amplexos esse. A. C. 414 alligavit persecutionem Christianorum in Persia, ejusque initium & finem, hactenus ignota, ex collatione Theophanis cum Theodoro demonstravit. A. C. 415 coactum animadvertit Concilium Hierosolymis coram Johanne contra Pelagianos, a Baronio penitus pretermittitur; Judaeorum insolentiam a Theodosio repressam, quippe qui priorum Christianum ad Iamum comprehensum, ludibris exercendis ac crucis descendae causa de ligno suspenderant, ac cruciatibus interfecerant; Gentilium autem simulachra sacrificiis hactenus culta, ab eoque ritus Honorium proscripsisse. A. C. 416 Pelagium refert in Synodo Carthaginiensi ac Milevitana II damnatum, quomodo Episcopi Augustinus atque reliqui, quoniam ante latam sententiam sedem Romanam consuluerunt, studet hinc contra Blondellum Primatum Pontificis stabilire, repudiatis, quoniam Synodo Milevitana II conditi dicuntur, de Pelagio canonicis. Cum intem ei adversetur locus Gennadii illustris: *Innocentius urbis Romanae Episcopus scripsit decretum Occidentalium & Orientalium adversus Pelagianos datum* &c. inseruit vocem *Evangelium* ante propositionem *adversus*, secutus codicem manuscriptum Bernardi Montfauconi, quem propediem novam & accuratam editionem Operum S. Athanasii vulgaturum pollicetur. A. C. 417 mortuum esse probat Innocentium, & successisse Zosimum, in Pelagianos tam propensum, ut Coelestium judicaret innocentem, Pelagii autem adversarios, Herotem imprimis & Lazarum Galliae Episcopos officio privaret ac communione. A. C. 418 immutatum advertit in Pelagianorum causa Zosimum, eoque reliquorum Episcoporum disceptationibus deductum, ut non Coelestium solum damnaret, sed omnes Romae pellic Pelagianos, ab Hononio obtineret: circa idem tempus jacta esse Monarchiae Francicae fundamenta. A. C. 419 cum Julianus damna-

tionem Pelagianismi subscribere recusaret, Imperatorem promulgasse constitutionem de præstandis hæreticorum damnationi subscriptionibus; celebrata esse concilia Carthaginesis vulgo VI & VII appellata; ignem e celo dimissum ipsos maris fluctus quasi saltus ac sylvas incendisse. Meminit etiam consuetudinis hoc tempore adhuc Episcopis in Oriente usitate, qua publicis literis indixerunt tempus Paschatis proximo anno celebrandum. A. C. 420 Hieronymi emortuali, continuatam esse in Perside Christianorum persecutionem, exorto autem inde Persas inter & Romanos bello, Persas occubuisse. A. C. 421 Theodosium potestatem Episcopi Constantinopolitani circa sacra ita ampliasse, ut provincie omnes intra Orientalis Imperii fines comprehensis, ejus subessent curæ, neque gravioris causæ ad sedem Romanam referrentur. A. C. 422 Episcopos in Oriente, Illyricos præcipue, repudiasse affectatum Rufi, Sedis Romanæ vicarii, dominium, neque in causa Perigenia Episcopi Corinthiaci acquiescisse in sententia Romani Pontificis. A. C. 423 mortuum esse Honorium Imperatorem, & Papam Bonifacium, ejectos ex Italia Julianum & Coelestium Pelagianismi defensores, quibus etiam Theodorum Mopsvestenum ab aliis omissum associat. A. C. 424 Valentinianum renuntiatum esse Cæsarem, & Synodum Antiochiæ contra Pelagium celebratam. A. C. 425 interisse ostendit invasorem Imperii Johannera Notariorum Præmicerium, & abrogata diebus festis & Dominicis spectacula. A. C. 426 Theodosium legem adversus Paganorum sacrificia promulgasse; Augustinum libros Retractationum conterritum, absolutis qui agunt de Civitate Dei; Prosperum & Hilarium Semi-Pelagianismum oppugnasse, quem Cassianus in Collocationibus suis publice amplectebatur. A. C. 427 Theodoretum Historiam Ecclesiasticam terminasse, de quo & illius continuatoribus plura differit. A. C. 428 Gensericum Vandalorum Regem in Asiam irrupisse, eaque occasione Augustinum solvisse dubium a Quodvultdeo propositum: an Episcopis fugere liceat in persecutione? Clodionem regnum Gallie occupasse, a quo Francorum Reges primæ stirpis ducunt originem; Nestorium Constantinopolitanæ Ecclesiæ præfectum, talem prima vice habuisse sermonem, ad quem populus cohæruerit. A. C. 429 collustrat S.

Ger-

Germani in Angliam missione, Saxonum pugna cum Britannis, & præcipue historia de populi & Episcoporum motibus in Nestorianum. A. C. 430 continuatas ostendit controversias Nestorium inter & reliquos Episcopos, Cyrillum inprimis & Coelestinum, quas componerentur, & Romæ & Alexandriae & Ephesi Synodos effectas, quas animadversionibus collustravit. Ad A. C. 431 disquirat cum Petro de Marca: an Theodosius suspenderit sententiam adversus Nestorium a Synodis Romana & Alexandrina latam, donec ab œcumenico Concilio iudicium institueretur. Producit etiam oblatacula, quæ Johannes Antiochenus Synodo Cyrilli Ephesino posuit, & investigat ansam, qua Canon VI Pelagianus in Synodam Ephesinam irrepserit, quibus Nestorii exilium, Sulpicii Severi conversionem, S. Paulini vitam ac mortem subjicit. A. C. 432 mortuum asserit Coelestinum paulo post quam decreta mitigasset in Nestorianos sedibus suis ejiciendos; successisse Sixtum III, inquam pacem Cyrillum inter & Johannem, quippe qui non hæresi, sed personæ Nestorii faverat. A. C. 433 novum iterum suscitatum schisma indicat ab Andrea Samosateno, Alexandro Hieropolitano, & reliquis pacem Cyrilli repudiantibus, quod ipsum commoverit alios, ut neutram, neque Cyrilli, neque Johannis Antiocheni, partem amplecterentur, qui hinc *Acephali* dicti sunt. A. C. 434 Theodosium promulgasse *Sacram*, qua jubet, ut Nestorii defensores aut cum Cyrillo communicarent, aut Ecclesiis pellerentur. Prosperum refellisse Vincentium Lerinensem Semi-Pelagianum, eodem anno mortuum. A. C. 435 Synodos Anazarbicam & Tarfensensem in causa Nestorii habitas, Alexandrum, Meletium aliosque Episcopos non paucos in exilium esse missos. A. C. 437 persecutiones Vandalicas initium cepisse. A. C. 439 Concilium adversus Cyrillum Constantinopoli celebratum putat Baronius, Noster autem fictitium esse docet. A. C. 440 mortuum affirmat Sixtum III, sed falso ei tribui libros de *Divitiis*, de *Malis Desideriis*, de *Cæsitate* & *Hypomnestico*; successisse Leonem I; Christianos in Africa Genferici persecutionibus fuisse vexatos. A. C. 441 Concilium Arausicanum concedit celebratum fuisse, sed negat contra Marcianam, quod generale fuerit. A. C. 442 hæresin ortam docet Eutychanam. A. C. 443 & seq. Manichæos a Leone M. & Prospero

oppugnatos. A. C. 445 lacem foveretur inscriptioni antiquæ Narbonensi, & contentione, quæ Leonem inter & Hilarium intercessit, perferibit. A. C. 447 Priscillianistas in Hispaniis exagitatos refert, a Turribio potissimum Asturicensi Episcopo, item Saxones in Britanniam ingressos. A. C. 448 in ærvum erupisse oppugnationem Eutychnianismi, ipsum Eutychem in Synodo Constantino-politana damnatum, non autem eodem anno, uti Baronio videtur, sed sequenti Synodos Byrtensem & Tyriam esse celebratas. A. C. 449 controversiis cum Eutychnianis & Iba, cujus causam antea exposuit, continuatas ostendit. A. C. 450 Eudociam non profectam secunda vice Hierosolimam contra Baronium asserit, Imperatorem autem Theodosium esse defunctum. Ad A. C. 451 revocavit persecutiones Attilæ in Servatum II & alios; Concilium Chalcedonense; causam Anatolii & Dioscori, (qui, uti ad annum superiorem observavit, ipsum adeo Episcopum Romanum excommunicavit;) Bassiani & Stephani ab officiis remotionem, factamque publicis sumptibus sustentationem; ubi simul ortum pensionum Ecclesiasticarum indicat. A. C. 452 Attilam vastare cœpisse Italiam. A. C. 453 Leonem P. vices suas commendasse Juliano Episcopo Cœtensi in causa Nestoriana & Eutychniana, unde Marca & Quæstilius *Nuntiorum Apostolicorum originem* derivent; Theodoretum mortuum dici Garnerio, sed perperam, neque Casarium Concilio Arelateni præfuisse, uti Baronio placet, cum ante annum 470 non prodierit in lucem. A. C. 454 Attilam Baronio interiisse, quod præcedenti anno contigerit. A. C. 455 Roma a Genferico devastata, Eudociam cum filiabus in captivatem esse abductam, Eudociam autem seniosem ab Eutychnianismo ad Ecclesiam Catholicam rediisse; Leonem in constitutione Paschatis, scrupulis hactenus variis obnoxio, uti ad annum 453 monuit, secutum esse Episcopum Alexandrinum. A. C. 456 persecutione Catholicos Vandalica etiam extra Africam fuisse vehementer agitados. A. C. 457 Episcopos civitatum metropolitanarum & Monachos in causa Timothei restripuisse, se Chalcedonensem Synodum ad sanguinem usque vindicturos, quorum epistolæ & relationes in unum codicis corpus collectæ vocentur *Codex Encyclicus*, hodie vix cognitæ, apud Veteres autem magno in honore habitæ. A. C. 458

secturus esse Anatholium Patriarcham Constantinopolitanum, quem Baronius abs re ducat auctorem Canonis XXVIII de privilegio sedis Constantinopolitanz. Circa A. C. 459 floruisse statuit *Acemgar* ita appellatos, non quod infomes & oculis conserentes perpetuis sese vigiliis exercuerint, sed quod divina in ipsorum Ecclesiis hymnologia nunquam cessaverit. A. C. 460 Synœconem Syritam, cujus devotionem hic persequitur, obiisse, postquam quadraginta annos, secus atque Paronius & alii sentiat, in columnis habitaverat. A. C. 461 Leonem exspirasse, de cuius cultu, reliquiis & operibus plura differit. Ad A. C. 463 animadvertit, Victorium cyclum 537 annorum non hoc, sed jam anno 457 epincnisse. A. C. 465 Concilium coactum esse Romanum, occasione natalis seu diei ordinationis Hilarii, demonstrat inter alia ex Clarissimi Tenzelii schediasmate de Natalitiis sancti Hilarii, quæ tamen in refutando Quœsnellio non animadvertit addit, natalis Hilarii festivitatem hoc anno prius celebratum, quam Concilium ad res Ecclesiasticas ordinandas fuerit habitum. Circa A. C. 466 Prosperum Aquitanicum tantum Notarium Leonis Papæ egisse, non autem Episcopum, ceu ante Sirmondum persuasum fuerit omnibus. A. C. 471 Remigium juxta Baronium Episcopatum Remensem obtinuisse innuit, sed Henschenium atque Continum id accuratius examinasse; falli etiam Spondanum, qui in *Explicationes in Epistolas Pauli* tribuit, cum in his Benedicti & Gregorii Papæ fiat mentio. A. C. 474 Zenonem restituisse in Ecclesiam Antiochenam Petrum Fullonem, refert Baronius ex Alethano Monacho, de quo Noster censet, quod scriptor in suis libris a Jacobo Gretsero plane immerito commendatus. A. C. 475 Chirogathos, devotus Illyrico, regnum in eo sub Theodorico instituisse. A. C. 476 Imperium Romanum sub Augustulo interitum, plerisque Principibus hæresin profitentibus. A. C. 478 habitum esse Romæ a Simplicio & Constantinopoli ab Acacio Synodum, in iisque damnatos non solum Timotheum Ælunum, Johannem Apamenum & Paulum Ephesiorum Episcoporum, sed etiam, uti contra Baronium propugnat, Petrum Fullonem. A. C. 481 Stephanum juniorem Antiochiæ occisum, non autem, sicuti Valerius sentit, Stephanum seniore. A. C. 485 Petrum Ful-

Fullonem altera, non autem tertia vice in Synodo Romanae con-
 tumasserit contra Valesium. A. C. 486 invaluisse obsecrationem
 in Epiphaniae vigilia benedictionem: Circa A. C. 488
 fuisse, sacra imaginibus ornare aedificia. A. C. 490
 coepisse haeresin Praedestinatorum, adhuc Prospere atque
 Sirmondus vult, plane incognitam, quam quidem nonnulli
 ab Augustini adversariis confictam statuant, sed absque omni pro-
 babilitate; licet enim pauci fuerint & obscuri nominis Praedesti-
 niani, minime tamen Faustum Praedestinatorum oppositorem,
 coram universis Galliae Episcopis fingere potuisse & adversarios
 Lucidum atque Monimum, & libros haeresis tam horum
 Deum tantum, quia ita voluit, quosdam ad aeternam praedestinati
 exitium, aperte professos; Synodos quoque Arelatensem & Lug-
 dunensem idem confirmantes firmis rati testimoniis. Olybri-
 um juniorem consulatum gessisse absque collega. Valerium
 Imperatorem Henoticon Zenonis edito sanxisse. A. C. 494
 Gelasium, qui anno superiori successerat Felici, in
 decretum promulgasse de Scripturis Divinis & opuscula sancto-
 rum Patrum recipiendis & non recipiendis, nequaquam verbis Hormis-
 dam, qui ipsemet contrarium testetur. A. C. 496 Gelasium
 defunctum, de quo addit, Baronium ab re eadem abjudicasse
 libros de duabus naturis in Christo, etiam ab adversariis quan-
 doque contra doctrinam de transsubstantiatione esse adhibiti; Va-
 lesium autem perperam ei adscripsisse *Philippa Eutychianorum*
 breviculum. A. C. 499 Baronius *Chlodovechum* III. cum Alaman-
 nis bellum gessisse consignaverit, sed *Nestor* *haereticus*; id contigit
 anno 496 & paulo post, cura Deortum, quod *palatium*, operam fru-
 stra implorasset, conversum esse, atque ipso *Christi natali*
 Remigio baptizatum; nullam autem antipulle *Romanensis* *sancti*
 tionem. Ad A. C. 502 & sequentem *findet* Synodus Romanae,
 sub Symmacho habitas, ordinare atque collustrare. A. C. 511
 Constantinopoli, cum Imperator Anastasius hymno Trifagio has
 vellet adicere voces, *qui crucifixus es pro nobis*, gravissimam ex-
 ortam esse seditionem, perinde quasi Christiana religio funditus
 everteretur. Circa A. 519 & sequentem viguisse in Oriente
 Monachorum Scytharum motus, coepisse ad seditionem usque de-
 fen-

fundit. *Spurium ex Trinitate passum in carne*, quorum causam
 & paupertatem ab Eutychianismo Noster contra Baronium ex
 Noster perorat. A. C. 525 Joannem Papam jussu Regis Theo-
 doricæ Constantinopolin esse missum, Imperatorem Justinianum
 rogatum, ut Arianis Ecclesiæ restituerentur. Circa A. C. 527 in-
 numeris *manipulo* & quomodo Dionysius Exiguus Cyclum suum an-
 norum *in concinnaverit*. A. C. 531 Codicem Justiniani promul-
 gatam esse testatur. A. C. 538 resuscitatos narrat Origenistarum
 tumultus, Nonno auctore præcipuo, qui vero miserime sit ex-
 lectus. Ad A. C. 546 retulit Vigili Papæ gesta & persecutio-
 nes, præter edictum Imperatoris Justiniani adversus tria capitula.
 Circa A. C. 551 conjurationem designat adversus Justinianum ex-
 citatam, cuius Belisarius vulgo habeatur particeps, qui tamen in-
 nocens, & sic sit repertus, non autem, uti Baronius credidit, ex-
 cois *ad pauperem redactus paupertatem, ut elemosynas pete-*
 re. A. C. 573 Imperatorem Justinianum edictum de incorrupti-
 bilitate corporis Christi emisisse, eodemque mortuum, adversus
 Baronium & Coisatum, in annorum computatione aberrantes,
 asserit. A. C. 574 Samaritanis in Syria tumultum excitantibus
 opposuisse se refert S. Symeonem Stylitam juniorem, ejusque
 virtutes & mortem collustrat. Ad A. C. 581 de S. Gregorio ad-
 versus Baronium probat, quod anno 573 Urbanam gesserit præ-
 fecturam, eodem circiter anno Monachum induerit, & ante an-
 num 582 a Pelagio II missus sit Constantinopolin Apocrisarius.
 A. C. 584 mortuum videri Baronio S. Maurum, Ordinis Benedi-
 ctini in Gallia fundatorem, cujus mors rectius in annis in-
 sequentibus differatur. A. C. 590 Gregorium Magnum Pontificem
 consecratum asserit, *Expositiones autem in VII Psalmos Peni-*
rentiales ejus factas esse pernegat. A. C. 595 mortuum probat
 Gregorium Thaurinensem, simulque Historiæ ejus & opusculis lu-
 cem foveratur. Ad A. C. 604 Gregorii M. emortualem diem refert
 cum Baronio; Synodum Augustini in Anglia celebratam, in qua
 inter hunc Papæ Oratorem & Episcopos Britannos, quæstionem
 de Primatu Pontificis R. motam asseruerat Stillingfleetus ex Beda
 & Spelmanno. *Idem fatagit refellere*. A. C. 606 circiter pro-
 pullulare coepisse indicat Monotheletarum hæresin, auctore So-

phenoio Hierosolymorum Patriarcha, paulatim vero præcipue circa annum 622 per Paulum Monocellum, qui coram Imperatore Heraclio, se Monothelitis addidit, suscipit; aliam quidem hujus hæresis originem Theophrastus tradere ad annum 629, sed eam fabulosam esse, cum Constantino tra Gossem defendit. A. C. 633 alligat Honorii causam, quæ causa Monothelitarum commercium, quem deceptum concessit a Monothelitis, ab ipsa tamen hæresi fuisse, neque in Synodo sexta damnatum, propter hæresin, quæ eam am levitatem & facilitatem, propugnat. Hinc porro ad A. C. 648 refellit *Oeconomiam Honorii*, qua approbat de consensu consilium Sergii de silentio tam Catholicis quam Hæreticis adhibendo, cum circa unam tam circa geminas in Christianitate sententias.

Atque isthæc vix nobis sunt, B. E. memoranda, sed pro Critico hujus Tomo excerpenda, quæ Clarissimi Auctoris solum ex antiquis Scriptorum fontibus confirmata, sed etiam subinde cum a fabulis tum a parachronismis vitata, de eo potissimum sollicitus, ut de his in Ecclesia et Republica vestigia, et eruditorum foetus auctoribus, pariter atque, cum illis restituerentur. Vel ex hisce itaque specimen loco hinc indicabis de cæteris, quæ brevitas ergo præmissantis & Tomi subsequenti in aliud tempus dilati recensionem benevole passim expedias.

ADAMI CORTHEJI REPRESENTATIO JURIS

Primariarum Precum Sacratissimis Imperatoribus Romanis Germanicis sine prævio Pontificatus assensu comparata, et præsertim diffinitum atque Celsissimum Archiepiscopum Archiepiscopum, Intercessionem Papalem in Germania Coloniensem.

Magdeburgi, apud Joh. Dan. Müllerum, 1766.

Constat 9. plag.

Hoc quoque Excellentissimi Auctoris opusculum, licet inoleverit, spem nostram, quam de Corpore Juris Publici Ger-

in hac causa concedendo concepinus non parum confirmat. Responsum
 Imperatoris in Germania competere ex eade publicorum documentor-
 rum ac libris fidelissimis deinde. Occasionem scriptioni de-
 derunt Reverendissimi Archi-Episcopi Rhodiensis, Intenunci-
 Papae ad Reverendissimum Ecclesiae Cathedralis Magdeburgensis Ca-
 pitulum fore, quibus Jus hoc summum Imperatoris vocaverat, in-
 dubium, et Pontificis nomine hujusmodi preces declaraverat, in
 Ipsas Archi-Episcopi literas, una cum volumine praetensionum Pa-
 palium, cap. I exhibet Autor, unde constare potest, Chokierii im-
 primis autoritate Pontificem Imperatori Romano, non nisi post
 impetratum a se indultum, Jus primiarum precum largiri, Caro-
 lum quoque a Clemente VII, Ferdinandum I a Pio IV, Fer-
 dinandum II a Paulo V hujusmodi indultum obtinuisse. His li-
 teris Archi-Episcopi respondit Excellentissimus Cortrejus ea, quam
 cap. II exhibet epistola, ac Imperatores quidem quandoque, ex ci-
 vilitate ac pietate in sedem Romanam, non autem ex necessitate,
 concessionem hanc a Pontificibus petuisse declarat, cum etiam sine
 ipsorum imperio, Jus primiarum precum ipsis, ex Instrumenti
 pacis Carburgensis sanctione ac antiquissima consuetudine com-
 petat, unde etiam Pontificis suffragium Imperatores Ferdinandus III
 & Leopoldus sua usi sint potestate. Quod ut plenissime evince-
 ret, non solum ipsos Status Catholicos, cum de pace Westphali-
 ca condenda ageretur, ac Protestantés Jus primiarum precum
 sublatum cuperent, Imperatori reservatum hoc, ob antiquissimam
 consuetudinem, ac eminentiam supremam, & reverentiam. Sacri
 Imperii vindicasse docet, sed & cap. III Ferdinandi III diploma
 ad Ecclesiam cathedralem Magdeburgensem, ac Leopoldi ad ean-
 dem, ut & ad cathedralem Mersburgensem, & ad Ecclesias col-
 legiatis D. Nicolai, D. Sebastiani, & D. Petri & Pauli, in civita-
 te Magdeburgensi diplomata subjicit, ex quibus appareat, nul-
 lam eos consensu Pontifici habuisse rationem; tandemque cap.
 IV Imperatorem Patronum quidem & Advocatum Ecclesiae, nul-
 la autem obedientia Pontifici subiectum esse, ex Historia Germa-
 niae, ac Pontificiorum quoque testimonio evincit. Non ingra-
 tam igitur hanc celeberrimi Autoris operam us, qui causas ac fun-

documenta hujus controversiæ accuratius evolere cupimus, fore
 condidimus, multo autem gratiorem, siquæ iterum promissæ, nunc
 jam sub prelo esse intelleximus, Juris Publici Corpus, quæ per
 mum nostræ, & omnium regni publicarum ædificationum expo-
 sitioni sistat.

**JOHANNIS HENRICI, CASPARIS FILII, CUN-
 RADII Silesiæ Togata, ex Auctoris manuscripto, quod in
 Bibliotheca paternâ viderat, a CASPARO THEOPHIL-
 LO SCHINDLERO, Lignicensi Silesiæ,
 in lucem edi-**

Lignicæ, apud Hæredes Bohrlachios, 1706, 4.

Constat. Alphabet. 2.

Quum Nicolai Henelii *Silesiographiam Renovatam*, Vratisla-
 viæ Anno 1704 in 4. excusam, eodem anno mensè Junio
 pag. 266 in Actis nostris recenseremus, facta quoque fuit mentio
Silesiæ cujusdam *Togata*, in qua laudatus Henelius sexcentorum
 Silesiorum, meritis in Rempublicam aut litteras clarissimorum, elo-
 gia libris XII persequutus est: quam cum aliis Henelii schedis
 Reverendissimus Crucigerorum cum rubea stella apud Vratislavi-
 ens Magister, Dn. Michael Fibiger, emtionis nomine sibi vindica-
 vit, & ad illustrandam Silesiographiam, cum de Familiis Illustrium
 Silesiorum commentaretur, diligenter adhibuit. Nunc alius ejus-
 dem tituli liber in medium prodit, Joannis scilicet Henrici Cun-
 radii *Silesiæ Togata*, in qua præstantissimus Auctor idem cum il-
 lo argumentum pertractat, sed dispari ratione. Henelius enim
 prosa oratione scripsit, Cunradus versa. Henelius diffusor est in
 memorandis uniuscujusque meritis & casibus, ac nullum plane
 ætatis aut dignitatis ordinem sectatur; Cunradus autem singulo-
 rum elogia singulis distichis comprehendit, usque diæ omnium
 natales & emortuales, officiorumque ab ipsis gestorum titulos sub-
 junxit; qua quidem brevitate miram in pangendis verbis demer-
 ritatem suam ostendit, elegantiam vero & perspicuitatem super-
 mero non ex voto adsequutus est.

Fuit

Fuit autem, ut de vita Auctoris aliquid lectonibus constet, Joannes Henricus Cunradus ortu Vratislaviensis Silesius, anno 1612 die 4. Aug. ex Christiana Tiesia & Caspare Cunrado, Philosopho, Medico, Poeta & Poliatro Vratislaviensi prognatus, qui praeter studium juris, artis etiam poeticae culturam adhaeravit, & in illa Martini Opitii, praceptoris domestici, institutione magnos progressus fecit. Quum deinde anno 1631 ex Alma Francofurtensi in patriam reversus esset, Caesarem civilium administrationem in se suscepit, & apud Milicenses, Wolavienses, & Bregenses in foro esse coepit, eventu quidem ad clientum suorum vota saepe respondente, sed ob tricenalis belli Furis, in Silesia tunc temporis grassantes, sibi ipsi perquam funesto: Equidem binas Wolaviae urbis obsidiones expertus est, in quarum altera suppellectilem domesticam & pecuniam omnem, expilatione per milites facta, amisit, ut Bregiam exire, & inde denuo, bonis casualibus extitus, Vratislaviam migrare cogeretur. Ibi Juridice, quam vocant, praerit rursus indolisit, quae res Magnificos Amplissimi Senatus Vratislaviensis Patres adeo ipsi conciliavit, ut cum anno 1644 in Collegium Advocatorum Ordinariorum adsciscerent; Celsissima vero Domina Elisabetha, Ludovici, Teschinerensis in Silesia Ducatus haeres, in maiorem Consiliorum cooperaret, quam spartam Ferdinandus Joannes Princeps Lichtensteinus, Rudolphus Ducis filius, ipsi denuo confirmavit. Accessit deinde novus bonorum cumulus, quando Judicis Episcopalis Consiliarius, Ducis Monasterii Treboicensis Camellarius, Excellissimus Ducis Sylvaniae Wirtembergico-Olfacifium Principis ad Conventus publicos, qui Vratislaviae quodammodo aguntur, Senator & Collega creatus fuit, ac intermedio insuper annorum spatio D. Jacobo, Curlandiae Duci, a consiliis domesticis operam praestitit.

Ab istis vero honoribus omnibus tandem sese abdicavit, & solitudinis pedetentim succedentis incommoda litterariis commerciis solari contendit. Cujus gratia, ut a strepitu forensi tanto remotione videret, rudes patrias, quas Vratislaviae possidebat, divendit, & anno 1660 Lignicium se contulit. Quo in secessu Theasylvia Profopographicomellicum, cujus res millenarios Caspar Cunradus pater jam olim typis excubari curaverat, septem aliis millena-

nis auxit, & prolo adparavit. Quum librarium, qui furtus ad
 editionem operis suppeditaret, non statim inveniret, licet Jacobo
 Thomasio & Christiano Daumio pareris usus fuisset, ex decem il-
 lis millenariis Profopographiis, quibus Silesios solos exceperit, &
 Elogia illorum in unum volumen, sub *Silesia Togata* nomine con-
 traxit. Quod cum vix ad usum suum deduxisset, marasmo senili
 & apoplexiz impetu iterato prostratus, rerum suarum negligentior
 evasit, & Familia Cunradina moeribus suorum fere penitus extin-
 cta, nisi cuidam muliercula, quae utitur migrationis locum Li-
 gnicium adduxerat, saculas suas omnes tradidit: unde factum est,
 ut *Privilegium Silesiacarum, Observatio una, ad Stanislae Vro-
 tislaviensem* volumina, vilissimo precio in tabernis pignoris ven-
 dita fuerint, *Silesii polygraphia* vero Vratislaviam deportaretur, &
 reliquus librorum apparatus nescio in quorum manus deveniret.
 Ex isthoc quasi naufragio Rever. Viri, M. David Schindlerus, &
 Adis Marianae apud Lignicenses Pastor, & Ministeri Aug. Confess.
 additi Senior, *Profopographia Melica & Silesia Togata* tomos
 manuscriptos a muliercula paratis nummis coemit, Elogue Caspa-
 ri Theophilo, Sacrarum Litterarum & Philologiae omnium cultori fo-
 fertissimo destinavit, qui *Silesia Togata* volumen multorum do-
 ctorum civium, quorum nomina calamum Cunradinum effuge-
 rant, memoriis complectere, atque in lucem orbis eruditae exponere
 constituerat. Sed ipse quoque Schindlerus junior, maximae Ci-
 vium ac patris spei satis praematuris ante aliquot annos creptus est,
 ut adeo Patris memorandis superstitibus summi Filii perennare, & Cun-
 radini operis editionem curare, Filii vero Accessiones ad alia tem-
 pora remittere debuerit. Eius de his quibus dicitur Clar. M. Chri-
 stianus Stieffius, ipse Lygio-Silesius, cum in Epistola ad Reyer
 Schindlerum parentem consolatoria, tum in Vita Joannis Henrici
 Guntadi, quam per modum epistolae ad Schindlerum filium, (quo-
 cum, ceu comamilione suo, ipsi familiariter & consuetudo intima ab
 infantia semper intercesserat) aliquando Lipsia Lignicium miserat
 ad quam & nos lectorem eo libentium oblegamus, quod in ea
 non tantum de Familia & scriptis Cunradinis narratio continetur,
 sed commercii quoque epistolici inter Cunradum, Thoma-
 sium, Daumium, Gebhardum, aliosque multi fragmenta, et
 scho-

chedis arundosus subjuncta sint. Ipse Cunradus d. 24 Maji A. 1685 Lignicæ obiit, annis LXXII mensibus quasi X vivendo expletis.

THEODORI JANSONII AB ALMELOVEEN

Fastorum Romanorum Consularium.

Libri II.

Amstelodami, excudit Jo. Wolters, 1705, in 8.

Constat 1 Alph. 9 plag.

Cum duo sint, quibus, qui Historiarum tractationem ingre-
diuntur, velut Ariadnes quodam filo, mirifice adjuventur re-
ganturque, locorum videlicet atque temporum cognitio; summis
laudibus utique efferendi sunt, qui expeditam utriusque viam red-
dere, & quæ difficiles hic explicatus habent, interpretari diluci-
de susceperunt. His accenseri debet Celeberrimus Vir, Theodo-
rus Jansonius ab Almeloveen, salutaris artis Doctor eximius, & A-
cademiæ Harderovicæ singulare decus. Viderat is, quantis dif-
ficultatibus scateret Romanorum Consulium notitia, propterea,
quod ipsi antiqui Scriptores non satis fuerunt accurati in iisdem
annotandis, & modo cognomina, modo eorum omiserunt præ-
nomina, ex quo miræ obscuritates, nodique non temere expli-
cabiles nati sunt, & quod suffectos Consules non signarunt rite,
ut ab ordinariis statim possent distingui. Facturum ergo se ope-
ræ credidit pretium, si ordinatius omnia disponderet, atque lucem
sic accenderet his, quibus per Romanæ Historiæ monumenta iter
hactenus haud parum fuit impeditum. Et in subsidium adhibuit
quidem fastorum conditores varios, quos in præfatione enumerat,
ita tamen, ut haud raro, ubi vel supplendi, vel emendandi in la-
pidibus, aut sagaci conjectura occasionem reperiret, eadem utere-
tur. Duobus autem libris nova hæc de Fastis Consularibus com-
mentatio absolvitur; in quorum priori annorum sequitur seriem,
& Consules, prout sibi invicem successerunt, recenset, appposito
quibuslibet tum conditiæ Urbis, tum nativitatis Christi anno, quo
ad Imperii sui clavum federunt, & suffectorum nominibus aliò
literarum caractere signatis, ut ab ordinariis possent distingui.
In posteriori libro secundum elementorum Alphabeti numerum

Y y

Con-

Consulum nomina digessit, ut protinus investigari queat, quo anno quisque e Romanis Senatoribus hac sublimi dignitate fulserit, & intelligi simul, quem in eadem habuerit collegam. Neque substitit hic doctissimi Viri labor, quippe qui notulas etiam addidit interdum, quibus corrupta Consulum nomina non modo corrigerentur, verum plurima etiam loca in Digestis atque Codice emendarentur.

DE PRÆROGATIVA OECUMENICÆ NOMENCLATIONIS & potestatis Romani Pontificis a Constantinopolitanis Præsulibus usurpata, Historica Dissertatio Auctore ANTONIO VAIRA, Veneto, in Archi-Gymnasio Patavino primario sacrorum canonum Antecessore.

Patavii, apud Jo. Manfrè, 1704, in fol.
Constat Alphab 6.

OEcumenicam Papæ Romani potestatem modis stabilire omnibus Clarissimus Autor in hoc opere laborat, cumque in finem mox ab initio antiquitatem illius probare satagit, iis adeo se opponens, qui aut Victorem omnium primum in externas Ecclesias jurisdictionem exercuisse tradant, aut usurpationem ejusdem jurisdictionis Zosimo, aut Bonifacio I, vel Celestino, aut denique Bonifacio III adscribant. At ipse vicissim autoritatem illam apud Pontifices multum his antiquiores stetitisse, & ab ipsis Petri temporibus in successores ejus, qui vocantur, singulos derivatam esse, e variis historiarum monumentis declarare studet. Cumque primum potestatis illius usurpatorem illegitimum faciat Dioscorum, Alexandrinæ Ecclesiæ Episcopum, hinc sedentem istis temporibus in Papali throno Leonem Magnum jus suum acriter defendisse, istudque & ab aliis eidem assertum sollicitè fuisse probat. Sed & apud eos, qui hunc proxime exceperint, illibatam stetitisse Oecumenicam potestatem asserit, donec tandem Hormisdæ ævo Oecumenicæ nomenclationis & autoritatis prava, velut ipsi audit, cupiditas in Constantinopolitanum Præfulem immigrare coepit, a quo tempore schisma maxime memorabile in
hunc

hunc usque diem perduret. Joannem certe Cappadocem inter Constantinopolitanos Episcopos primum extitisse refert, qui Oecumenicus Patriarcha & Pater Patrum appellatus fuerit. Id quibus machinis evenerit, & quomodo Hormisda ad ausum illum sese gesserit, ulterius enarrat, non omittis hæc, quæ paulo post Joannis Cappadocis ætatem Romana sedes hoc in negotio peregerit. Posteaquam scilicet Romano Pontifici diu satis ex isto instituto sinistra aliqua suspicio subnata haud fuerit, sequioribus demum temporibus manifestiora flagitiosi ambitus signa erupisse dicit. Joannem etenim Nestutam sive Jejunatorem, Constantinopolitanum Episcopum, eo turgescere cepisse fastu, propter opinionem non delatæ, sed usurpatæ, gloriæ ex superbo vocabulo Oecumenici, ut jam meditaretur se erigere supra Orbis Christiani Episcopos omnes, Patriarchas atque ipsum Pontificem Romanum. Pelagium II itaque non amplius connivere volentem, vulnere isti Ecclesiæ presentissimam facere medicinam, & perniciem latius serpentem auxiliis undique paratis compescere studuisse, unde, cum in Constantinopolitana urbe regia, Generale Concilium Joannes convocasset, anno 557 seu, ut alii tradant, biennio post, datis ad Synodum literis, Patres in ea congregatos Papa graviter admonuerit, & præterea illius gesta pleraque, pro pastoralis officii munere, irrita pronuntiavit. Sed cum mortuo Pelagio Jejunator in suis istis perseveraret consiliis, Gregorium M. Pelagii successorem, diligentiam & conatum omnem adhibuisse monet, ut Orientales firmi & constantes in veritate persisterent, quanquam Episcopum eorum a sententia sua dimovere non potuerit, qui discedens ex vita successoris suo Cyriaco eandem mentem, altis infixam radicibus, post se reliquerit. Ut igitur hunc in viam aliam deduceret Gregorius, humanissime cum ipso actum fuisse ait, ita, ut & Gregorius, modestiæ causâ, Oecumenici titulum Episcopi respuerit, quod quidem Romani Pontificis auctoritati detrimentum ullum afferre posse, contra Carolum Molinæum operose negat. Pertinacem interim Cyriacum Bonifacii demum III temporibus a Phoca Imperatore repressum, Romanique Pontificis primatum Oecumenicum ab istius insultu vindicatum fuisse innuit, id simul agens, ut ex isto factoque Imperatoris potestati prærogativam Romanæ sedis

parum gloriosam haudquaquam accrevisse obtineat. Episcopos de cætero Constantinopolitanos integra adhuc spe nomen Oecumenici invalisse, primatumque ulterius exercere laborasse, quia Phocæ quoque Imperatoris placitum infringere annis fuisse addit. Romanum tamen Episcopum vehementer nunquam non repugnasse, ut tempora illa propter hæreses Monothelitarum & Iconoclastarum, ac propter Synodum Trullanam fuerint impeditiſſima. Nec in Photiano schismate defuisse suo juri Romanam sedem, istiusque injurias ac impetus valide eluisse gloriatur. Qui proxime in sedem Constantinopolitanam Photio successerint, eos quidem in vestigiis eorum, qui hætenus Oecumenicum honorem sibi arrogare contenderint, perſiſſe haud diſſimulat, veruntamen & ipsos pro veritate ſteſiſſe vel invito autumat, dum paſſim ad auctoritatem Romani Pontificis confugerint, atque inter alia electionis atque dignitatis ſuæ confirmationem inde petierint, ad Luitprandi usque tempora, mediumque adeo ſeculum decimum. Tandem vero Græcos ad alias artes confugientes, illud cum Latinis pactum iniſſe memorat, ut Constantinopolitanus Episcopus in ſua ſaltem Diocæſi Oecumenicus haberetur. Verum cum ne ſic quidem efficere, quod cogitarant, potuerint, alia adhuc via rem aggreſſos fuiſſe Græcos indicat. Promiſiſſe videlicet eos Romano Pontifici antiquam poſſeſſionem auctoritatis, in Orientis Eccleſiam univerſam, dummodo eodem permitte, obtinerent ipſi rursus Imperium Occidentis, qua in re oportunitatem naſti fuiſſe videantur ex eo motu, quo Occidentis Imperator, Fridericus Enobarbus, Romanam Eccleſiam vexaverit. Conſilium hoc ad exitum perducere ſtudiſſe Manuelem Comnenum Porphyrogenitum, callidis inſidiis, aſtuque incredibili uſum, per ſpeciem germanæ religionis & obſequii officioſiſſimi erga Romanam ſedem & Pontificem Hadrianum IV, cujus artes & ſucceſſores ejusdem imitati maſcule fuerint, licet conatu penitus fruſtraneo, quandoquidem Concilium Oecumenicum Lateranenſe IV A. 1205 congregatum, indulſerit quidem Constantinopolitano Patriarchæ honoris prærogativam ſuper Patriarchas cæteros, at Oecumenicum viciffim primatum uni Romano Pontifici ædiſſimo vinculo alligaverit. Huic definitioni ſchiſmaticos quidem

pa-

peram obsequentes se gessisse tradit, aut post casus tamen, quos prolixè satis recenset, varios, non semel iterum eos speciem induisse, ac si Oecumenicæ Papæ potestati parere vellent, veriti quam maxime, ne regni amittendi immineret periculum. Michaelèm certe Palzologum decreta Concilii Generalis II Lugdunensis approbasse, universamque Orientis orthodoxam Ecclesiam Romanæ sedis Pontifici soli honorem Oecumenici tribuisse. Sed ab hac mente rursus aversisse Imperatores queritur Josephum Patriarcham schismaticum & successores ejus, Andronico imprimis, Michaelis Imperatoris filio, octavo a definitione Lugdunensis Concilii anno vix exæsto, schisma instaurante, quod latius serpere deprehensum fuerit latiusque, usque dum pericula nova emerferint. Johannem namque Quintum Palzologum, ingenti pavore ex Turcarum & Tartarorum irruptione in Græcum Imperium correptum, repetisse artes majorum, & malis suis remedium quævisse ex ficta pietate, dolosi animi socio electo Joanne VI Cantacuzeno. Anno igitur 1343 supplicias implorasse Græcos refert a Clemente VI, contra Turcas, annexo promisso, ut dissidium Latinos inter atque Græcos componeretur, si Pontifex hos alliceret liberalitate & beneficio, juberetque Latinas copias pergere in hostem late populantem, eumque finibus exturbare. Annuentem tum his precibus Clementem VI, & sexennio post Joannis quoque Cantacuzeni votis ad eundem scopum tendentibus assurgentem dilaudat, idque & Innocentium VI, post Clementem Ecclesiæ gubernacula suscipientem, omnino fecisse testatur, quamvis ipse æque ac antecessores a Græcis spe vana lactatus fuerit. Nec meliores factos Græcos causatur, utut pericula cum annis subsecutis multum accreverint, imò Imperio etiam ipsi attulerint exitium, unde spem de errore vetusto nunc tandem deponendo prorsus abjicit. Finita ad hunc modum narratione historica, tria adhuc capita subnectit, quæ ad tractationem decertatoriam magis pertinent, & in redarguendis erroribus, quos appellat, Oecumenicæ Pontificis dignitati infestis occupantur. Primo enim Aloysii Mayburgi, quem vero nomine Ludovicum audire Maimburgum dicit, respondet argumentis, quibus ille Pontificis potestatem Concilio inferiorem constituit. Deinceps alias objectiones resolvere tentat, velut ubi

translato Constantinopoli Imperio & Constantinopolitanum In-
Præsulem primatus Oecumenici migrasse perhibeatur; aut quan-
do ex Synodi Nicenæ Canone sexto prerogativa Constantinopo-
litani Præsulis exculpatur; aut quando Principum favor in exau-
genda Constantinopolitani jurisdictione in primatus illius petro-
cinium convertatur, & quæ alia. Tandem ubi, in scribendo
maxime, utriusque Ecclesiæ mentio fiat, Latinam Græcæ haud
postponendam, sed prius istam & tum demum hanc nominari-
dam venire contendit.

LIBRORUM DE RE DIPLOMATICA SUPPLE-
mentum, in quo Archetypa in his libris pro regulis proposita,
ipsaque regula denovo confirmantur, novisque speciminibus &
argumentis afferuntur & illustrantur, opera & studio Domini
JOHANNIS MABILLON, Presbyteri & Mona-
chi Ord. S. Benedicti e Congregatione
S. Mauri.

Lutetiae - Parisiorum sumptibus Caroli Robustel,

1704, in folio.

Constat Alph. 1 pl. 14 chart. reg.

Nuper admodum (mense Junio pag. 284 sqq.) Clarissimi
Germonii disceptationem de Regum Francorum Diplomatici-
bus, qua Reverendissimi P. Mabillonii artem diplomaticam labe-
factam ivit, eamque fortiora efflagitare præsidia contendit, ex-
hibuimus. Hæc ipsa igitur præsidia in hoc libro educit nunquam
satis laudandus Autor, sive diatriba illa Germoniana provocatus,
de quo tamen certo nobis haud constat, cum antagonistam nul-
libi nominet, sive sponte sua ad corroboranda præcepta, quæ lu-
ce aliqua indigere forte advertit, inductus. Quanquam enim
ad novam integri operis Diplomatici editionem, tum exemplarium
penuria, tum Francisci Halmae bibliopola: apud Belgas celeberrimi
precibus se invitari sentiret, propter res tamen in tota Europa
perturbatas, istud propositi in aliud tempus rejiciendum ratus, sup-
plementum interim hocce in antecessum prædare voluit, maxime
cum diversâ veterum authenticorum specimina recuperasset. E
tre-

tredecim autem capitibus, quæ plurima memorabilia continent, pauca pro instituto nostro seligere juvat. Et quidem sub initium fere Dionysiani archivi cimelia, quibus olim usus fuerat, non suis faltem, sed Bahuzi, Fresni - Cangii, Herovallii, & Cotelarii, virorum hiæ in studiis versatissimorum, oculis ac iudicio pretium debere asserit. Veritatem enim ac fidem ejusmodi diplomatum non a charta Ægyptiaca aut vulgari, non a membrana, scripturæ forma, stilo, subscriptionibus, sigillo, notis chronicis aliisque indicis seorsum sumtis, sed ab omnium complexu æstimari oportuisse. Ad discrimen vero inter spuria atque authentica statuendum, non opus esse ratione seu demonstratione metaphysica, sed morali, qualis nimirum in rebus hiæ haberi queat, quæ tamen in suo genere non minus certa sit quam metaphysica, atque non nisi longa ac diuturna omnium accidentium & circumstantiarum observatione comparetur. Propterea etiam Senatus consulti eorumque qui recte judicant suffragio, illa monumenta sincera, & legitima reputari, quorum falsitas nullis certis atque indubitatis argumentis evinci possit. Nam si falsariorum imposturas quis semper crepare, harumque obtentu diplomata singula impugnare vellet, tum de quorumlibet auctoritate, quocumque demum seculo extitissent, actum foret, omniaque in pyrrhonismum reciderent. Cæterum inter tot Galliarum archiva, quæ singulari cum cura custodita fuisse ait, nullum integrius perseverasse quam Dionysianum. Factum hoc si quis fortean in dubium trahere præsumat, illum ad allata diplomata oculos, at peritos nulloque præjudicio affectos convertere jubet. Negat insuper regale hoc monasterium a Nortmannis incendio consumtum, aut membranis spoliatum ab hostibus, qui gazis unice inhiabant. Dagobertinæ vitæ scriptorem non omnia enarrare voluisse donaria, sed consulto plurima prætermisisse, ob fastidientium lectorum tædium. Dubletum e contra vel delectum fecisse instrumentorum illustrandæ S. Dionysii basilicæ inservientium, vel in unum alterumve chartularium incidisse, vel authentica ipsa legere non valuisse putat. Eum sane calumniæ reum statuit, qui post Dubletum noviter detecta ulla ratione conficta suspicetur. Dubitantem porro circa membranarum & chartæ Ægyptiacæ durabilitatem, ad Virgilium

&

Cap. I


C. II.

C. III.

- & Prudentium bibliothecæ Vaticanæ, ad psalterium S. Germani, librum Conciliorum, aliosque cœnobii sui in membranis exaratos codices; ad Aviti etiam Episcopi Viennensis homilias, quæ in regia, ad S. Augustini sermones, qui in Petaviana & Phismarcioniana, ad historiæ Josephi particulam, quæ in Ambrosiana bibliotheca delitescunt, & chartæ Niliacæ inscripta cernuntur, ablegat. Næc desunt alia instrumenta in phylira vetustissima, hinc inde dispersa, quæ magna copia inducit. *Truncardum* autem hujusmodi chartam Ægyptiacam antiquitus appellatam fuisse, ex epistola Gallicani cleri ad Nicolaum I Papam conjectat. Merovingicam scripturam non in authenticis saltem, sed aliis quoque illius ævi libris occurrere, ad oculum demonstrat. Orthographiam quidem pessime se habere, tum & stilum scabrosam ac salebris respectum esse, lubenter concedit. At hoc instrumentorum fidei prodesse potius quam obesse, e formulis Marculianis, quæ illis firmissime apparent, elicit. Antiquioris quoque Latinitatis lapidariæ specimina, autographis suis nequicquam politiora profert. Uterius varia corruptorum diplomatum genera, alterum falsorum, alterum interpolatorum distinguit. Ex utraque classe nullum tanta arte effingi vel refingi posse autumat, cujus falsitas vel interpolatio a perito antiquario dignosci nequeat. Hinc authentica Dagoberti Senioris, ejusque filii Chlodovei Junioris, tum Theodorici ac subsequentiū Regum Meroveadum, contra criticorum objectiones vindicat. Privatorum deinde chartis aliquot faciem accendit. Aimoinum historia Francicæ scriptorem sub Hugonis & Roberti principatu demum vixisse, ac Floriacensem, non Pratensem monachum fuisse, cum Labbeo concinit. Autharium Abbatem sub Childoberti III regimine floruisse ostendit. Pratensem basilicam S. Germani nomine, vel ante ipsius translationem, decorari meruisse, statuminat. Mox ad chronologicas Merovingicorum Principum notas definiendas convenit internetina Antorum quorundam dissidia feliciter compescit, multa in historicis ac genealogicis nova eruit. Sic Chlodoveum II R. Francorum ad A. 656 usque sceptrâ tenuisse, Clotharium III vero A. 671 aut 672 diem obuisse docet. Chilpericum III, Daniælem ante dictum, Childericum II patrem habuisse, Childericum autem III ultimum Mero-

videndum Regum suscepisse, argumentis haud ficulneis persuadet, ceterum e praesenti schemate patere potest:

Clodoveus II junior.



Carolus M. non A. 747, uti annales Petaviani volunt, sed A. 742, & quidem IV Non. April. ex veterrimi Calendarii Laurishamensis autoritate natum esse credit. Patritii creandi quænam fuerit solennitas, qualisve vestitus, ex antiquo codice Ottobonianæ bibliothecæ enarrat, quin & ipsam effigiem subjicit. In regno Ludovici Germanici tres epochas observari, unam ab A. 826, quo Bajoariæ regnum adierit; secundam ab A. 833 aut insequente, quo Ludovicus Augustus in filiorum potestatem devenerit; tertiam ab A. 840 seu morte patris, quibus quartam addat Schatenus in Annalibus Paderbornensibus, ab A. scilicet 838. Ludovicum V Carolidum Regum ultimum A. 979, septennio ante obitum patris, coronatum esse, Clarissimo Baluzio autore affirmat. Hugonis Capeti annum embortualem in A. 996 figit, multaque de genere ejus notabilia assert. Jam varia in libris de Re Diplomatica ante dicta pro candore suo hic retractat Noster. Inter Pontificum bullas, alias incarnationis Dominicæ annum a Kalendis Januarii, alias a die 25 Martii desumere, ultro fatetur. Francorum Reges præter sigilla cærea, aurea etiam atque plumbea adhibuisse largitur, eorumque ectypa curiosis exhibet. De Cassinogilo, Gardina, Turino, Vetere Domo, palatiis quippe regalibus mentionem facit. Notarios in libris, diplomatibus ac chartis scribendis, non ad arundinem, sed avium pennas convolasse, e veterum codicum picturis pro-

Cap. IX.

C. X.

C. XI.

C. XII.

probat. Roganti forte, unde tanta post Dubletum authentica-
rum farrago? respondet Noster, Dubleto nunquam in mentem
venisse, universas Dionysiani archivi tabulas excutere, neque etiam
prima stirpis archetypa illam facile legere potuisse, sed e charta-
riis quibusdam lectu gratioribus sua duntaxat evulgasse. Se ve-
ro nova hæc specimina, cum Dionysiana monumenta in charta
Egyptiaca scripta attentius revolveret, & nonnullis levioris pre-
titi chartis alias ad supplendam earum caducitatem pro futura in-
positis animadverteret, separari inde curasse, atque sic præclaras
opes ab oblivione vindicasse. Quæ de Dagoberti aliisque nomi-
nibus propriis diversimode exaratis, nec non de Græci cujusdam
Imperatoris ad Regum Francorum nonneminem epistola, de vul-
gata item Charta plenariæ securitatis egregia hic commentatur,
attingere hac vice nolumus. Ultimo tandem vetustis codicibus
fidem atque auctoritatem suam, quam aliqui pessumdare propera-
runt, masculè firmat. In bene moratis namque ecclesiis ac mo-
nasteriis olim obtinuisse, ut non modo periti adessent antiquarii,
qui libros describerent, sed periti etiam correctores, qui conse-
rendis atque emendandis is enixam operam ponerent. Sic ad-
picta illic cæni varia signa, zetam nempe quod vitium, asteri-
scum qui defectum, obelum seu virgulam præsentem, quæ super-
fluum aliquod adeoque resecandum, chrismon seu monogram-
ma Christi, quod probandum ac retinendum quoddam denotet.
Corbeiensis imprimis codices injuste falsitatis accusari perhibet.
Num Florus, eruditus ille Lugdunensium Diaconus, librorum
istius Ecclesiæ nomine scriptorum autor haberi debeat, disquirat,
inque affirmativam sententiam propendet. Sequuntur jam ali-
quot authentica æni incisa, duo videlicet diplomata Chlotharii II
& Dagoberti I, placiti Childeberti III versus nonnulli, Hadriani
Pape I & Maginarii Abbatis ad Carolum Magnum epistolæ, lau-
data itidem epistola Græci Imperatoris, ac plenariæ securitatis
charta, prout quidem Briffonio hanc appellare visum est. Hæc
succedit appendix in tres partes divisa, quarum prima Formulas
Andegavenfes LIX, ex antiquissimo codice monasterii Weingar-
tensis in Suevia satis inclyti erutas, atque ab Autore Tomo IV
Analectorum editas, hic iterum proponit, in quibus legis Roma-
na,

nae, consuetudinis pagi & principalis potestatis frequens fit mentio; altera varia diplomata aliaque instrumenta vetusta, quorum aliqua laminis aereis ante describi fecerat, typis solitis Latinis exhibet; tertia chartas authenticas, quae ad legitimam originem regiae Stuartorum stirpis demonstrandam pertinent, cum explicationibus historicis sistit. Eas autem Jacobus Beatonum S. Bethune, Archi-Episcopi Glasguensis, tempore reformationis A. 1560, una cum aliis chartis Ecclesiae suae, & Scotia in Gallias secum adportavit, & collegio Sutorum Parisiensi testamentis reliquerat, donec A. 1647 cura Ludovici Inesse lucem ibi primum adspicerent. Illam igitur ope corrumpit tota Buchananii fabula, quasi Robertus cognomento Seneschallus seu Stuartus, qui avunculo suo Davidi A. 1571 successit, adolescens adhuc cum Elisabetha More furtivos amores miscuisset, tanquam deinde Euphemiae, Hugonis Rossii Comitis filiae, uxori demortui suptrinduxisset, obtento dein Scottorum procerum assensu, ut ejus proles praeteritis liberis ad regnum admitteretur, sique in Rege creando aetatis quam natalium potior ratio haberetur, cum tamen exinde constet, Elisabetham More jam ante A. 1564 in humanis esse desuisse, justumque inter ipsam & Robertum matrimonium, nonnulli dispensatione apostolica contractum intercessisse; Johannem praeterea ex ea susceptum primogenitum & heredem ibi vocari. Ast aliunde pariter liquet, Elisabetham priorem, Euphemiam vero secundam Roberti conjugem fuisse, adeoque illi a Buchananano assergi, quae huic forte tribuenda. Sub caesem hujus Supplementi duas inscriptiones, quia & quatuor totidem instrumentorum veterum specimina anneximus, curiosis ad discernendas priscaerum literarum formas perquam grata futura.

**HISTOIRE DE L' ACADEMIE ROYALE DES
Sciences Année M DCC III & c.**

h. e.

**HISTORIA ACADEMIE REGIAE SCIENTIA-
rum anni 1703, cum Commentariis Mathematicis & Phy-
sicis ejusdem anni.**

Zz z

Pa-

Parisii, apud Joh. Boudot, 1705, in 4.
 Constat 3. Alph. 9. plag. cum aliquot figuris
 & 12. Tabulis aeneis.

ETsi Mariottus ac Perault fontium ex aquis pluvialibus originem probabilem satis reddiderint; impossibilitatem tamen monstrare conatur *Clavius de la Hire* evincens, aquae pluvialis copiam sufficientem ultra 16 digitos in terram vix penetrare, ut in fundo solido confluere possit, immo eandem ne plantis quidem nutriendis sufficere. Sub terra defodit craterem, cujus altitudo 6 erat pedum, superficies pedum quatuor a superficie externa telluris & pedum intervallò distabat, tubo 12 pedum instructum, satis notabiliter inclinato & in cellam penetrante, a qua tamen crater, longo intervallo removebatur, ne terra in vicinis nisi facile exsiccaretur. Suspensus vero, aquam pluvialem 30 usque vix descensuram, in profunditate 8 digitorum alant sub terra collocavit craterem, cujus superficies erat 64 digg. altitudo 8. Locus nec radiis Solaribus, nec ventis expositus; herbae omnes ex terra solite eradicatae fuerunt. A die 12 Junii usque ad 19 Februarii nihil per tubum effluxit aquae; sed die 19 Februarii multa nive liquata primum fluxit, coepit, fluxu postmodum aliquot a lapsa pluvia horis continuato. Idem eveniebat in cratere in profunditate 16 digitorum sub terra subsistente, nisi quod post diuturniorem siccitatem terra sufficienter humedanda: mediocri pluvia non sufficeret. Crescentibus herbis, quae super craterem plantaverat, nihil per tubum effluxit aquae; quin ob huius potius defectum exarescebant istae. Accurate igitur evaporationem aquae per folia plantarum aestimaturus, die 30 Junii h. 5 $\frac{1}{2}$ matutina vitæ foramine exiguo instructo aquae libram unam immisit, duoque folia ficis medicis, quorum pondus erat 5 drachmarum unciae monetariae 48 granorum, immerisit. Ne aqua evaporari posset, orificiū partem a foliorum pediculis non occupatam charta probe obturavit. Totum machinamentum ita preparatum Soli ventoque exposuit, & hora 11 decrementum ponderis aquae 2 drachmarum deprehendit. Ceterum per tubum primi crateris intervallo 15 annorum ne unica quidem gutta effluxit. Fontium itaque ori-

ginem a vaporibus deducit, ex aquis sub terra ad libellam cum fluviis vel manibus vicinis consistentibus intra ejus poros elevatis, & vel per frigus ad terræ superficiem, vel per materiam ipsis figendis aptam condensatis. Quodsi enim vapores confluentes solum fati solidum offendant, super hoc intra terram eos profinere, donec alicubi exitus pateat. Ostensurus autem figi posse vapores, vas vitreum in cella æstate imprimis admodum humida collocavit, & ejus orificium linteo aqua, in qua sal tartari dissolverat, macerato obduxit, & postquam aliquo temporis spatio copiam liquoris satis notabilem in fundo vasis monstravit, vaporibus æris a salibus linteo adherentibus condensatis, & juxta vasis latera defluentibus.

Dr. Amontons novam proponit terræ motuum theoriam. Supponit ærē esse densiorem, quo majus incumbat volumen, cumque elater pendeat a particulis igneis, seu materia fluida, humana industria nunquam prorsus expellenda, condensationis ea multo majoris esse capacem, quam produunt experimenta affirmantium, prope superficiem terræ constitutum ad spatium sub octingentesuplum comprimi posse. Assumens præterea, quod tum *de la Hire*, tam ipse plurimis experimentis didicit comprobatum, columnam æris per 37 sexpedas & 3 pedes supra superficiem terræ protensam vix $3\frac{1}{2}$ lineis Mercurii æquiponderare, cum pondere atmospheræ 27 digitis $5\frac{1}{2}$ lineis respondente oneratur, & quantitates æris æquiponderantes occupare spatia ponderibus incumbentibus reciproce proportionalia, deducit, in profunditate 4193 sexpedarum ærē ita condensatum esse, ut ejus & Mercurii æqualia volumina æquilibria existant. Jam cum idem caloris gradus elaterem æris tanto violentiorem reddat, quo hic magis condensatus, si inflammatio matoris mineralis intra terræ viscera gradum caloris multo vehementiorem eo, qui est aquæ ebullientis, producat, hunc eundem gradum, cujus mediocnis est prope superficiem terræ effectus, in ista profunditate ita intendere posse elateris ærei vires, ut orbem solidum 4193 sexpedarum dirumpere & subvertere queat. Quoniam vero, quo ær densior, eo pauciores particulas igneas contineat, prope centrum vero telluris densissimus sit; hypothesin de igne centrali cum admissa æris continua condensatione stare non posse.

TAB. VIII.
Fig. 1.


Idem Amontons, cum novum suum thermometrum, quod ad mensuram præcedentem repræsentavimus, ob aperturam superius orificium non commode de loco in locum transferri posse, ac propter pondus atmosphæræ in observationibus continuo subducendum molestum ejus reddi usum didicisset, nova ratione construere docuit thermometrum spiritu vini replendum, gradus caloris infra eum, quem aqua acquirit ebulliens, accurate indicans. Figura vitri, quemque continet, liquor est profusus ut in thermometris ordinariis, divisio exacte respondet divisioni thermometri aërei post correctionem ponderis atmosphæræ subtracti facta. Novo hoc thermometro observationibus institutis, expertus est, maximum calorem æstate esse ad minimum hyeme ut 6 ad 5. Cognovit etiam, pulsuum arteriæ numerum non esse gradui caloris sanguinis proportionalem, aliasque permuta.

Cum Academia Regia scientiarum memorabilem communicavit casum *Feliberni*, Academiæ inscriptionum Socius. Juvenis scilicet quidam rusticus 24 circiter annorum, a nativitate surdus & mutus, cum quadam die inopinatum campanarum sonitum audiisset, atque ex aure obtupescit sinistra quædam aquæ species profluxisset, auditum subito recuperavit, elapsisque 3 aut 4 mensibus, quamvis adhuc imperfecte, loqui cœpit. Mox accersiti Theologi de statu ipsius præterito cum examinarunt, sed de Deo, anima, moralitate actionum ac morte interrogatus, nullam harum rerum unquam habuisse cogitationem deprehensus fuit, utut cum parentibus Missæ frequenter interfuerit, signo crucis se signaverit, genua flexerit, aliosque orantium gestus dextre imitatus fuerit. Solis nimirum perceptionibus impulsus brutorum instar egerat, quicquid egerat, nulla facta ad perceptiones & actiones suas reflexione ante sermonis usum, multo minus idearum compositione aut disjunctione.



Mazarinus duos ex Italia attulit lapides coloris albi & per folia fissiles, in quibus pisces exsiccati, paleæ & folia oleæ reperiuntur. Unum cum finderent, piscem petrefactum in duas juxta longitudinem partes accurate dividi contigit, cumque exacta piscis structura in corpore hujus animantis observaretur, quod verus fuerit piscis, in lapidem conversus, cum sabulo obduceretur, mul-


TA

23 24 frigidus
50 49 imgrad



*Ingenis frigus octavi
climatis.*





1870

City of London

County of London



li dubitarunt. Similes pisces exsiccatos intra lapidum substantiam, ex Phœnicia allatos, in Italia vidit *Maraldus*. Immo vidit Romæ ingentia marmora, ex montibus Siciliæ effossa, in quibus color niger albo interfinguitur, ab ingenti conchiliorum intermixto- rum marmoris copia pendente. Cum igitur lapides quoque prædicti ex terra effodiantur, *Fonsellus* probabile esse asserit, dari in aquis subterraneis pisces subterraneos, & vapores ex iis exhalantes formam afferre ova, quæ illis condensatis intra terram in pisces & conchilia abeant, fabule postmodum obducenda, vel aquis petrescentibus includenda.

Fœtum in utero aliquando, si non semper, per solam chor- dam umbilicalem nutrir, *Dn. Lirre* exemplo canis ostendit mon- strosi, qui absque naribus & ore similive cavitare, cum unico in- fronte oculo in lucem vivus & crassus editus, sed ob respirationis defectum extinctus esset. Quale exemplum quamvis satis rarum sit, multo tamen rarior illa ascitis videtur species, in qua abdo- men per crassum aliquod sepimentum, cum peritonæo continua- tum, in duas cavitates ita diremum fuit, ut sola inferior multum liquoris atrii, crassi, viscosi ac putridi, cum multis corpusculis al- bidis ac daris figuræ diversæ, contineret, quamque laudatus Ana- zonicus in muliere quadragenaria, præter insignem cordis poly- pum observatum, prolixius hic æque designat, ac *Dn. du Verney junior* multos hydropicos adjumento non minus paracenteseos, quam aliorum remediotorum, a se curatos commemorat.

Ex Chymicis Chymica tum sulphuris communis, tum bor- racis exhibetur analysis. Ex communis quidem sulphuris libra- una spiritus acidæ, cum spiritu vitrioli penitus convenientis, un- ciam unam, interdum unciam unam & dimidiam, facile colligi posse, annotat *Dn. Hombergius*, si in destillatione campanæ con- fectæ aliquod Recipientium maximorum, tanquam capacius, ori- ficium pollicum 8 vel 10 obtinens, substituatur, simulque sul- phuris fusi & accensi libra 10 vel 12 supponantur. Quia nihilomi- nus in tali destillatione, partim vehiculum aquosum ab ære hu- mido accedit, partim reliqua constitutiva dissipantur, ad sal, ter- ram, principium pingue sive inflammabile, ac parum cupri e sul- phure cruenta atque trium priorum æqualem fere proportionem evin-

evincendam, oleum potius destillatum terebinthinæ sive fœniculi, spiritum vini & vitrum majus causticum, cum destillatione in subsidium vocat. Florum nempe sulphuris uncias quatuor, in olei terebinthinæ libris quatuor vel quinque successive dissolutas, antè omnia igne lentissimo per plures dies noctesque destillat, utque olei terebinthinæ odoris expertis tertiarum duarum, aqua albicans acida ponderosa & oleum rubicundum plus minus crassum, (quo apparente ignis intendendus ac excipulum mutandum,) obtineatur, remanentibus capitis mortui nigri, spongiosi, splendentis ac insipidi uncis duabus cum dimidia. Hinc, ubi oleum limpidum & aquam acidam per lenissimam destillationem, aliquot itidem dies ac noctes continuandam, ab oleo rubicundo separavit, ab hoc residuo spiritum vini recentem tam diu cohobat, donec hic omni destitutus prodeat fœtore, restitentque unciaz fere quatuor materiae nigrae gummosae, quae in olei quidem destillatis tota, in spiritu vini vero ex parte tantummodo dissolvatur, egregia tamen sanguinis acrimoniam salis corrigendi. Tum aquam acidam cum salis tartari uncis duabus in aqua solutis commiscet, atque post evaporationem ex salis augmento, salis acidi sulphuris drachmas tres & grana quindecim fuisse, cognoscit. Tandem caput mortuum primum speculo caustico majori exponit, multisque vaporibus acidis sub odore aquae fortis exhalantibus, superstitem terram, non per se, sed cum borrae in vitrum liquandam, vix unciam unam drachmamque unam excedere, vitrum autem in aere humido pauca æruginè obtegi, deprehendit. Borracem vero sicuti *Dn. Lemery* salibus salis ideo annumerat, quod nec cum acidis, nec cum alcalibus effervescat, ita destillationem ejus tam per se quam cum aliquo additamento, adornat. Borracis quippe libram unam, igne reverberii per gradus e retorta magna destillatam, multum intumescere, ac non nisi aquae limpidae & insipidae, cum neutro salium ebullientis, uncias sex cum drachmis totidem suppeditare, restantibus uncis novem & drachmis duabus vitri elegantissimi, ad instar crystalli, quod in aqua nihilominus solvi, & loco insignis diurectici propinari valet. Ex Borracis autem uncia una semis cum duplo argillae siccae destillationem liquoris limpidi salini ac urinosi drachmas tres acquiri, e diverso ex borrae cum

cum sale tartari aquam ingratam & unctuosam obtineri: indicio manifesto, quia ex borrace acidum haberi nequit, illum ex sale falso, urinoso & pauca substantia oleosa sive bituminosa consistere.

Camphoratae Mompelienfium vires insignes in hydropse recenti atque asthmae primario, non minus ac in omni obstructione recenti, morbisque ex sanguinis cruditate & lymphæ visciditate propullulantibus, si tenuiores ejus ramusculi in modum ptisanæ vel thæe usurpentur, per experientiam *Dn. Barlet* comprobatur.

Illustris *Leibnitius* Arithmeticam binariam exhibuit, quam quidem in vita communi non reperire locum, ad Scientiarum tantam pomœria producenda, & multa in numerorum praxi atque geometria utilia detegenda mire conducere, dudum intellexit. Est hæc Arithmetica omnium simplicissima, & non nisi duabus utitur notis, nempe 1 & 0, consequenter 2 scribitur per 10, 3 per 11, 4 per 100, 8 per 1000, 16 per 10000, & ita porro. Unde operationes non possunt non fieri facillimæ & errori minus obnoxie, quia nil prorsus memoriæ tribuendum, nec in multiplicatione & divisione ullo opus est abaco Pythagorico, cum ista in additionem, hæc in subtractionem abeat: quæ cum cogitaret *Dn. de Lagny*, facile advertit, numeros Arithmetice binariæ esse Logarithmos quam maxime naturales. Quamobrem hos usitatis nunc Logarithmis in *Nova*, quam meditatur, *Trigonometria Gallica* seu *Reformata* substituet, in primis cum Logarithmos, quibus nunc utimur, in numeris majoribus fallere notaverit. Ipse autem *Leibnitius* Arithmeticam binariam ad explicanda mysteria Philosophiæ Sinensium, figuras nempe lineares antiquissimi Sinensium Regis & Philosophi, qui ante 4 mille annos floruit, *Foby* transfudit, sicque per literas ad *R. P. Bouvet* Pekinum datas, clavem ad referenda mysteria Sinensibus restituit ante plus mille annos amissam, non sine ingente Europæorum gloria. Immo cum idem *Foby* credatur Autor characterum Sinensium, quibus in scribendo utuntur, hi ipsi vero cum numeris convenientiam quandam habere ferantur; si qua talis occurrat, mysterium in characteribus istis a summo Philosopho absconditum dexterine explicatum expectare licebit a laudato *R. P. Bouvet*, cujus in hoc argumento tractando

dexteritatem multum commendat *Leibnitius* noster. Quodsi tale quid contingat, quod ex notionibus elicere licet, ex earundem characteribus per modum calculi eruere dabitur: quod erit maximum intellectui humano unquam obtentu possibile adjuvmentum.

Dn. Casinus A. 1703 d. 21 Martii h. 10 matutina per captas altitudines Meridianas contigisse didicit æquinoctium vernale: quam observationem cum comparasset cum omnium antiquissima *Hipparchi*, anno 32 periodi tertiz *Calippicz*, h. e. anno ante Christum natum 146 facta, anticipationem æquinoctii uno anno invenit.

10 54 $\frac{1}{3}$, hincque quantitatem anni tropici apparentem determinat

d. 365 h. 5 49 $\frac{5}{4}$, medianam vero 365 d. 5 h. 49 12, proficit ut *Gregoriani* supposuere. Utraque observatio facta eadem hebdomadis feria, anno a bissextili proximo: in sua tamen minorum appendicem neglexit *Casinus*, quia *Hipparchus* in sua de errore 6 horarum certus esse non poterat.

Suaferat anno 1700 *de la Hire*, ut in horologiis oscillatorum pendulum non ex filo sericeo, sed lamina elastica suspenderetur, quia hæc alterationibus per siccitatem & humiditatem aeris minus obnoxia. Sed cum hanc isti substituisset, majores in motu penduli, quam antea, observavit inæqualitates, ut adeo filum laminæ præferendum censuit. Monet tamen, ad rectificandas vibrationes penduli, ut nempe tum longiores, tum breviores sint isochronæ, non sufficere cycloidem juxta regulas *Hugenii* exacte elaboratam, sed lineam cycloidi parallelam a parte concava dimidia fili sericei spissitudine distantem adhibendam esse, ut axis fili cycloidem exacte describat juxta ea, quæ dudum in *Commentariis Mathematico-Physicis* de usu *Epicycloidis* in *Mechanicis* proposuit. Suadet etiam, ut horologia, observationibus cœlestibus applicanda, collocentur in loco, in quo ab omnibus aeris injuriis quam maxime libera sunt, ne virga ferrea frigore, filum sericeum humiditate contrahatur, ista calore, hoc siccitate prolongetur. Similiter cum pendulum intra aquam moveri fecisset, motus retardabatur intra minutum 3, adeoque intra diem 4330. Hinc inferebat, aerem

humoribus inspissatum vibrationes penduli breviores & diuturniores reddere, & posito quod retardatio intra aquam densitati debeatur, densitas aeris non ab exhalationibus admixtis, sed pondere incumbente pendeat, gravitate aeris per $\frac{1}{17}$ variata, retardatio pen-

duli in aere esse debebat $\frac{1}{17}$ ejus, quæ sit intra aquam, h. e. 154ⁿ intra diem. Enim vero huic calculo cum experientia contradicat, causam esse asserit diversam particularum aerearum & aquearum configurationem, quarum istæ his facilius divelluntur. Accedere, quod vapores intra aerem non colligentur, quemadmodum in aqua condensati. Interim tamen vapores irregularitatem inducere posse, si ponderi ex pendulo pendenti virgæque ferreæ associentur, & proprium sibi centrum oscillationis acquirant, consequenter & vetus immutent: cui malo medela quodammodo adhibeatur, si loco penduli usurpetur cylindrus, cujus exigua est basis, per omnem longitudinem homogeneous, in extremitate axis suspendendus, vel parallelepipedum aliquod.

SERENISSIMO POTENTISSIMOQUE PRINCIPI ac Domino, DN. FRIDERICO, Regi Prussiae &c. &c. &c. humillima devotione dicata Synodi Telluris, Luna & Solis æstivissima Observatio, habita Norimbergæ A. 1706 d. 12 Maji horis antemeridianis, a JOH. PHILIPPO WURZELBAUR.

Norimb. 1706 in fol.

Constat plag. 3, Tab. æn. 1.

Mense præcedente habitas in aliquot Germaniæ locis exhibuimus observationes. Cum vero Astronomiæ & Scientiæ naturalis cultorum intersit, diversis in locis ejusdem phaenomeni institutas in promptu habere observationes; gratam vis nos præstituros confidimus operam, si, quæ observandi dexteritate dudum celeberrimus *Wurzelbaur*, de nupera Eclipsi Solis, phaenomeno certe rarissimo, publicavit, in compendio communicaremus, imprimis cum, quæ Autorum sumptibus prodeunt, schediasmata non ubique ab omnibus haberi queant. Summo mane in instantem Solis or-

tum direxit Observator solertissimus oculos, trans simplicissimam, (paulo post autem nebulis spissiusculis temeratam) auram, e summitate speculae observatoriae h. 4 28 30 limbum ejus superiorem,

h. 4 32 inferiorem ad radices Australes montis, quem vocant, rubei emergere vidit, facie Solari nulla prorsus macula temerata.

Ab hora sexta usque ad octavam horologium oscillatorium cum Sciaterico Horizontali marmori inciso, & linea meridiana applicato contulit, hoc ab isto dissidere plerumque advertens excessu vel

integri, vel semiminuti primi. e. gr. Horologii oscillatorii H. 6 4

respondebat Sciaterici H. 6 4 30; istius H. 7, hujus H. 7 1; istius

H. 7 59, hujus H. 8; istius H. 8 17, hujus H. 8 17 30. Discum Solis per tubum lentibus convexis tribus instructum in cameram, obscuram immisit, & in tabella candida excepit. Lunam ad So-

lem appellere observavit H. 9 6 30 circa $n\frac{1}{2}$ gr. a parte disci Australis & diametro ejus Horizontali sursum numerando.

TAB. VIII. Phases praecipuae tum crescentes, tum decrecentes in Fig. 2. Tab. VIII representantur. Discus Lunaris ab initio ad finem usque eandem retinuit magnitudinem apparentem, quae, si semidia-

meter Solaris 15 55 assumatur, 16 32 haud superavit. H. 10 17 in tabella observatoria circa 17 gr. versus Septentrionem sursum ab Horizontali diametro numeratum plane extinctum lumen. Atrium Lunae discum ad latitudinem semidigiti annulus lucens circumdare visus, cujus luculam aurae illuminatae adscribendam judicat Noster. Vidit is durante obscuratione totali ☽ & ☿, auram quasi prima nocte tenebrosam, nubes hinc inde sparsas colore subrafo vel croceo tinctas; viderunt alii fixas, notarunt conticuisse oscina, circumvolitasse vesperiliones, omnia eum induisse vultum & produxisse effectum, qualem bithorio post occasum Solis nox increbrescens exhibet. Tribus post obteccionem elapsis minutis horarii ad tabellam observatoriam reversus, jam quartam fere digiti partem lucidam emeruisse animadvertit.

Tar-

Tandem H. II 28 Luna ad latus boreale disci ejusque a diametro Horizontali sursum numeratum 10 gr. Solem omnino deseruit.

Capta posthac fuit altitudo Solis meridiana 58 38 10 : captae sunt multae altitudines aliae Solis jam declivioris, e. g. juxta horologium oscillatorium. H. 2 38 altitudo erat 45 30, H. 2, 59 eadem erat 42 30, H. 3 2 15 eadem erat 42, H. 3 32 erat eadem 37 30, H. 3. 44 45, erat eadem 35. Ex his altitudinibus per calculum Trigonometricum deducta tempora erant H. 2 38 4, H. 2 58 56, H. 3 2 20, H. 3 31 59, H. 3 44 47. Horae igitur pomeridianae horologii oscillatorii amice satis cum caelo conspirabant, majorem matutinarum a sciatrico dissensum vel hujus non satis justae ad lineam Meridianam applicationi, vel refractioni aurae post ortum Solis nonnihil turbidae tribuendum judicat.

*P. JOANNIS GISBERT, SOCIETATIS JESU,
Praepositi Provincialis in Provincia Thelosana ANTI-
PROBABILISMUS.*

Parisii, apud Joannem Baptistam de Lespine, 1703, in 4.

Constat Alph. 2. & plag. 4.

Quanta turbas doctrina de Probabilismo inter Pontificios excitarit, in vulgus tam notam est, ut otio nostro male abutuntur haud immerito videremur, si multa de hoc argumento in medium afferre vellemus. Quamvis autem origo hujus pestilentissimae doctrinae a Jesuitis ut plurimum repetatur; paucis tamen abhinc annis e medio Societatis illius prodiit Joannes Gisbertus, qui Antiprobabilismum seu Tractatum Theologicum edidit, in quo fidelem totius Probabilismi statum exponit, & ex rationibus divinis seu veritatem seu falsitatem cujuscuque probabilismi in materia morali examinat. Ille novam quidem probabilismi doctrinam esse concedit, utpote quae non nisi post Concilium Tridentinum exorta fuerit, interim tamen ejusdem originem plane

incertam esse contendit, cum non satis liquido constet, & quo præcise tempore, & quo primum loco, & quo primo auctore, fructus ille prodierit. Quamvis itaque, rebus sic sese habentibus, uni alicui Scholæ de tali partu invidia constari nequeat; hanc tamen, maculam omnium minimæ Scholæ Societatis inui posse contendit. Probabilismum enim a Doctoribus Societatis Jesu neque inventum, neque adoptatum esse, clarissima luce clarius esse ait. Quod enim ad prius attinet, Probabilismum prius inventum asserit, quam Societas Scholas Theologicas haberet, aut cathedram ullam in Scholis Theologicis occuparet; aliarum præterea Scholarum Doctores Probabilismum ante-tradidisse, quam ullus de Societate scriptor existeret. Hinc quoque factum esse, ut, quicumque de Societate probabilismum docuerint, pro asserenda illa doctrina citaverint aliarum scholarum Doctores antecessores suos, ex quibus, velut ex fontibus, talem se doctrinam hausisse liberaliter & honeste professi fuerint. Nec etiam probabilismum a Schola Societatis adoptatum esse. Quod enim Societatis sensus & gustus omni tempore a probabilismo valde alienus fuerit, id facile apparere, tum ex mente Ignatii fundatoris; tum ex decretis Conciliorum generalium, tum ex Præpositorum generalium epistolis, tum ex praxi Doctorum Societatis; quibus fere omnibus religio sit & semper fuerit, probabiliore & communiore sententias sequi; inprimis autem illud ex speciali Societatis congregatæ decreto elucescere, quo talis adoptio ut imaginaria respuatur, & disertis verbis declaratur, probabilismum Societatis doctrinam minimæ esse. Si quis forte objicere velit, Doctores Societatis Jesu fere omnes, communibus studiis passim ivisse in sententiam probabiliam: respondet Auctor, multos equidem in Societate extitisse, qui huic doctrinæ calculum adjecerint, e contra vero hoc quoque verum esse, probabilismum primos habuisse Jesuitas impugnatores, Rebellen, Comitolum & Blancum, siquidem ante illos nemo probabilismum impugnaverit, & ceteri, quicumque adversus eum insurrexerint, cujuscunque tandem sint ordinis, faciunt omnes Rebello, Comitolo & Blanco posteriores. Præterea invidiosum istud argumentum torquesi posse in omnes alias Orbis Christiani scholas, Thomisticam, Scotisticam, Sorbonicam, Salmanticensem, Tolosanam &c.

quas

quæ singula doctores multos habuerint probabilismi, eosque magni ponderis & meriti viros. Quemadmodum igitur doctores, familias, scholas, quas probabilismus invasit, multas sane Auctor adducit, ita operæ pretium esse censet, in causas probabilismi in doctrinam moralem introducti, & stupendi plane ejusdem progressus, paulo penitius inquirere. Inde plenam probabilismi historiam texit, ejusque fallentia incrementa, variam & ancipitem fortunam, tandemque decrementum & inclinationem accuratè exponit. Posteaquam vero hæc dicta, quæ ad historiam probabilismi pertinent, e medio ferme libri, quem præ manibus habemus, adduximus; jam tempus est, de ipso Auctoris instituto & primario ejusdem scopo uberius dispiciendi. Ille eo tendit, ut, quemadmodum jam supra diximus, probabilismum a tot tantisque Theologis receptum confutet. Istam vero antiprobabilismi doctrinam, quam tradere in animo habet, in quatuor regulis totam consistere ait. Prima regula est: ubi lex probabilior est quam libertas a lege, standum est pro lege probabiliori, contra libertatem minus probabilem. Altera regula: ubi lex est æque probabilis, ac libertas a lege; standum pariter est pro lege æque probabili, contra libertatem æque probabilem: quia Deus, in pari causa, jus prælationis habet irrefragabile adversus creaturam suam; debetur enim ea prælatio excellentissimo Dei dominio. Tertia regula: ubi libertas a lege notabiliter probabilior est, quam lex, licitum est operari secundum libertatem notabiliter probabiliorē, posthabita lege notabiliter minus probabili, quia Deus æqui & boni amans permittit creaturæ suæ rationali, ut apparentiam veri notabiliter majorem sequatur, tum in judicando, tum in operando, posthabita apparentia notabiliter minore. Quarta denique regula: quando probabilitas libertatis ita superat probabilitatem legis, ut tamen non superet notabiliter, sed levi aliquo duntaxat excessu, standum non esse pro libertate leviter duntaxat probabiliori; quia levis ille excessus probabilitatis, quo libertas superat legem minus probabilem, pro nullo habendus est; ac proinde legis probabilitas, quævis physice minor, censeri tamen debet moraliter æqualis probabilitati libertatis. Hæc est summa seu principiorum seu regularum, ex quibus Auctor doctrinam totius Anti-

pro-

probabilismi deducit, & per eas, si constanter teneantur, vitæ continuo extrema duo vitiosa, laxitatem & rigorem, asserit. Tractationi varia præambula præmittit, quæ materiæ per se obscuræ & perplexæ lucem afferre possunt. Ibi enim conatur 1. tradere veram probabilitatis notionem, 2. dividere veram probabilitatem in varias species suas, 3. explodere probabilitatem quamcumque ad recte operandum inutilem & insufficientem, 4. constituere stateram, divinam pro examine totius probabilismi moralis controversi, 5. demum clare & dilucide proponere controversiam generalem, eandemque apte distribuere in suas partes. Ipsam tractationem, duabus partibus absolvit: cum enim probabilitas dupliciter considerari possit, respectively & absolute, seu in concursu & extra concursum; (posse enim fieri probabilitatis cum probabilitate concursum, posse itidem concursum quandoque non esse, & propterea duplicem controversiam instituendam esse ait,) primam de probabilitate seu legis seu libertatis, in concursu unius cum altera, secundam de probabilitate seu legis seu libertatis extra concursum unius cum altera. Primam pertractat in parte priori, ubi pro triplici concursu probabilitatis cum probabilitate tres proponit quæstiones. Cum enim possit concurrere probabilitas major legis, cum probabilitate minore libertatis, possit item probabilitas libertatis concurrere cum æquali probabilitate legis, possit denique probabilitas minor legis concurrere cum majore probabilitate libertatis: ex hoc triplici concursu nascitur quæstio triplex. Prima est: an sit obligatio sequendi majorem probabilitatem legi faventem, in concursu probabilitatis minoris faventis libertati? Secunda: an sit obligatio sequendi probabilitatem faventem legi in concursu probabilitatis æqualis libertati faventis? Et tertia: an sit licentia sequendi probabilitatem majorem libertatis concurrentem cum minore probabilitate legis? Singulas hæc quæstiones Auctor in prima parte affirmat. Quamvis enim, quod ad duas priores attinet, olim aliter senserit, unde rationes, quæ ipsum ad sententiam contrariam amplectendam tum temporis induxerint, ante tractationem secundæ quæstionis prolixè exponit, jam tamen se animum præjudicatis opinionibus exuisse, & hinc pristinam sententiam sine rubore se retractare ait. Ac proinde affirmationem

harum quaestionum ex idea Dei & perfectionum divinarum, & ex reverentia Deo debita, vi cujus non tantum homo teneatur id omnino exequi, quod probabilius apparet, sibi a Deo præceptum esse, sed quæ itidem in pari causa seu legis seu libertatis Deo jus prælationis necessario tribuat; porro ex primis prudentiæ regulis, quæ Creator ipse digito suo humanæ menti insculpsit, ex Scriptura utriusque Testamenti, ex traditione divina, ex decretis Concilii & Patrum, ex sensu & gustu Ecclesiæ per omnes ætates diffusæ, prolixè, eleganter & solide demonstrat. Hanc enim stateram justam esse & vere divinam, ad quam singulæ probabilismi species appendi possunt, & ex hac serie ordinata rationum divinarum probabilismi controversi seu veritatem seu falsitatem æstimari, Auctor suadet. In secunda parte controversia de probabilitate extra concursum excutitur, eamque duas quaestiones complecti affirmatur. Unam de probabilitate libertatis ac soluta, seu non concurrente cum ulla probabilitate legis. Alteram de probabilitate legis absoluta, seu non concurrente cum ulla probabilitate libertatis. In prima quaestione ostendit, quænam probabilitas ad licite operandum requiratur, eorumque sententiam refellit, qui licitum esse operari ex quacunque probabilitate, quantumvis tenui, sibi persuadent. In decisione secundæ quaestionis duo demonstrat. Unum est, esse posse, & re ipsa esse, probabilitatem aliquam legis absolutam, seu non concurrentem cum ulla probabilitate libertatis. Alterum, ex probabilitate legis absoluta existere veram & strictam servandæ legis obligationem. Pro complemento & coronide totius operis, tria Corollaria Auctor subnectit, in quibus fidelitatem ac divinitatem stateræ, ad quam Probabilismum in hoc tractatu appende- rit, uberiùs demonstrat. Primum ex istis corollarium est ordinata series principiorum generalium, in quibus statera Auctoris consistit. Alterum est inquisitio legitima voluntatis divinæ, regulæ universalis objectivæ actionum humanarum. Tertium denique est certa methodus conscientiæ recte formandæ, quam conscientiam actionum humanarum formalem & immediatam regulam esse tuctur.

ERPOLDI LINDENBROGII SCRIPTORES SE
ptentrionales: PETRI LAMBECCII *Originum Rerumque
Hamburgensium Libri II: THEODORI ANCKEL-
MANNI Inscriptiones Hambur-
genses.*

Hamburgi, apud Christianum Liebezeit, 1706, fol.
Constant 8 Alph. 8 plag.

Tres libri uno hoc volumine continentur, qui magno facti-
per in pretio apud Eruditos fuisse, & longo jam tempore
comparari ægerrime potuerunt, distractis dudum prioribus ex-
emplaribus. Non dubitandum ergo, quin de quamplurimis se-
lectiorum librorum cupidis optime meritis sit celeberrimus Ham-
burgensium Professor, D. Jo. Albertus Fabricius, dum denuo ty-
pis eos excubari curavit, omniumque usibus consecrare sustinuit,
præfationibus insuper eruditis exornatos. *Primus* eorum Erpol-
di Lindenbrogii Rerum Germanarum Septentrionalium Scripto-
res complectitur, quorum editio Hamburgi primum A. 1595 pro-
dierat: de quibus, cum nemini in Historia rei litterariæ vel leviter
versato ignorentur, dicere hoc loco plura non attinet. Id unum
notamus ab ipso novo Editore pro candore suo admonitum, effi-
giem Lindenbrogianam, quæ præfixa huic editioni comparet, &
distichon hoc præfixum habet:

Antiquæ fidei, doctrinaque, ingenique

In Lindenbrogio cernitur effigies,

non Erpoldi nostri esse, sed filii ejus Friderici, vel ex Codice Le-
gum antiquarum, Curis in Ammianum Marcellinum, aliisque a
Fabricio in Præfatione recensitis Scriptis, non minus celebris. Qua-
lem errorem facile contingere, vel uno M. Antonini Philoso-
phi exemplo Fabricius ostendit, cujus libris effigies L. Veri, non-
tantum in triplici editione Thomæ Gathakeri, verum etiam in
Gallica Andrea Dacerii, præfixa deprehendatur. *Alter* Petri Lam-
becii Originum Hamburgensium, five Rerum Hamburgensium libros
duos, quorum alter Hamburgi A. 1652, alter A. 1661 editus fuerat,
exhibet. Quibus in nova editione Breviarium Vitæ S. Anscha-
ni, & Excerpta Chronologica à Claudio Arhenio Historiarum

Pro-

Professore in Academia Upsalienfi composita, tum Hymni & Collectæ Veteres in S. Ancharii memoriam, nec non Catalogus scriptorum Lambecii, qualem ipse A. 1673 Vindobonæ edidit, accessere. Jamque nulli dubitamus, ex reliquis Lambecii scriptis, affectis quidem magis quam perfectis, minimum propediem Prodromum Historiæ Literariæ, qui desideratissimus dudum est, de-
nuo proditurum; etsi nec de nova Bibliothecæ Vindobonensis editione desperandum. *Tertius* inscriptiones urbis patriæ Hamburgensis, Heidelbergæ olim a Theodoro Anckelmanno A. 1663 editas, nunc cum novo auctario a Clarissimis Viris, qui in præfatione nominantur, cum editore Fabricio communicatas, repræsentat.

R. P. CLAUDII FRASSEN PERONENSIS, Doctoris Theologi Parisiensis & Lectoris bis emeriti, totius Ordinis S. FRANCISCI Exdefinitoris generalis atque magni Conventus & generalis Collegii Fratrum Minorum Parisiensium tertium nunc Guardiani, Disquisitiones Biblicæ in universum Pentateuchum.

Parisii, apud Petrum Witte, 1705, in 4.
Constant Alph. 4 & plag. 5.

PRIUS volumen harum Disquisitionum Biblicarum Clarissimus Auctor jam anno superioris seculi octuagesimo secundo in lucem ediderat, cujus libri recensionem mense Novembri anni ejusdem in Actis nostris institimus, ac in eo id inprimis egerat, ut auctoritatem Scripturæ sacræ ab insultibus hostium ejusdem, quæ veterum qua recentiorum, pro virili defenderet. Postquam igitur hoc pacto, in priore isto volumine, viam quasi ad studium sacri Codicis tanto majori animi reverentia tractandum muniverat, laudabili prorsus consilio jam ulterius in ipsa sacrarum Literarum scrutatione progredi, animum induxit, ea scilicet fini, ut illa, quæ in iis obscura implexaque passim occurrunt, claris expositionibus illustrentur. In hoc autem instituto se operæ pretium facturum esse Auctor existimavit, si ab ipso Pentateucho, primum locum in sacris Bibliis occupante, initium faceret. Quamvis enim actum agere videri posset, quod post tot paraphrases, interpretationes,
Bbb 2 alia-

aliaque plurima tum Synagogæ, tum Ecclesiæ Doctorum, in Pentateuchum edita volumina, suas quoque lucubrationes cum Republica literaria communicet, hoc tamen se propterea non deterruisse, quod sibi non sit propositum nova moliri, & aquilinis mentibus lumen ingerere, sed quod scopus suus eo tantummodo tendat, ut sacræ Scripturæ studiosis, nondum satis exercitatis, ad faciliorem illius intelligentiam, & arcanorum referationem, minus laboriosa pateat via, & jucundior aditus appareat. Quem finem ut Doctissimus Auctor eo facilius obtineat, ita in hoc opere versatur, ut, posteaquam breviter, sed nervose, cujuslibet capitis contenta ob lectorum oculos posuit, varias easque curiosas quæstiones in medium afferat, in quibus selectiores textus illustrantur, elucidantur obscuriores, dein in speciem pugnantes conciliantur, porro ex Chronologiæ atque Genealogiarum tricis graviore moveri solitæ controversiæ componuntur, tandemque præcipua sub cortice literæ latentia mysteria in lucem proferuntur. Ex quibus lectores abunde perspicient, qui campus dicendorum Auctori nostro sese aperiat. Et sane dici non potest, quanta voluptate animus legentis in perlustratione hujus operis persuadatur, cum eruditissima rerum varietas, quas Auctor ex scriptis tum veterum, tum recentiorum collegit, nec non elegantior stylus omne tardium nullo negotio abstergant, adeo ut optimo jure cum Paschasio Ratberto dicere possit, ea, quæ hic proponuntur, multorum quidem esse eruditissimorum, quos antiquior tulit ætas, & firmavit autoritas veritatis, sed proprio commendatam stylo novitatem facere, ut hæc ipsa tanquam sua sibi vindicare possit. Verum hoc ipsum in causâ est, ut plura de ipsis materiis, quas Auctor sibi pertractandas sumsit, recensere dubitemus, cum præterea hæc ita comparata sint, ut quid potissimum eligendum sit, difficile esse videatur. Lectorum itaque curiositati ea relinquimus, Autoris scopum, & quid sibi de hoc libro polliceri debeant, indicasse contenti.

LE GRAND DICTIONNAIRE DE LA BIBLE, OR
*Explication Littérale & Historique de tous les Mots
 propres du Vieux & Nouveau Te-
 stament &c.*

i. c.

DICTIONARIUM BIBLICUM MAGNUM, SEU
*Explicatio Littoralis & Historica omnium Nominum propriorum
 Veteris & Novi Testamenti, cum vita & actionibus praci-
 puarum Personarum &c. per SIMONEM,
 S. S. Theol. Doct.*

Lugduni Gallorum, apud Joh. Certe, 1703, in fol.

Constat Tomus I 9 Alph. 8 plag. & aliquot figuris ænicis.

- - - - II 8 Alph. 3 pl. & aliquot itidem fig. æn.

OMnigena eruditione refertum hoc opus equidem jam anno 1693 prodit; sed quæ denuo comparat editio, duplo fere, auctior est priori, unde & in duos distribuitur tomos, cum prior nonnisi unicum constitueret. Quid Autor doctissimus docere intenderit, prolixus operis titulus satis indicat. Neque enim, more Lexicographorum, vocum significatum explicasse contentus; sed multa ad Historiam tum sacram, tum profanam, ad Chronologiam, ad Philologiam, ad Theologiam, ad Scientiam naturalem, ad alias denique disciplinas spectantia, quæ textui sacro facem præferre possunt, ingenti cum solertia conquistata proponit. Describit vitam & actiones non solum Principum, qui populo Dei præfuerunt; sed multorum etiam, penes quos imperium fuit in Assyrios, Persas, Græcos & Romanos. Notatur tempus, quo imperium susceperunt; notatur intervallum, quo illud tenuerunt; notatur denique momentum, quo mortem obiit. Leges ibi vitam & miracula Prophetarum: reperies ibi integram Historiam omnium Pontificum, qui usque ad everisionem templi ac urbis ultimam Aarons successerunt: inprimis autem prolixissime describuntur natiuitas, vita, miracula & mors Pontificis vere maximi, Salvatoris optimi, Jesu Christi. Disquiruntur in tempus, quo Apostolos & discipulos suos vocavit; in annum & locum martyrii, quod ob ve-

ritatis professionem perpelli: agitur de die unicuique eorum festo. Describuntur præterea proprietates animantium tam purorum quam impurorum; duodecim lapides pretiosi in Rationali Pontificis Maximi, & duo in lateribus superhumeralis positi; nomina festorum & solennitatum Hebræorum, sacrificia eorundem, provinciæ, regiones, urbes, arces, montes, fluvii & fontes memorabiles, quorum fit mentio in Bibliis, Josepho, aliisque Historicis, indicatis nominibus, quibus hodie appellantur, & gradibus latitudinis ac longitudinis, ut in mappis Geographicis facile eorum situs ab intelligentibus determinari queat. Explicantur denique pondera & mensuræ, & eorundem valor in mensuris nostris exacte determinatur: quod idem fit in monetis Judæorum. Præmittitur operi introductio ad Scripturam Sacram R. P. Bernardi Lamy, variis scriptis apud Theologos, Mathematicos & Philosophos celebre nomen dudum adepti: in qua agitur de ratione Judæorum, exhibetur compendium chronologicum Historiæ Judaicæ & descriptio Geographica Terræ Sanctæ; disseritur de Republica & Legibus, de Magistratibus & administratione civili Reipublicæ, de personis sacris, de religione, obligationibus, cultu divino, fide ac opinionibus, sacrificiis ac oblationibus, locis sanctis, anni forma & calendario, diebus festis, schismatibus, sectis & doctoribus Judæorum; de ponderibus & monetis in Scriptura commemoratis, diversis itidem mensuris, nec non de consuetudinibus Judæorum antiquorum pariter & modernorum: disquiruntur de libris Scripturæ Sacræ, de textu originario, de versionibus, de paraphrasibus & differentibus Bibliorum editionibus: traduntur regulæ interpretandi Scripturam: in quibus omnibus Autor sibi similis existit, h. e. concinna brevitate in exiguo compendio perspicue plura tradit, quam ingentia sæpius volumina vastitate sua comprehendunt. Comparet quoque ibidem idea Bibliorum generalis cum versibus librorum sacrorum mnemonicis, commendantur Patres, quorum Commentarii cum uno quoque eorum legendi, e. gr. in Matthæum *Hilarius* & *Chrysostronus*, in Marcum idem, in Lucam *Ambrosius*, in Johannem *Augustinus*, *Chrysostronus*, *Origenes*, *Cyrillus*, in Proverbia *Beda*; indicatur methodus, qua commode integrorum Bibliorum lectio unius anni spatio

ita

ita absolvi possit, ut quotidie legantur textus temporis accommodati. Sub finem Tom. 2 repræsentatur compendium Chronologiae sacrae. Opus autem erit, ut more nostro quædam speciminis loco ex ipso opere proponamus. Statim igitur ad vocem primam *Aaron*, non solum genealogiam & integrum vitæ curriculum Aaronis describit, sed & de ornatu & consecratione Summorum Pontificum differit, expositis simul corporis ac mentis nãvis, quibus persona inhabilis reddebatur ad Pontificatum & Sacerdotium, explicatis Sacerdotum officiis, exhibitoque catalogo successione chronologicae omnium Pontificum ab Aarone usque ad Phanastrum, sub quo contigit excidium templi ac urbis. Notat etiam, *Aaronem* vi vocis significare montem, vel montanum, vel docentem, vel concipientem, & Pontificatum ejus viguisse ab anno Mundi 2545 usque ad 4130, seu ab anno ante Christum 1509 usque ad annum post Christum 75. Refert nempe Pontificatum Joasaris ad annum Mundi 4053, in quem incidisse credit nativitatem Salvatoris nostri. De herba *Aloe* discurrens autor est, inter fabulas referri debere, quod non nisi centesimo quolibet anno flores emittat, eosque cum ingenti strepitu protrudat, cum experientia in horto Regio Parisino contrarium docuerit. Ad vocem *Cainan* multus est, ut adstruat, memorati a Luca c. 3 v. 36 Cainanis nomen ex textu Hebræo a Judæis & Samaritanis expunctum fuisse, ex odio erga Salvatorem optimum: quamvis non adstruxisse videri quodammodo velit. Per *clavem Scientia*, quam quod abstulerint, Phariseis exprobrat Christus, intelligentiam Scripturæ intelligi contendit, notans insuper, juxta Judæorum dogmata Deum quatuor clavium sibi reservare genera, quas nec cum hominibus, nec cum Angelis, nec cum ipsis Seraphinis communicare voluerit, clavem nempe pluriæ, clavem sepulchrorum, clavem partus, clavem sterilitatis seu caritatis annonæ. Vocem *Concilii* seu synedrii explicans, tria Judæorum tribunalia commemorat, quorum primum personis tribus, alterum 23, tertium 70 conitabat, quibusque additum fuerit aliud materias non nisi Ecclesiasticas seu ad religionem spectantes tractans. Describit quoque novem concilia ante nativitatem Christi a Judæis habita, excepto ultimo, cui Magorum de Christo nato percontatio ansam dedit: nec minus quatuor concilia Apostolorum post Christi ascensionem celebrata, subnecto catalogo chronologico omnium conciliorum reliquorum ab

ævo Apostolico ad annum usque Christi 1599 habitorum. *Corban* sacrum denotare ait thesaurum. *Coriandrum* esse herbam, cujus semen sint grana granis foeniculi non multum absimilia, digestionem mire juvantia. *Duplum Elisei Spiritum* denotare donum patranda miracula, & donum futura prædicendi. *Epicurum* non in voluptate corporis, sed animi quæsiisse summum bonum, cum nemo unquam ipso sapientior & magis continens extiterit, vitæ admodum frugalis & ordinata studens; negasse tamen providentiam divinam & animæ immortalitatem, unde & Hieronymus nimis sit in ejus commendatione, ipsum Christianis tanquam optimum temperantiæ exemplar proponens: imo eundem optimum patientiæ præbere exemplum, cum inter exquisitissimos ex retentione urinæ per 14 dies ortos dolores ne minimum impatientiæ signum ediderit. *Hæresu* denotare opinionem circa religionem erroneam pertinaciter defensam ubi docuisset, Catalogum contexit hæreticorum, qui Judaicam Ecclesiam ante adventum Christi turbarunt, quos inter commemorat *Fortunaticas*, Fortunam tanquam cæli Reginam, boni ac mali dispensatricem venerantium; *Hemerobaptistas*, per diem ac noctem corpus frigida ablentes a peccatis sese expurgaturos; *Muscrites*, Beelzebub sub forma muscæ, *Musorites*, glires, & *Ophites*, serpentem æneum a Mose in deserto erectum adorantes. Prolixior multo est Catalogus hæreticorum Ecclesiam Christianam infestantium, quem subdit, *Lunaticum* personam esse pronunciat influxui Lunari obnoxiam, qualis fuerit infirmitas Saulis. Morbum hunc ex nonnullorum opinione comitari eos, qui in novilunio nascuntur. De *Malcho*, cujus in Historia passionis mentio injicitur, verba faciens, refert præter eum adhuc duos alios ejusdem nominis Arabiæ Reges, quorum alter multis ab Herode beneficiis affectus ad incitas redacto opem ferre ingratus renuit, alter Vespasiano in oppugnandis Judæis sociam præbuit manum. Ex paucis dictis liquet, quod Autor nihil eorum omittat, quibus commemorandis ansam dare poterant nomina in Bibliis occurrentia propria, vel quasi propria: ita ut hoc Dictionarium pro thesauro variz eruditionis tam sacræ quam profanz haberi queat.

** ** *

edendis repurgandisque S. Gregorij Operibus, non parum etiam laborasse testantur, ejusque curas A. 1571, & denuo post paucos annos, *Parisii* publici juris factus esse referunt. Quae *Rome* Veticianis typis A. 1589 inchoata sit autoritate Sixti V, & postmodum absoluta editio, praeside doctissimo *Episcopo Venusino*, omnium antecedentium accuratissimam essent. Ultimo tandem loco A. 1675 vulgatam *Parisii* labore & studio *Petri Guffanvillai*, Prae-byteri, ad quamplurimos quidem codices emendatam fatentur, plurimis tamen eam & haud levibus erratis adhuc scaterere, ex adducto specimine non uno probant. Cum itaque multa desiderari intellexerint, sive ad integritatem, sive ad perfectionem oculum intendas, in editione Guffanvillai, licet haec omnium censere-tur praestantissima; ad novam hanc impigri se accinxerunt, in qua egregia codicum veterum copia ditati, nihil habuerunt antiquius, quam ut Gregorij M. sensus & verba ab omni aut liberiorum interpolatione & hallucinatione, aut typographorum corruptelis repurgata representarent. Ubi a prius receptis lectionibus recedere eos coegit manuscriptorum consensus fore unanims, quod saepe factum, lectiones rejectas in brevibus notis subjecerunt, & manuscriptos codices, a quibus istae reproberentur, indicant. Quandoque nulla in textu mutatione facta, varias lectiones, infra columnas adscripserunt. Praeter notas has & alias attulerunt, ad plurima loca illustranda, sed eas modo breves, ne plus onerare textum, quam ornare, viderentur. In Dialogos tamen, in Epistolis, & in librum Sacramentorum, ampliores aut ipsi elucubraverunt, aut ab aliis jam elucubratos collegerunt. Singula vero Gregorij opera quatuor in tomos distribuerunt. In primo continentur Exegetica in Sacram Scripturam, scilicet *Moralium* in Job libri triginta quinque, Homiliarum in *Ezechielem* Prophetam libri duo, & totidem Homiliarum in *Evangelia*. His quidem accesseri potuissent Commentarius in librum primum *Regum*, Expositiones in *Cantica* & in septem *Psalmos* penitentiales. At priorum totum tot complecti minime posse, insuperque commemoratas elucubraciones non esse ita gentilia S. Gregorij opera, ut omnis interpolationis expertes deprehendantur, probe percipientes, in modo enumeratis acquieverunt.

conducit cetera Gregorii indubitata & germana opera, sive ea ad Historiam, sive ad Ecclesiasticam Disciplinam spectent, scilicet *Librum Regula Pastoralis, quatuor Dialogorum libros, & Registrum Epistolarum*. Tertius tomus bipartitus priori in parte exhibet *Librum Sacramentorum, Antiphonarium & cetera Liturgica*, quam D. Hugonis Menardi notarum & observationum accessione; altera pars complectitur Commentarium in *Librum I Regum, Expositionem in Cantica Canticorum, & aliam in septem Psalmos, ac Concordiam quorundam Sacra Scriptura testimonia*. Quartus tomus itidem in duas partes divisus, in priori *Vitam Gregorii* continet, tum a Paulo Warnefrido, tum a Johanne Diacono scriptam, & eam, quam ex Gregorianis praesertim scriptis Benedictini recens adornarunt; in posteriori sistitur genuinus *Paterius*, qualis habetur in quamplurimis optimae notae codicibus manuscriptis, & *Alfii Tornacensis monachi Expositio in Novum Testamentum* ex Gregorianis sententiis, quae Paterii nomen in superioribus editionibus immerito praesert. Quatuor Evangelia Gregorium explanasse, & de Samfone quaedam allegorica scripsisse, negant. Poenitentiale quoque Gregorii, quod Jamesius extare, dicat in vetustissimo codice Bibliothecae publicae Oxoniensis, non alibi cum repererint, hoc loco pariter omiserunt. Hinc, quae Gregorii adversus haereticos doctrina fuerit, exponunt, ejusque dogmata a variis objectionibus vindicant.

Praeterea autem haec summam indicata paulo dilucidare alterius, & singularium imprimis Praefationum, quae libris singulis praemittuntur, meminisse. A *Moralium* libris tomus *primus* splendidum sumit initium, quos primo inter opera reliqua loco Gregorium elucubrassse notant. Ex antiquioribus editionibus se adhibuisse memrant *Parisiensem* A. 1495, ex quo tempore, plures alibi additae fuerint, quanquam has omnes superet aetate, *Romana* A. 1477 Sixto IV sedente curata, cui praefixa sit brevis praefatio Dominici Brixienfis Episcopi. Praeter restitutionem & emendationem passim in his libris factam, divisionem hujus operis sex in partes, a sancto Doctore ipso institutam, sed in editionibus plerisque neglectam, & plurimis fortassis ignoratam, se secutos esse professentur. Capitulum divisionem, quippe a Gregorio

minime curam, non ad prævium alterorum exemplum, sed pro suo lubitu ibi adornarunt, prout eam textus libri Job versus aut integri aut dimidiati requirere visi sunt; sic, ut idem fere semper sit & capitis & explicationis exordium; nihilominus tamen textum in minores sectiones numeralibus notis distinctas partiri voluerunt. Priorum etiam editionum capita in margine assignarunt, ut, quae juxta illas passim in libris Eruditorum laudantur, nullo negotio inveniri queant. Argumenta capitum pene ubique mutarunt, quod textus minime responderent. Sed expungere noluerunt inventorum a *Tajone*, *Caesar-Augustino* Episcopo, *Moralium* Historiam, (ut ut non omni ex parte certam) quippe quam non solum in omnibus antiquioribus editionibus, sed etiam in eodeme manu exarato *Monasterii Longipontis* legerint. Testimonium & elogia veterum Scrip̄torum de libris *Moralium* jam editis, nonnullis aut additis aut detractis, praemis'erunt. Post Expositionem *Gregorii* in librum *Job*, servato *Sanctarum* *Scripturarum* *codicis*, sequuntur ejusdem *Sancti* *Doctoris* *Homiliae* in *Ezechielum* *Prophetam*, quas licet afflictus morbis, negotisque difficillimis immerfus, ac innumeris vexatus curis, ob inaequiffimam totius *Urbis* ac totius *Italiae* faciem, ad populum habuit. Et ad hoc opus exequendum praesentissimum *Numea* *Gregorium* expectatum fuisse inuunt, quandoquidem, cum ultimam *Ezechielis* *visionem* interpretaretur, *Petrus* *Diaconus*, quò exceptore ac notario uti fuisset, *Spiritum* *Sanctum* observavit sub *columba* *candida* *specie* ipsius *capiti* *insidentem*, & *rostrum* *ori* *inmittentem*, ex quo altissima *mysteria* *didicerit*, ac *veluti* *ebiberit*. Dicendi & scribendi *rationem* *haec* *adhibitam*, ut *attractiorem* & *venustiore* *elienota* *contendunt*, ita *velut* *humiliorem* & *depressiorem* *ipsam* *contemni* *nolunt*, rerum quippe *magis* *sensusque* *curam*, quam *verborum* *delectum*, a *Gregorio* *habitum* *causati*. Quamvis vero *literalem* *sensum*, tanquam *ceterorum* *fundamentum*, praestruere *nobis* *conetur* *Gregorius*, *mysticis* *tamen* *rimandis*, & *moralibus* *explicandis*, *imprimis* *eum* *intimberere* *moment*. Ceterum ita in *novissima* *haec* *editione* *hujus* *operis* *se* *gesserunt*: *prolixiores* *Ezechielis* *textus*, qui *singulis* *hominibus*, si *praeiorum* *excipias*, *praemittuntur* *in* *excusis*, non *autem* *in* *tabula* *variantis*, *responderunt*,

et singulos versus lineis distinctis sacrosancti curarunt, ut facillime explicandi a S. Doctore proponantur; ad manuscriptorum codicam similitudinem propius hoc pacto accedentes, in quibus aut maioribus characteribus, aut etiam minio vel alio exquisito colore depictis describuntur. Homilias, quæ hæcenus velut una ac continuato spiritu legendæ offerebantur, in varias sectiones, additis totidem numeris, partiti sunt. Argumenta, & quicquid observatione dignum ipsis visum est; in margine summatim adiecerunt. Aliis in notis infra & ad calcem adjectis, si quid obscurius occurreret, quod explicatione indigeret, exponere curarunt. *Homilia in Evangelia*, aut minimum earum aliquæ, ut prius, quam Ezechielem Prophetam populo exponere Gregorius inciperet, habitæ fuerint, post istam tamen Ezechielis Expositionem hæc comparent, ob ordinem, quo in Sacrarum Scripturarum serie libris Veteris Testamenti Evangelia, & quicquid alias ad Novum pertinet, postponantur. Quanto autem hæc in pretio Homiliæ nunquam non habitæ fuerint, vel hinc liquere docent, quod omnes, una forsitan excepta aut altera, Divinis Officiis præ cæteris Sanctorum Patrum Homiliis jam olim infestæ repertiuntur, nec immerito, cum in iisdem, literalis sensus prius breviter exposito, sententiarum ad mores spectantium copia profudit uberrima; quin & fidei dogmata confirmantur, & adversus subsecutos præmuntantur hæreticos. Hæc totius primæ facies.

Secundus totius scripta Gregori hæc sunt *Apologice* accenseri merentur, *Librum* puta *Regula Pastoralis*; aut *Historicis*, nimirum *Dialogos*; aut *Dogmaticis & Canonicis*, *Registram* videlicet *Epistolaram*, quibus univèrsam pene Jus Canonicum continetur. *Pastoralem librum* scripsisse eum annotant. Benedictini, in ipso veluti Pontificalis muneris tyrocinio, ut Johanni Ravennati Episcopo responderet, amice eum reprehendenti, quod pastoralis curæ pondus fugere delitescendo voluerit; quos mores hodie rarissimos, olim frequentiores fuisse, simul observant, univèrsis fere pijs viris, ad officium pastorale postulatis, tantum onus, præ animi demissione summaque modestia, deprecantibus. Variis in hoc opere curando se editionibus usos addunt, præsertim Parisiensibus, quæ A. 1578 & altera 1574, Romæ seu

Vaticana Sixti V jussu adornata, atque aliis aut pene coarctis aut recentioribus, Parisiensi imprimis, quæ A. 1668 prodierit, opera Theologi Parisiensis, a quo collectas magna cura diversas lectiones ex antiquioribus manuscriptis cum suis convenire tantum non ubique animadvertent. *Dialogos* Gregorio, tanquam genuine auctori, sollicitè vindicant, scriptosque eos autumat anno 593 aut 594 Romæ, in Monasterio forte S. Andrea. Optimam opinionem de eisdem conceptam confirmare putant tot eorundem in alias linguas translationes, adeo ut & Arabica quædam in Bibliotheca Colbertina asservetur. Præterea in Bibliotheca Monasterii Lyra in Diocesi Ebroicensi, intidisse se narrant in codicem 500 annorum, eisdem *Dialogos* Gallicis rhythmis expressos continentem, prout & stricta oratione Latina descripti extant in Bibliotheca Gemeticensi. Sed ex his omnibus unicam tantum interpretationem Latino textui hæc addunt, Græcam, a Zacharia Pontifice confectam, quam multo emendatioram se exhibere profitentur, quam quidem a Gullanvillæo factam, qui ex Vaticanis editionibus omnes pene typographicos lapsus, etiam graviore, in suam transtulerit. *Epistolæ*, quæ totum in hoc tomo locum occupant, ante omnia laudantur a sua, qua polleant, præstantia; hinc, quantum in curando earum ordine concinnæ, & ad leges temporum, quibus singulæ scriptæ fuerint, restricto effecerint, manifestum Nostri reddunt, qui & summarias eorum inscriptiones accuratissimo studio se formasse, ac notis idoneis difficilia loca, quæ plurima sunt, illustrasse testantur. *Que de Servi servorum* titulo a Gregorio M. usurpato notant, nec indocta sunt, nec inelegantia, modo acrem exceperis censuram latam in Constantiores Magdeburgenses, quibus Benedictini succubant, quod *rejectione superstitioso Pontificis vocabula* Gregoriam se Servum nominasse scripserint. Notes Gullanvillæanas suis associant, hæc de istis ita statuunt: *se eas non reprobari quidem, sed nec pro ipsis spondere.* Ordinem epistolarum restitutum, post eorundem finem, argumentis peculiaribus demonstrant. Insuper & Geographicam earum divisionem subnectunt, eamque duplicem. Prior illas continet, quas non ultra sabitarum sibi, ut Metropolitanæ, regionum limites dicitur Gregorius; posterior alias omnes, quæ

tum

tum in Italiam, extra provincias Romano Episcopo Metropolitico jure subjectas, tum in reliquas Occidentis regiones, tum in Orientem missa sunt. Tacemus ordinem harum Epistoliarum antea vulgatarum ad novum hunc reductum, & ordinem restitutum cum antea vulgato comparatum; catalogum item eorum, ad quos scripsit S. Gregorius, & qui ad eundem scripserunt. Sed *Excerpta* penitus silentio involvere non possumus, quæ sub titulos certos regeſta ex Epistolis Gregorii coacervavit *Antonius Carafa*, Cardinalis, quæque integra heic apponuntur, prout id haud invitus tulit eorundem Collector Eminentissimus, pro ea caritate, quam rerum Ecclesiasticarum studioſis præſtare quemlibet debere postulat.

Tertius tomus a *Libro Sacramentorum* orditur, quem cæteris Gregorii operibus annumerant Editores, non, quod primus ille ejusdem parens fuerit (quandoquidem is superioribus etiam Pontificibus, maximeque Gelasio primo, debeatur) sed quod summa cura meliorem in formam eundem S. Doctor redegerit. Solliciti autem de eligendo, quem sequerentur, codice aut edito aut manu exarato, S. Eligii codice, ob Hugone Menardo evulgatum, notisque ac observationibus illustratum, & ob antiquitatem, & ob integritatem, cæteris omnibus duxerunt præferendum. In eo autem denuo sistendo, hanc curam adhibuerunt, ut, quoniam notas columnis singulis subjicere, propter nimiam plerarumque prolixitatem, integrum non erat, eas seorsim excusis numeris distinxerint, & in libro Sacramentorum singula, quæ in istis notis illustrantur & ornantur, totidem numeris in margine adscriptis indicarint. Quoniam vero post Menardum multi de rebus Liturgicis egregie scripserint, & in his Johannes Bona Cardinalis, Josephus Maria Thomafius, Johannes Fronto S. Genoveſæ Parisiensis Canonicus Regularis, Johannes Mabillonius, qui Liturgiam veterem Gallicanam e tenobris eruerit, & Edmundus Martene, in tribus voluminibus de ritibus Ecclesiæ, hanc, quæcumque ex eorum lucubrationibus colligere liceret a Menardo prætermiſſa, unde argumento præposito nonnihil lucis affigere posset, in notulis ad columnarum calcem attextis observare se curasse perhibent. Menardianis notis eas adjuſciunt, quos Angelus Roc-

Rocca Camers, Apostolici Sacraii praefectus, in librum Sacramentorum editionis Vaticanæ scripsit. Sed & peculiare huic libro Sacramentorum auctarium dederunt, Collectam nempe & alias Orationes in terræ motibus dicendas, quas, cum anno 1703 Italia & Roma ipsa horridis terrarum motibus quateretur, elucubravat hodiernus Pontifex *Clemens XI*, qui novam Gregorianorum operum editionem inscripserunt Nostri, & redivivum in Clemente Gregorium in dedicatione adumbrarunt. His subadunt *Benedictiones Episcopales*, quæ in codice S. Eligii desiderantur. Sequitur Gregorianus *Anaphorarius*, quæ in Missis emenda sunt, exhibens. At tandem *Liber Responsalis seu Officialis*, in quo Cursus Ecclesiasticus tam pro nocturnis quam pro diurnis horis in ordinem digestus continetur, ex veteri codice Compendiensi descriptus, subiungitur. Ita omnia fere, quæ ad rem factam pertinent, hæc collecta reperiri tradunt, excepto duntaxat *Lectionario*, quem librum addere non ausi sunt, tum quia cum S. Gregorio nemo tribuat, sed potius Hieronymo, & Damaso Papæ; tum quia jam non semel excusus sit, nimirum a Jacobo Pamelio, & longe emendatior a Stephano Baluzio. Et hæcenus recensita partem tomii tertii priorem conficiunt. In posteriori primo loco comparant *Expositiones in Librum I Regum*, circa quas nec iis assentiuntur, qui Gregorium pro vero indubitatoque earum parente habendum censeant, nec iis, qui ex operum Gregorianorum numero easdem penitus expungant; verum tertiam potius, & inter utramque fere mediam, sententiam eligunt, statuentes, Commentarium illum ex hemiliis a S. Gregorio habitis de libro primo Regum, collectum & consarcinatum esse a Claudio, ejus discipulo, postea monasterii Classensis Abbate. Sane ex ipsis Gregorii verbis ac sententiis collectum eundem dicunt, ita tamen, ut quandoque, labente forte memoria, Claudius de suo quædam supplere coactus fuerit, unde evenerit, ut Gregorius hunc factum pene repudiaret. *Expositionem in Canticum Cantarum* se, Petrus Gualtervillanus secutus, Gregorio olim adjudicasse fatebatur, nunc vero mutat sententiam, posteaquam in tot libros manu descriptos, tum Expositionis hujus, in quibus huc usque magna ex parte latitat, tum geminæ collectionis Paterna-

per, intridarunt. Similiter & Expositionem in *septem Psalmos penitenciales* dignam judicant, quae Gregorio M. potius vindicetur, quam Gregorio VII, cui eam tribuere Gullavillæus maluerit. *Concordiam quorundam septimanarum Sacra Scriptura*, quam Johannes Gilotius, cum ceteris S. Gregorii operibus, tam genuinis, quam spuris, ediderit Parisiis A. 1571, non adeo confidenter Gregorio vindicant, quoniam haud ire velint inficias, stylium ac doctrinam hujus Autoris, quicumque fuerit, Gregorium omnino reddere.

Denique in *quarto* tomo triplex ante omnia Gregorii M. *Vita* representatur; prima compendiose descripta, quae Paulo Diacono, Casinensi Monacho debetur; secunda Gregorii praefata gesta fusiori stylo exprimens, cujus autor *Jobannes Diaconus*, monasterii quoque Casinensis alumnus: tertiam Venerabilis *Bede*, quam *Arundel* reperit in Bibliotheca Collegii Mertonensis scripserit. Vir celeberrimus, Guilelmus Cave, non omissuri fuissent, nisi ex transmissis a Thoma Gale excerptis clare intellexissent, quod prius subodorabantur, hunc Bibliothecae Mertonensis codicem nihil aliud, quam Pauli lucubrationem exhibere. Aliam proinde tertio loco vitam S. Gregorii haec exhibent, quam propria industria, ex ipsius praefertim operibus erueunt atque adornant, & jam anno superioris seculi nonagesimo octavo Gallice publicaverunt, nunc vero eandem Latine versam deus haec exhibent, ut brevior, nec servato semper Gallicae editionis ordine. Haec libris quatuor absolvitur, in quorum *primo*, historiam Gregorii ab ortu ejus ad summum usque Pontificatum complexa, patrem ejus *Gordianum* nominant, Senatorii ordinis Virum nobilissimum & ditissimum, unum ex septem Diaconis Cardinalibus, qui dicti fuerint Regionarii, quod certis urbis Romae regionibus praeficerentur; matrem *Silviam*, quae mundo valedicens (utrum viro demortuo, an adhuc superflite, incertum,) juxta portam basilicam S. Pauli Apostoli secessum sibi delagerit. Majores inter ejus Felicem Papam referunt, & amitas nuncupant Sanctas Tharsillam & Africanam. Nativitatis annum, conjecturis potius, quam rationum, momentis ducti, statuant 340. Qualia ejus studia, aut quibus Praeceptores fuerint, penitus ignorari fatentur. Aetologiam tamen

men divinantem, aliasque curiosas & periculosas artes, cum nunquam sectatum esse probant. Quas autem Johannes Sarisburiensis perhibet, cum non solum Mathesin ab aula sperdenda iussisse, sed etiam Bibliothecae Palatinae, in cuius archivis recondebantur omnium disciplinarum libri, zelo intempestivo ignem adhaesivisse, ut major esset Sacrae Scripturae autoritas, & in ea legenda flagrantius studium, id plane inter nugas & aniles fabulas rejiciunt. Hinc quomodo Praetor urbis factus sit, & Monachum post induerit A. 575, cum quadragenario quinque annis esset minor, enarrant, Baroniumque refutant, quod monastici illius instituti auctorem constituit S. Equitium, cum potius S. Benedictus nominandus veniat, idque multis rationibus evictum dare laborant. Diaconatus officio functus dicitur sub Pelagio II summo Pontifice, qui cum Constantinopolim migrare jussisset, ut in urbe, totius Imperii sede, negotiis Ecclesiasticis curam & sollicitudinem impenderet; ubi inter alia laudabiliter gesta novam oppressit Eutychianam haeresin, librosque Monachum elucubrant, filium etiam Imperatoris Mauricii e lavacro sacro suscepit. Romam reversus Abbat in monasterio suo officium gessit, Pelagiusque cum sibi adiutorem adhibuit in scribendis epistolis. Ipse autem peste sublati, in ejus locum summus Pontifex est declaratus A. 590. Ut autem, ob praesentissima Ecclesiae mala, Pontificatu se abdicare plus vice simplici in animo votisque habuerit, adiutorem tamen expertus Deum, ab initio libri *secundi*, quatuor priores Pontificatus ejus annos perlustrantis, schismaticos Italiam turbantes coercuisse, Longobardos ad fidem Catholicam perduxisse, Gothos Ecclesiae reconciliaisse, Anglos Christianis praeceptis imbuisse & sacro lavacro tinxisse, Donatistas in Africa tumultuantes repressisse, Aynoetas aliosque in Oriente haereticos debellasse, & plura ac maxima intra paucorum annorum spatium praestitisse perhibetur, ut jure omnium gentium consensu *Magni* cognomen sit consecutus. Inter virtutes ejus primarias humilitas summa, caritasque & constantia valde celebrantur. Episcoporum quoque rigidus, sed sui maxime, vocatus censor. Post varia ejus negotia in primis Pontificatus sui annis gesta, mox sub initium libri *terti* ejus acta adversus Patriarchas Constantinopolitanos, *Or-*

omnibus sibi arrogantes, commemorantur. Hinc de
 missio ab eodem in Angliam *Augustino*, qui baptizaverit decem
 Anglorum millia, prolixè dicitur, sententiaque de Gregorio S.
 Benedicti legibus adstricto denuo defenditur. Fabulam de *anima*
Traiani S. Gregorii precibus ex inferno liberata, Nostri multis ar-
 gumentis explodunt, & post enarratas ejus curas pro Ecclesia,
 quæspationes in libro *quarto*, quicquid superest historię vitæque
 S. Gregorij, exhibent; ac præter alia, in sententia de usu & cultu
 sacrarum imaginum, ab Ecclesiæ doctrina nunc receptæ eam quo-
 quo modo abiisse, inficiari conantur. Tandem laboribus non mi-
 nus, quam continuis morbis absumentum, obiisse referunt IV Idus
 Martij, A. C. 604. His ita fuscè satis deductis, in altera tōmi
 hujus parte, *Expositionem* repetunt *Veneris S. Noveri Testamenti*, &
 S. Patris; Gregorij M: discipulo, hæc ipso autore ac hortatore
 acceptam & absolutam. E tribus, quibus istarum consistit partibus,
 unicam duntaxat publicam hætenus asposuisse lucem tradunt, ni-
 mirum priorem in Veteri Testamento, posteriore: id idem Testa-
 mentum Vetus, & tertiæ Novi Testamenti Expositionem, conti-
 nente, in Bibliothecarum huc usque pulvere latitantibus de-
 scendentibus. Etenim quæ sub Patris nomine impressa extat Novi
 Testamenti expositio, hæc ipse hæud esse probant, *Aluise*
 potius eandem vindicantes. Sed interim Patris & secundam &
 tertiam partem genuinam in idoneo MSto reperisse, & nunc pri-
 mitus in apertum protrahere testantur, & utraque hæc parte abso-
 luta, & idem *Aluise*, quam diximus, Expositionem Novi Testa-
 menti integram hæc duntaxat

**GEORGII FRIEDERICI FRANCKE DE FRANKEN-
 NAU MEd. DCC. P. P. Anastasij**

Hafnia, typis Reg. Maj. & Universit. Typogr. 1797, in quo
 Constat in plag.

A Nastroscos vocabulum Antiquitati satis quidem cognitum.
 Ac primis Artis Restauratoribus nominatenus non invisum,
 quod rem tamen atque modum, per omnia forte non adeo pla-
 D d d i

num ac perspectum fuit: Illis enim temporibus fimebatur tantum in sensu pathologico, pro osculi venæ vel etiam arteriæ laxatione & apertione, per quam sanguis effundebatur, & inter fluxus sanguinei reponebatur differentias. Alii intelligi simili possit hanc putabant vocem non tantum de sanguinis, sed & lymphæ, chyli, alteriusve humoris per hiantia vasorum oscula effluxu. Naturæ tamen magis atque commodiori significatione nominant Recentiores Anastomosin mutuan certamque venarum & artiarum communicationem, per oscula seu parvos meatus, vel rectius in osculationem. Tacemus enim illam vocis acceptionem, quæ vasa similia inter se communicantur, ut videre est inter hepatis vasa, venas uteri, hujusve arterias, vasa anteriora ab umbilico versus chorion tendentia, ramos venarum mammariarum, arterias cordis, venas coronarias, vasa cordis in embryone, venas jugulares, arterias carotides, arterias medullæ spinalis, venas mesentericas ramos, terram vel stomachi vasa, inter venam furalem & ischiuram majorem, tubulos lacteos mammarum, nervos brachiales, ductus epaticos aquosos & venas lacteos, ductus adiposos &c. Venarum igitur Anastomosin vasorum retecturus Clarissimus Autor, Medicus non solum allegat, qui eandem ægunt, verum etiam eorum addit authoritatem, qui pro ea militat. Palmarium Autoris nostri argumentum & experimentum, pro stabilienda Anastomosi arteriarum inter & venas, in eo consistit, quod in canis aut caniculi arteriæ magis truncum lac, equam, vel aliam tenuem liquoris coloris quoddam tinctum immittat per siphonem; unde omnia viscera totumque genus arteriosum eodem implentur, atque cito, absque intumescencia partium, quam quidam supponunt, per venas redeat, ex dextro cordis thalamo pulmonis habeat, & ex his per cordis sinistram cavitatem & arteriam aënam transeat. Hocque phænomenon, quoad vasorum horum communicationem, in peculiaribus corporis partibus, ut in capite, pulmonibus, aspera arteria, hepate, renibus, testiculis, & utero frequenter apparet. Ad hæc provocat ad legem generationis & primam formationem, cum arteriæ & venæ ex parte regenerentur, & modus indicetur, quo sanguis ex arteria repens reflecta possit ad latera protrudere particulas quasdam ramosis, & ad motum

minus aptas, quæ sibi invicem implicitæ forment ibidem rudimentum alicujus tunicæ, quæ arteriolæ nomen mereatur; & sanguis in cursu offendens aliquod impedimentum, non possit refluxi, sed particulis ramosis ad latera iterum projectis rudimentum ibidem producat alicujus venæ. Cui pariter sententiæ non parum roboris accedere confidit ex phænomeno, quod morbos, in-
 ediamve perpeffis, aut magnis corporis exercitiis defatigatis, obvenire solet, siquidem tunc pinguedo seu adipis materia in cavitatibus pulpæ suæ membranosæ asservata vicissim resorbetur, ac massæ sanguinæ denso commiscetur, haud secus, ac quotidie videmus, humorem serosum aut hydropicorum aquam carnosarum partium poros in anasarca vel ascite præter modum opplentem, aut sponte aut post data hydragoga a venis resorberi, sicque modo per alvum, modo per vias eliminari urinarias. In additamentis denique locum subdit e vegetabilium classe exemplum, actum, nimirum illum, quem inoculationem vocant; ubi furculi inserti & late crescunt, & utiliter propagantur, facta prius stipitis certa apertione, deinde scuti, ut appellant, insertione, atque debita demum ligatura. Sed ad adversarios revertitur Noster, eorumque argumenta ponderat, quæ inter illud, quod ab *autoψία* petitur, nullum habere pondus existimat, cum negativa non procedat argumentatio: Ego non vidi, ergo non datur; quin ad propriam & Leeuwenhoekii provocat *autoψίαν*, ubi mediantibus microscopiis, anastomoses ejusmodi in tenerioris anguillæ caudæ pinna clare viderint. Ad *Marci Aurelii Severini* argumentum, debere nempe uniones tales vasorum patere post mortem, & sectionis cultri Anatomici opera investigari, respondet, non confundendos esse status secundum & præter naturam. In cadaveribus enim rimæ aut oscula obliterantur facile a materia viscida & tenaci, ut visum effugiant, & omnia flaccida supra se invicem recumbunt, fibrillarumque a se invicem nonnihil distantes nunc accedunt propius, & oscula elaudunt. Quæ conditio in vasorum finibus observatur, uti in reliquis diversa temperie præditis subjectis, ita & in sanguineis & phlegmaticis, carnes habentibus turgidas, porosas, laxumque habitum, in quibus summe conspicuas debere tales esse continuitates existimaverat *Georgius Ernestus Stahl*; cum quo tamen in eo

consentit Autor Clarissimus, quod ex decremento eximio & ar-
 ctatione musculosarum partium mille nascantur incommoda, ob-
 structiones, stases & corruptiones in illis locis. Contra *Johan-*
nem Alphonsum Borellum, qui intermediam spongiosam su stan-
 tiam carni, viscerum, &c. sensim debilitari, amitti, atque lan-
 guere in extermorum angustis vim impulsivam, motumque san-
 guinis, nec semper venularum officia, quarum consistentia mollis
 & lubrica est, non dura & ossea, permanere dilatata & aperta; san-
 guinem vero a capillaribus venis exugi, & attrahi existimat, disputa-
 tans, negat omne interstitium vel intermediam mollem aut fi-
 brosam partium substantiam; concedit vero sanguinem in remotis
 a suo principio canalibus multum a celeritate motus quidem remitte-
 re, nullo autem modo sedari; & in statu naturali vigere totum
 viscerum, ac juxta fibrarum motricium in musculis actio-
 nem adstruit; suctionem autem & attractionem venarum capil-
 larium, utpote diu explosam, recoqui ab eodem miratur. Nec
 metuit ruptionem nimiamque venarum dilatationem a sanguinis
 motu violento in arteriis liberoque in venas influxu; siquidem
 motus sanguinis in extremis remittit, & vasorum rotunditati de-
 bitum ad resistendum robur inest. Quod autem *Regnerus de*
Gruaff, *Jobannes Bobnius* & *Petrus Dionis* regerant, nullum san-
 guinem testiculorum parenchyma, venularum extremitates, aliasve
 vias difficiles ingressurum, si vasa unirentur, sed qua data porta
 ruere, quotiescunque patentiore & commodiore invenit; con-
 siderandum esse putat Autor Noster, quod vasa ordinarie humore
 suo turgeant, motoque uno principio moveatur statim & alte-
 ram ob contiguitatem, pateantque summa aequae oscula indifferen-
 ter deorsum propulso sanguini certo respectu in testibus, visceri-
 bus, & glandulis ac artuum extremis, aliisque corporis partibus.
 Quae vero in contrarium producuntur experimenta, tanquam a
 violenta manu producta rejicit. Sed maximus adhuc, isque duris-
 simus superest nodus solvendus; fundatus partim in nutritione
 & accretione, partim secretionem humorum, cum quibus vasorum
 continuitas & immediatus per ea fluxus sanguinis, secundum
Borellum, *Bobnium*, *Ortelobium*, *Smblium* aliosque stare nequit.
 Nutritionis equidem negotium & augmentum partium hoc modo

sibi

sibi concipit Noster. Scilicet globuli sanguinis, quamdiu in vasis feruntur amplioribus, majorem diametrum, capacitatem atque expandendi vim obtinent, quæ sensim minuitur & decrescit in vasis minoribus, ita ut ex uno tres, quinque vel sex tandem fiant circa extremitates, certisque rationibus consistant plurimum ex aeris bulis rarefactis, serosas simul nutritias chylosasque arripientibus particulas, cordis impulsu & jugi respiratione huc vectas, parietibusque, quamdiu molliores & cedere adhuc sunt aptæ arteriarum tunice, id quod laudabile est nutriendis & augendis partibus assimilent: quamdiu vero accrescente ætate factæ rigidiores debitumque naturæ incrementum expansioni particularum sanguinis resistunt, motumque per eas unice & sic cum calore conservant vitam. Quoad secretionem vero existimat, per ipsa immediate hiantia anastomosis lege in arterias & venas sequæ mutuo respicientia tunicarum oscula, diversimodè constructa ac figurata, omnes depurationes & secretiones fluidorum contingere, & ubi tales sunt, membranas seu tunicas, quamvis subtilissimas, simul adesse, omnesque eadem muniri glandulas ac musculos. Magna enim inter membranas vasorum datur differentia, dum alia est retiformis & vasculosa, qualis est vasorum externa; alia glandulosa, alteri succedens, quæ, quando ad glandulas pervenit, easque includit, subjicit in plerisque membranæ adeo firmiter adhæret, ut sæpe non sine dilaceratione ab ea separari possit; alia muscularis; alia tenuissima & fere tantum membranacea, aut nervea; hæcque, Autore judice, illa videtur esse, quæ immediate tegit, ac unit utriusque generis vasa sanguivaha, & reliquis solum a sero venientibus sanguinis particulis, præterquam rubris, transitum ob certam pororum constitutionem, more diapedesis concedit. Quibus positis sponte patet, usum Anastomosis esse, ut sanguinis motus reciprocus ejusque circuitus expeditior per totum fieri possit corpus, & ut totum corpus alatur, in statu suo conservetur, & ut varix in diversis organis procedant fluidorum separationes atque sequestrationes ab universali illo fluido microcosmico purpureo.

VAL.

^{III.}
VAL. ERN. LOESCHERI D. DE CAUSIS
Lingua Ebraea Libri III.

Lipsiæ, apud Hæredes Grossianos, 1706. 4.

Constant 2. Alphas. plag. 20. & 2. Tab. fig. æn.

Dudum est, quod Auctor Celeberrimus libri præsentis de Ebrææ linguæ visceribus & genio accuratius meditari cœpit, qua de re edito etiam probuleumate quodam Orbem eruditum ante duos hos annos monuit. Fructus igitur meditationum suarum nunc eo lubentius cum literaria Republica communicat, quo magis se & divini honoris publicique commodi studio, & pollicitationibus vanis eo adstringi norat. Credit ille, maximam hominum partem, vel falsos, vel mancos saltem ac perobscuros, circa Ebræam linguam conceptus habere, quando vel ad modulum Europæarum linguarum eandem metiuntur, vel ultra Rabbinos sapere religioni sibi ducunt, vel Philologorum quorundam auctoritate decepti, eandem ambiguam, jejunam, strigosam & plane tanto nomine indignam esse sentiunt. Has ille causas affert, cur in excolendo Ebraismo, longe minores progressus & nostra & majorum nostrorum ætas fecerit, quam in Græco Latinoque idiomate, cur anomaliis plena sint omnia, & in sacra etiam exegefi defectus isti sentiantur. Cui rei ut eat obviam, novam dignioremque Ebræi sermonis ideam suppeditat, perpensis ejusdem causis, unde & inscriptio libri ad causas istas respicit. Monet igitur, ut de Ebræa lingua nihil concipiamus, quod indignum sit lingua ex penentralibus Orientis petita, eaque antiquissima, peculiari Numinis ductu conservata gubernataque, ad sanctissimos fines Divinitus adaptata, & emphasium vivacissimarum plenissima.

Hoc consilio usus, postquam in Præfatione ea super re multa monuisset, atque inter alia observasset, eos, qui utilibus libris scribendis augendæque rei literariæ incumbunt, septem præsertim scopos habere præfixos, ut vel *origines rerum* incomperitas indagent, vel *data* certissima constituent, eorumque adeo numerum augeant, vel doctrinas hæctenus rudi stylo delineatas ad *subtilitates*, quæ frugi sunt, elevent, vel *scrupulos* hæctenus non-

dum

dum sublato e medio tollant, vel *Ideas* rerum accuratiores constituent aptiusque disponant, vel voces, formulas *terminosque*, quos vocant, omnium ætatum, gentium sectarumque, circa unam eandemque rem usurpatos colligant ac illustrent, vel *exotericam*, saltem rerum *notitiam*, circa historiam, libros de iisdem scriptos, varias opiniones &c. augeant, (quod quidem postremo inter ista loco habendum,) vel plura horum aut, si fieri possit, omnia simul libro recens scripto promoveant; hæc, inquam, & alia quædam ubi observasset, *Libro I* externas, quas nominant, Ebraismi causas indagat, & primo loco, quæ ad efficientem redundant. Quare Cap. I de ortu hujus linguæ sigillatim agit, atque in eodem characteres divinos agnoscit; Cap. II de quæstione, quænam primæva lingua sit? generatim differens, Cap. III hanc prærogativam argumentis partim novis, partim denuo expoliis, Ebraicæ linguæ vindicat, interque alia Punica Plauti nova ratione explicat, ac Stephani Morini inventum de Phœnicis, gente a Cananæis discreta & longe his meliori, refellit. Hinc Cap. IV de iis, quas vulgo hodie Chaldaicam & Syriacam appellamus, linguis e rerum fontibus anquirat, docetque, istam nihil esse aliud quam Judæorum in Chaldæa habitantium sermonem, hanc vero dialectum esse, post reditum Judæorum ex carceribus Babylonicis exortam, antiquam denique Chaldaicam ac Syriacam linguas, (quarum rudera colliguntur) dudum intercidisse. His expositis, Historiam Ebraismi aggreditur quatuor capitibus. Et Cap. quidem V eandem ad Christum usque natum producit, observans inter alia, potissimas vocum Ebræarum formas in nominibus Patriarcharum, qui ante cataclysmum vixerunt, superesse; Zabiorum plane non tam casam, quam creditur, esse ætatem; passam esse Ebræam linguam a Mosis usque ætate aliquot commutationes, & suas quasi periodos habere; fabulis proxima esse, quæ de Synagoga Magna Canonis Biblici custode vulgo traduntur. Capite VII (nam sextum ob numerorum sphalma deest) Historia ista per Christi atque Apostolorum tempora protrahitur, notaturque præ ceteris, quam memorabile inter Judæos Hierosolymitanos, Babylonicos & Hellenistas, qua linguam & studiorum genera, discrimen fuerit; quod Philo Ebraismi mire imperitus fuerit; quod

p. 31.
38.

49.
58.

62. sq.
69.

72. sq.

- p. 78.
86. sq. Judæi circa fontium Ebræorum studium, Christo in terris dege-
te, negligentissimi fuerint; quin & rudera linguæ Neo-Ebrææ,
sive Hierosolymitanæ, qua Christus usus est, p. 75 colliguntur.
Eadem Historia per Patrum secula ad nos usque producitur Cap.
VIII, ac præsertim de manca eruditione Ebrææ Hieronymi, tum de
ortu dialecti Rabbiniçæ, recensitis Rabbînorum antiquissimis scri-
ptis, scholis & conatibus, de negligentia Christiani Orbis antiqui
circa fontes, de collapsa inter Judæos Ebraismi peritia differitur.
Addit Cap. IX Historiam restitutionis Ebrææ linguæ, ubi præser-
tim Capnionis, Bombergii, & Münsteri labores exponuntur, ac
præterea Germanos in restauranda eadem palmam omnibus præ-
ripuisse, ostenditur. Inde Cap. X de Ebraismi, ut hodie tractatur,
defectibus sermo est, nempe de radicum defectu, vocum & phra-
sium amphibolia, anomalia insigni, &c. tum de restaurandi con-
siliis, quo loco Forsteri, Bohlii, Gussæti & Neumannii conatus per-
vestigantur. Suppeditat porro Auctor Cap. XI Grammaticarum
Ebræarum Historiam, ac præsertim Eliæ Levitzæ, Capnionis, Ca-
pionis, Pagnini & Spinosæ Grammaticas examinat, vitia nazvo-
que libellorum Grammaticorum vulgariarum recenset, deque eorun-
dem emendatione mentem suam declarat. Geminus labor
est Cap. XII circa Historiam Lexicorum Ebræorum, ubi cum pri-
mis de rarissimo Jul. Coar. Ottonis Lexico disquiri, nec minus
Lexicorum defectus, ac qua ratione corrigi illi possint, enarrat.
Hostes Ebraismi subjungit Cap. XIII, Cappellum, Morinum, Spi-
nosam, Meibomium, &c. præ cæteris vero Meibonii emendationes
Biblicas sub incudem revocat. Hactenus de efficiendi causa. *Fines*
Ebraismi interpretatur Auctor Cap. XIV, nimirum mysteriorum
exquisitam declarationem & conservationem, piorum animi mo-
tuum excitationem, atque id genus alia, monens, in voce *TRIN*
mysterium Trinitatis & Incarnationis peculiari ratione adumbrat-
um esse. Quo spectat & Cap. XV, vestigia Divinæ epique sin-
gularis circa Ebraismum providentiæ exponens.

Qui secundus ordine Liber est, materiam linguæ accuratius pervestigat. Nam Cap. I de veris Ebræorum literis cum omni adversariorum genere Auctor decertat, eoque pacto ad Samaritanos dilabitur nummos, quorum copiam aliquam ex Kiechero,

Hot-

Höttingero, Morino, Relandæ aliisque in Tabula sistit, ancipites
 literarum Samaritanarum formas ad aliquot classes reducit, num-
 mosque ipsos interpretatur: porro varias Ebræorum literas ex ma-
 nuscriptis, Rabano Mauro, Balmesio, & nummis colligit, easque
 in alia Tabula cum Samaritanis, Syris, Arabicis, Æthiopicis, Ægy-
 ptiis, Græcis, Latinis, Marcomannicis, Gothicis & Runicis con-
 tendit, atque ad oculum demonstrat, has omnes ex Ebræis, si
 ad pristinam simplicitatem reducantur, revera ortas, ac præsertim
 Samaritanas ex sola earum tachygraphia prodire. Antiquissimas
 igitur Ebræorum literas paulo rudiores, quam nostras, facit, ita ut
 v. gr. Aleph sit linea ad perpendicularum posita, una aut duabus
 notulis ad latera, discriminis ergo, aucta. Literarum quoque pro-
 nuntiationem in aprico ponit. Dehinc Cap. II interiora litera-
 rum pandit, in earundem ordine mira quædam observat, valo-
 remque illarum & emphasin ut detegat, omnem impendit ope-
 ram. Hinc Cap. III de vera punctorum origine disputat, omnem
 movens lapidem, ut eorundem antiquitatem in luce ponat; ubi
 Stephani præsertim Morini recentia contra eam argumenta dissol-
 vit, ejusque hypothesin de פֿוֹרְטוֹן Ebræorum vocalibus labe-
 facit. Interiora vero & reconditam vocalium indolem Cap. IV
 eruit, consideratq; generis vocalium quarumvis, nominibus earum
 penes Ebræos & pronuntiatione, regalis quoque punctorum
 ad paucos & genuinos fontes reductis. Accentus vindicantur Cap.
 V contra contentores, eorumque doctrina in ordinem succincte
 redigitur. Caput VI tractat de radicibus, & variis earum
 generibus, de vocibus Ebræis omnium maxime primigeniis &
 biliteris, quas Auctor *semina* vocat, de vocabulis ab uno semine
 oriundis, ex quorum copia *familiam* construit, & in justum or-
 dinem disponit, easque hypothesin argumentis quamplurimis
 fulcit, & seminum istorum rudera in aliis etiam linguis commo-
 strat. Atque hujus generis plura, recondita equidem, Cap. VII,
 quod de interiori Verborum natura agit, produntur, quippe de
 Conjugationum & Temporum certa ac adæquata significatione,
 præsertim vs Hiphil & Futuri, x. v. א. Nomina aliasque voces
 Caput VIII considerat, monetque, gradus dictionum apud Ebræos
 dari, unam altera in significando perfectiorem esse; ubi & omnes

p. 201.
 224.
 207. sq.
 225. sq.
 242. sq.
 250. sq.
 294.
 297.
 304.
 309. 315.
 325. sq.
 363. sq.
 370.

p. 428.

vocum formæ, earumque peculiaris significandi ratio, adeoque omnis linguæ apparatus exhibetur. De particulis & præfixis agit Caput IX, quarum singulæ ex intimo linguæ recessu explanantur. Phrasæ Ebræas in ordinem redigit Caput X, idemque de Idiotismis & Dialectis tractat, quo loco de ritualibus verbis antiquitatis rudera feliciter experimentibus, sermo est. De Syntaxi vero & Poësi nonnulla Cap. XI subnectuntur.

- Superest *tertius Liber*, maxime quidem necessarius, qui de *forma* Ebraismi nos facit certiores. Atque adeo Cap. I exterior sive Masoretica linguæ, & cumprimis Bibliorum sacrorum forma traditur, ac sanioris Criticæ, quæ varias lectiones examinat, regulæ concinnantur. Hinc de analogia Ebraismi, venisque consiliis anomaliam removendi, disseritur, quo loco non inutiles dantur observationes de discrimine significationis rudis, perfectæ & prævalentis, quod ingentem dubiorum vim tollit. Emphasis explicatur Cap. III, eaque duplex, subministratis etiam, ad eandem detegendam, subsidiis: sanctitas & castitas ejusdem. Cap. IV, quo loco & notatur, Ebrææ linguæ idiotismos ad virtutes varias inclinare, ac quasi manu ducere, & loca Biblica, quæ obscœna credebantur, ab hac labe purgantur. Comonstrantur etiam rudera Physicæ & Antiquitatis in Ebræo sermone latentia. Cap. V, v. gr. ex aromatum, animalium &c. nominibus, quæ sunt balsamum, camelus. Tandem Cap. VI simplicitas, opulentia & elegantia linguæ probatur: præjudicia, quæ eandem lædunt, varia Cap. VII refecantur, explosis etiam quorundam recentiorum manipulis stramineis ex vulpeculis Simsonianis, & agmine recentium militum ex maxilla afini confectis. Claudis librorum specimen. Originum Ebræarum, vel Lexici perfectioris, quod Auctor pollicetur, constans familiis vocum, quas semina \aleph & \beth gignunt, ubi cumprimis de Gade veterum multa memorata digna leguntur.

Ne propius hujus operæ specimena nobis desit, præcula hæc enotamus. De Vau conversivo, ut vulgo nominatur, memorat Auctor p. 433, illud rectius continuativum dici, si ita liceret loqui; revera enim actionem & retro & post tempus, cujus formam verbum, cui præfigitur, gerit, producens, adeoque hæc veram ejus signi-

significationem esse, quod fiat aliquid, factum & futurum sit; ad quod vero tempus inter transferendum potissimum respici debeat, id ex circumstantiis esse colligendum. Inter dicta Biblica ab obscenitate vindicata, locus etiam Jobi cap. XL, 12. occurrit, ad quem Auctor observat, vocem **תולד** male vulgo de testiculis explicari, totamque istam sententiam ad Priapeja trahi; ex usâ vero Biblico & analogia constare, quod ea ipsa nihil aliud indicet, quam rem, quæ terrorem contineat & incutiat, exponendamque adeo esse de oculis, naribus aliisque partibus **וְבַחֲמוֹת**, quibus dissentis ac furentibus pavorem aliis incutit.

Cæterum, cum in hoc libro multa, si de externa specie judices, paradoxorum loco videantur habenda, aut novitatis solum gratia inventa videri possint, voluit Auctor celeberrimus, vel nostra hac voce, eruditam Republicam interpellari, ne tali ingenio scripsisse credatur. Veritatem sibi supremam legem positam voluit, testatusque est, nihil se scripsisse ea de causa, ut novum quid & singulare dicatur invenisse, sed in omni hoc negotio, quæ post sedulam perquisitionem vera videbantur, sive nova fuerint, sive vetera, literis consignasse. Doctos vero omnium ordinum rogatus vult, ut suis illum monitis amice instruant, sicubi aberrasse a janua videatur, quippe nullis non salutaribus documentis locum daturus.

COMPENDIUM HISTORIÆ PHILOSOPHICÆ
uniquæ sive PHILOSOPHUMENA, qua sub ORIGENIS nomine circumferuntur, edita primum ex codice Bibliotheca Medicea a JACOBO GRONOVIO, Viro Clarissimo, in Thesaurò Antiquitatum Græcarum Tomo X; jam vero recognita & notis uberioribus illustrata, passimque correctâ a M. JOHANNES CHRISTOPHORO WOLFIO.

Hamburgi, apud Christianum Liebezeit, 1706, in 8.
 Constat plag. 17.

Presentis tractatus jam semel a nobis injecta est mentio, cum in decimo Antiquitatum Græcarum, quas indefessè Clarissimi
 E e e 3 Gra-

Gronovii industriae Orbis Literatus debet, recensendo versarem me. Ut repetita vice idem commemoremus scriptum, repetita efficit editio, quae non sine ratione quamplurimis, interque eos Editori Clarissimo, visa est necessaria. Recte enim is judicavit, utilitatem ex eo non vulgarem ad plures redundaturam esse, quae ad paucos perveniret, quamdiu in eo delitesceret Thesaurus, cui comparando plerorumque huic studiorum generi operam navantium, facultates vix responderent. In hoc consilio confirmatum se sensit, cum perpicere, copiam sibi factum iri, Latinam Clarissimi Gronovii versionem nonnullis in locis emendandi, Graecum item contextum ex probabili conjecturarum fide nunc restituendi, nunc adversus fallaces aliorum suspiciones vindicandi; cuius rei vestigia & exempla in praefatione adducta legere licebit. Sic ut unum inde repetamus, assertionique faciamus fidem, meminisse juvat loci, quae exstat cap. XXI p. 147, ubi Stoici dicuntur statuisse ἀνάστασις εἶναι καὶ πᾶσι ψυχῶν πάντων. Hæc de resurrectione accepit Clarissimus Gronovius, mentemque suam Latina versione expressit, quam ab Auctore libri ejusque instituto maxime alienam esse in notis inde evincitur, quod in verbis proxime antecedentibus negata a Stoicis corporum penetratio commemoratur, quae fidem faciat, sequentia verba de *resurrectio* corporum omnino interpretanda esse, licet ista notio Græcæ voci a Scriptoribus, quod non diffidetur Editor, raro subjiciatur. Alia quoque causa adductus est Editor, ut novam præstantissimi monumenti editionem curaret. Vidit enim Viris quibusdam eruditis, qui ex Manuscripto Antiquo hujus testimonia nonnunquam in partes suas venterat, nomineque *Menaio*, a Clarissimo Gronovio in adspexis notis subinde injuriam factam esse, quam ut ab illis amoliretur, nulli pepercit industriae. Cum igitur animo constitutum haberet, libellum novis curis recognitum antiquitatis studiosis exhibere, rationes suas ita instituit, ut Latinam Gronovii versionem retineret integram & illibatam, si quæ verò in ea desideraret, ea notis modeste excutienda reservaret. Græcum contextum, quem Clarissimus Gronovius una serie exprimi curaverat, certis distinctum capitibus exhibuit, ut vel sic Lectorum consuleret commoditati, usumque libelli faciliorem redderet. Ut autem Lector eo rectius de Gronovii versio-

me

ne & sententia iudicium formare possit, notas Viri Clarissimi integras in calce addidit, consilio laudis pleno & ab eorum institutis alieno, qui in reddendis aliorum scriptis, vel supercilioso alieni laboris contemptu, vel supina negligentia adducti, notas aliorum, de suis tantum solliciti, omittunt. Præfationem Gronovii non adiecit, forte quod maximam ejus partem, saltem quæ ad institutum faceret, insertam præfationi ad examen revocavit. In illa enim, fuscè inquit in Auctorem libelli, cumque Clarissimus Gronovius, variis rationum præfidiis innixus, sectum hunc Origeniano ingenio, cui acceptus a multis usque non ineptis harum rerum iudiciis ferebatur, vindicare conatus esset, operæ pretium sibi facturus visus est, si ostenderet, parum illi tribuendum esse, & in eorum potius acquiescendum sententia, qui dubium incertumque esse scriptorem, modeste & animo ab omni arrogantis suspitione libero faterentur. De qua incertitudine ut eo Inculentius Lectori constaret, varias eruditorum de scriptore libri sententias recensuit, quorum alij inter *οὐκ ἴστωσι* Origenis scripta illud numerarunt, ut Leo Allatius de Scriptis Socratis p. 168, Huetius in Origenianis lib. III §. II, Colomel. in Observat. Sacr. p. 232, Spencerus de Legibus Ebraeorum ritualibus p. 1029 edit. Anglic. Galeus in Notis ad Hermianam p. 213 edit. Oxon. Fr. Redi lib. de Insectis, & Cavenus in Hist. Litter. Part. II p. 31, quem in eo falli patat Editor, quod *οὐκ ἴστωσι* hæc a libro contra sectas & hæreses, qui sub Origenis nomine laudari solet, distinxerit. Addi his debet Menagius & Dupinns, quorum ille in loco notarum ad Diog. Laertium non uno, hic in Responsione Tome VI Bibliothecæ novæ sabiontæ; Origeni libellum adscribere veretur. Sunt tamen alij, qui germanum Patris hujus monumentum habuisse censendi sunt, cum si b ejus nomine, nulla dubitationis nota adjecta, allegarint. Hi sunt Hoffmannus & Pearsonius, quorum testimonii causam suam præmutavit Gronovius. His Editor adjungit Gyraldum in variis Operum suorum locis Compendii hujus Philosophici testimonii usum, Lloydium item Gyraldi vestigia secutum, Alex. Momm in notis ad quosdam N. T. loca, & Mabillonium p. 186 Itineris Italici. Huetius de suppositione Origeni facta certus, Epiphanium habet auctorem, hoc adductus argumento, quod iste Episcopi munere functus, de quo hæresibus

bus alibi commentatus fuerit, quo utroque charactere *φιλοσο-
Φημίων* Scriptorem præfatio libelli designet. Sed huic argumen-
to nervus inciditur ab Editore §. 5 præfationis, ipsaque Huetii
opinio vel inde falsitatis convincitur, quod Epiphanius, in variis
Historiæ Philosophicæ capitibus, diversum a Philosophumennon con-
ditore sentiat. Galeum præter rationem Aëtio librum adscripsisse,
ostenditur §. 7. Nec aliter de Gronovii, Origeni scriptura vindican-
tis, opinione statuendum esse, §. 8 & sequentibus Editor disputat.
Has autem sententiæ suæ rationes attulit Gronovius, quod codex
manuscriptus Origenis nomen præ se ferat, quod idem optimæ
omnino notæ sit, idque constare putat tum ex ejus raritate, alio-
rumque exemplorum defectu, tum ex accurata profus librarii
in describendo probata diligentia: tertii argumenti vicem obit
scribendi ratio, quam Origenianam profus esse, sibi persuadet:
sed non minus ista loca ab Editore examinantur, nihilque Orige-
niani sapere existimantur, & quam ante laudatis rationum momentis
parum subit roboris, ostenditur. Istis ita disputatis, nihil de impe-
dito hoc & difficultatum pleno negotio desinit Editor, sed totum
Lectori dijudicandum relinquit. Quod jam ad ipsum librum atti-
net, Auctoris institutum fuit, duabus eum absolvere partibus, que-
rum altera potiora sectarum placita percenseret, altera in derivan-
dis inde hæreticorum erroribus, qui Christi turbant Ecclesiam,
versaretur. Prior, sed fortasse nec illa integra, quæ Editoris in
præfatione conjectura est, existat; posterior temporis injuriis ces-
sit, nec ætatem tulit. Tractationis momenta ita distincta sunt, ut
præmissis proœmio copioso & eleganti, cap. I de Thalote, II de
Pythagora, III de Empedocle, IV de Heraclito, V de Anaxi-
mandro, VII de Anaximene, VIII de Anaxagora, IX de Ar-
chelao, XI de Parmenide, XII de Leucippo, XIII de Democrito,
XIV de Xenophane, XV de Eephanto, XVI de Hippone, XVII de
Socrate, XIX de Platone, XX de Aristotele, XXI de Stoicis, XXII
de Epicuro, XXIII de Academicis, XXIV de Brachmanibus,
XXV de Druidis & XXVI de Hesiodo exponeret. Notæ Edi-
toris vel ad exponendam Auctoris sententiam, vel ad illustrandas
Græciæ literas & antiquitates, vel ad edisserenda Philosophorum
dogmata pertinent: ubi id præcipue agit Auctor, ut recentiores lau-

lau-

audet Scriptores, qui unum aut alterum Historiæ Philosophicæ caput, vel integræ Sectæ placita, commentationibus suis in majore luce collocarunt. Ita de bona nonnunquam vocis *ajççççç* acceptione p. 2 exponit, ibidemque pervulgatam apud veteres Philosophiæ in Physicam, Ethicam & Logicam partitionem fuisse, ostendit: de Inventore Logicæ vid. p. 4; de Collectoribus conviciorum in Christianos conjectorum a Gentilibus p. 6; de origine hæresium ex Gentilismo p. 17 sq. de discrimine discipulorum Pythagoræ p. 29; de mysteriis numerosum Pythagoreis p. 30 sq; de Pythagoræ Tetracty p. 33; de Metempsychosi compluribus recepta Philosophis & gentibus p. 36 sq. Reliqua non minus lectu digna brevitatis studiosi omittimus.

BIGÆ EXERCITATIONUM HISTORICO-THEOLOGICARUM de Penitentia Primitiva, nec non Romana Ecclesia. Autore JOANNE JACOBO HOTTINGERO.

Tiguri, apud Bodmerum, 1706 in 4.
Constat Alphab. l. plag. 20.

OMnem Penitentia Christianæ primitivæ rationem, & hodiernæ Pontificiæ faciem, accurato studio delineaturus Summe Reverendus Autor, Theologiæ apud Tigurinos Professor celeberrimus, in prima Exercitatione *Penitentiam Ecclesia primitiva* quatuor per sectiones, modo ut *nascentem*, modo ut *adolescenscentem & confirmatam*, modo ut *senescentem & degenerantem*, modo denique ut *expirantem* considerat.

Nascentem ubi persequitur, aliam facit eam, quæ *ante Baptismum*, & aliam, quæ *post eundem* injecta fuerit. *Illam* tum Christi præceptum, tum Johannis Baptistæ & Apostolorum, exempla postulasse innuit. Circa *hanc* vero diutius occupatur, & tria imprimis delicta hoc repagulo a coetibus suis Christianos arce-re voluisse notat, adulterium, idololatriam, & homicidium. Hinc ritus ejusdem exponit, ac disciplinam sic satis severam fuisse non negat, utilem tamen eam & lapsorum emendationi, aliorumque eruditioni, & nominis Divini celebrationi proficuum, una pronun-

ciat, & quo sensu poenitentes Deo & Ecclesiae satisfecisse dicantur, declarat, ita tamen, ut in his ritibus minime poenitentiae salutaris in Evangelio requisitae proram & puppim collocatam, neque Divinae gratiae spem ab eis suspensam fuisse, moneat. Porro hoc teneri cupit, quod poenitentia pro ratione criminis major minorve imposita, & deliviente persecutione lapsi rigidius habiti fuerint, quam qui rebus tranquillis a fide discesserint. Ac tandem ad illam poenitentiam neminem nisi semel admissum animadvertit. Uti vero haec disciplina multis invisa & exosa fuerit, sic martyrum eam indulgentia admodum laxatam deprehendi notat, usque dum a Felicissimo plane sublata fuerit. Vicissim rigidiores aequae lapsis pronuntiat Montanistas & Novatianos; quibus deinceps Donatistae, Luciferiani, alique pollicem praeserunt.

His poenitentiarum disciplinae rudimentis poenitentiam subdividit *adolefcentem* & *confirmatam* ubi quatuor illius gradus enumerat, *πρωταλασιν*, *secum*; *αρχοσιν*, *auditionem*; *υποβησιν*, *succumbentiam*; & *συστασιν* *stationem*, quos quidem ante Concilium A. C. 314 Ancyrae in Galatia celebratum constitutos esse, Natali Alexandro id asserenti non refragatur, at ideo nondum liquere innuit, quo vel tempore, vel autore ista graduum series eorumque nomina originem traxerint. Singulos deinde gradus figillatim describit, & cui quisque delicto fuerit impositus, enarrat, haud omnia peccata, & omnium minime occulta, poenitentiae publicae subiecta reperiri observans. Ad poenitentiam neminem admissum dicit, nisi a peccato suo decessisset, & sincerum, ejus odium ac dolorem de eo ingenuum professus pacem petisset. Clericis peccantibus haud secus atque Laicis poenitentiam impositam affirmat, prioribus tribus a nato Christo seculis, ubi Monachos Monachasve publicae poenitentiae, aequo jure cum Laicis, subijci consuetudo tulerit; qua occasione Papistarum comparationem Monachatus cum Poenitentia explodit, sed & de ejus collatione cum Baptismo agit, monachalemque anabaptismum rejicit. Duo haec poenitentiae serius adjuncta fuisse refert, primum matrimonii perpetuam separationem, & mortuo conjuge, ne quis alterum inest matrimonium, severam prohibitionem, & alterum cessationem a militia seculari, non eo solum tempore, quo istam sectantes poenitent-

tentiam egerint, sed perpetuo observandam. Pœnitentiæ anti-
 flites & arbitros constituit Episcopos, eorumque in peccatoribus
 observandis, & criminibus indagandis atque plectendis, vigilantiam
 & circumspeditionem laudat. Post ritus pœnitentiæ imponendæ
 consideratos, absolutionis quoque historiam recenset, ac tum sta-
 tim in sectione tertia ad pœnitentiam *senescentem & degeneran-*
tem pergit.

Seculo nimirum septimo & nonnullis sequentibus, non-
 paucas superiorum temporum leges in desuetudinem abiisse, & no-
 vas successisse docet. Imprimis jejunia valde circumscripta & con-
 tracta ex priori classe allegat, non obstante, quod quadragesima
 recentior duplex unicæ illi melioribus seculis obtinenti accesserit;
 in hac enim veri jejunii naturam & indolem deperditam ac sepul-
 cram dicit, sic, ut jejunium non amplius in *devotia* aut temperan-
 tiæ studio, sed in abstinentia a certo ciborum genere consisteret,
 donec Encratica & Montanistica xerophagia imperium obtinue-
 rit. Ex iis vero, quæ post seculum septimum accesserint, duo
 præ cæteris prolixè excutit, flagellationem puta & peregrinatio-
 nem. Sed nec cætera pœnitentiæ vitia tacet, impositæ puta cum
 alia commutationem, ejusdemque in vicariam personam trans-
 lationem, & omnimodam ipsius redemptionem. Distinctionem
 pœnitentiæ in solennem, publicam & privatam, sequioribus itidem
 temporibus adjudicat, & denique cum omnis disciplinæ Ecclesia-
 sticæ ratio Canonibus tunc definita fuerit, de Canonum variis col-
 lectionibus & libris Pœnitentialibus nonnulla differit.

Seculo XIII non nisi speciem & umbram, aut, si malis,
 nomen & cadaver pœnitentiæ publicæ residuum fuisse asserit, &
 ut hoc assertum probet, in Sectione quarta primitivæ Ecclesiæ pœ-
 nitentiam *expirantem* proponit. Et Pontificem quidem Romanum
 verissimum nuncupat pœnitentiæ *vespillonem*, quippe qui
 non simul, sed variis gradibus; non potestate a Christo concessa,
 sed ambitu; absque suffragiis; injuria temporum hominumque
 culpa, Prætoriam in foro pœnitentiario dignitatem invalens & ob-
 tinuerit. *Tumulum* autem pœnitentiæ vocat indulgentias, & la-
 tius proinde in has invehitur. Romanorum quoque, veterem
 disciplinam oblitterantium, præsidia & prætextus varios, utpote

Ecclesiaz autoritatem, quodque disciplina vetus nec ubique, nec in perpetuum, nec omnis præscripta fit, & quod Romanorum poenitentia a vetere non nisi sola lenitate differat, modis omnibus enervare studeat. Quamvis vero primam illam disciplinam nãvis plane caruisse haud affirmet, eam tamen igne verbi Divini a scoriis repurgatam & liberatam postliminio restitui exoptat.

In altera Dissertatione poenitentiam Ecclesia Romana ponderandam sumit, ac ante omnia fufius ostendit, quam male ex eadem Pontificii Sacramentum faciant. Inde jactatas illius partes, contritionem, confessionem & satisfactionem, examinat, & quot labes singulis adhaerescant, ubertim declarat. De Absolutione insuper oppositam Papistarum & Evangelicorum sententiam allegat, & in priori reprehendit, quod absolutionem habeant pro actu judiciali, qui gratiam infundat ex opere operato; quæ cuncta idoneis & eruditis argumentis impugnantur.

Ausführliche Beantwortung des Pasquils &c.

i. e.

**REFUTATIO PROLIXA LIBELLI FAMOSI, QUI
super sub titulo Epistola familiaris Ducis alicujus Bellici Germani
ad summi cujusdam Principis Consiliarium intimum de præsentis Moscoviz statu
prodiit.**

Juxta exemplar Narvense, 1706, 4.
Constat pl. 15.

UTi obrectatores, ita & defensores atque promachos suos strenuos habent Mosci, quos inter primæ haud dubie partes debentur Apologiz hujus contra quendam Ruffici nominis hostem infensissimum conscriptæ Auctori, quippe qui natione Germanus in Moscovia aliquamdiu commoratus est, moresque & Genis & Principis optime cognovit, tum factis plerisque, de quibus controvertitur, interfuit, atque animum & rationes omnes, quæ adversarium ad edendum libellum famosum impellere poterant, accurate perspexit. Haud raro enim contingere ait, ut qui apud
alias

alias gentes fidem omnem decoxerint, in Moscovia sperent se promte
 magnifica omnia consecuturos, qua spe ubi exciderint, inepti quip- p. 30.
 pe ad ea officia, quæ arrogantius ambierant, (id quod Moscis experi- 60.
 entia edoctis obfcurum esse non possit,) impune patent gentem adeo 72.
 remotam scriptis famosis lacerari posse & proscindi. Equidem 74.
 nos controversiam nostram non faciemus, neque adeo repetemus,
 quæ hic de servatis sancte pactis cum exteris, de legatis nunquam
 ulla contumelia affectis, verum omni honore & humanitatis offi-
 ciis exceptis ac dimissis, de carcere Suecorum, quos Mosci bello 10.
 ceperant, haudquaquam molesto, deque duriorum potnarum apud 16.
 Moscos necessitate, passim afferuntur. Aliqua tantum, quæ ad 96. sq.
 summum Principem, spectant, decerpemus, ut vel sic pateat,
 quid de Vita ejus promittere sibi quondam lectores possint, cu-
 jus scribendæ provinciam publica auctoritate nonnemini deman-
 datam esse, Noster testatur. Clementissimum pariter & justissi- 92.
 mum esse Principem, istud indicio est, quod, cum vitam homi- 31.
 cidæ indulisset, & paulo post aliud patratum fuisset homicidium,
 in hæc verba eruperit: *Indulgentior clementia mea hunc homi-
 nem interfecit. Proinde diligentius post hæc justitia litandum
 erit, & imperium ab innocenti sanguine purgandum. Quod si
 tamen, bone Deus, & hoc facinus impunitum velis, quæso te,
 ut luculento quodam signo voluntatem mihi tuam aperias.* 33.
 Ignovit tamen & postea cuidam e ducibus Germanis, qui homicidii
 convictus jamjam ultimum supplicium passurus erat, eidemque,
 exilii etiam poena remissa, gladium, his additis verbis, restituit:
*Recipe hunc gladium, quo deinceps adversus hostes meos, nequa-
 quam vero adversus subditos utaris.* Quo rectius suorum me- 60.
 rita perscipiat & remuneretur, familiares congressus non asperna-
 tur, & profectus cujusque, in re imprimis militari, data occasio- 77.
 ne, quasi per jocum explorat. Calumnias aliorum generoso con-
 temptu prosequitur, *samam Principis perversa hominis privati
 voluntati non subjacere testatus, nec ira summi Principis di-
 gnos esse miseros calumniatores;* cumque Narva vi occupata, non- 88.
 nullos ibi acerbius olim carminibus in se lusisse accepisset, hoc 83.
 unum dixisse fertur: *singunt Poëta, raroque vera scribunt.* Ve-
 stium fastum etsi, ubi locus postulat, non abhorret, ridet tamen
 ple-

- p. 84. plerumque & negligit; unde cum luxuriosa aliquando veste indutus ex aulico præsente, *num major nunc meliorve aut poterior quam antea factus esset?* rogasset, eo negante, confectum vestem exiit, eamque cuidam ex adstantibus donavit. Ne vero & subditis raræ pietatis exemplum desit, ipse sæpius, inter sacerdotes mediis, in publico templo homiliam S. Patris alicujus, aut capita nonnulla Scripturæ Sacræ, alta voce populo prælegit. Sed ut animæ, ita & corporis sui curam habet, eoque demonstrationes Anatomicas a D. Bidloo in Theatro Anatomico institutas, quibus Mosci Imperatori charissimi interesse debent; frequentius spectat, publicæque aliquando hac occasione judicasse fertur, *suum quemque medicum esse, si corporis sui rationem habeat perspectam, & corporis adco animique viribus recte uti sciat, queque ad eas conservandas faciant, adhibeat.* Quo magis porro milites sibi devinciat, militaria munia, æque ac Serenissimus Filius, magnæ spei Princeps ad quævis præclara natus, ab infimo gradu publice obire non gravatur, eoque nomine stipendia ex arario publico sibi porrigi gaudet. Quo loco auream ejus sententiam afferre juvat: nam cum multis aliquando præsentibus, assignatum Capitaneo (hoc enim munere tumungebatur) stipendium recepisset, sapienter dixit, *hujus demum summa pro lubitu eroganda jus sibi & libertatem integram esse, quippe sibi ex officii ratione debita; reliquas pecunias, qua ex aliis arariis ad se redeant, suas revera non esse, sed ita a Deo sibi conceditas, ut non nisi in publicam utilitatem converti possint.* Etenim hoc anno tertiam ab Archithalasso personam (est autem Archithalassus Comes de Gollowyn, & Vicethalassus Creutz, Norwegus) in classe, quæ ad Mare Balthicum ex Petropoli vela fecit, sibi imponi passum fuisse accepimus, quam vulgo, quod noctu Archithalasso somnum capiente classi imperat, *Schout bey Nacht* seu Contra-Admiralem classiarum vocant. Illud quoque imprimis nobis memoratu dignum visum est, quod tentorium cujusdam forte ingressus, cum Politicam Aristotelis & Juvenalis Satyras in mensa repositas offendisset, hæc fere verba protulerit: *fideles & industrii si fuerint privati homines, optimam tenent Politicam; Principibus autem viris Politica parum profutura est, si & Divina ope & viribus recte de-*
- 88.
- 89.
- 86.

deliberata peragendi destituantur: quod ad Satyras, illis gravissima in Moscovia pana statuta est. Cum vero longius exinde de his libris sermo protraheretur, aliamque Satyrarum Juvenalis rationem esse aliquis, exemplo inprimis ex undecim postremis Satyræ X versibus:

Orandum est, ut sit mens sana in corpore sano.

Fortem posce animum &c.

petito probaret, adeo iis versiculis Heros noster delectatus est, ut & ipse aliquoties postea familiaribus suis sensum eorum explicaverit, & comparata ex illo tempore Belgica Juvenalis versione, argutiores sententias crebrius sibi prælegi jussit. Denique hoc quoque ad laudes ejus spectat, quod omnibus in Imperio Romano-Germanico toleratis religionibus publicum exercitium (exceptis quidem Judæis) permittat, & ut externos ad terras suæ ditionis alliciat, ad ædificanda nova templa pecunias omnibus & tigna liberali manu donet. Neque istud plane omittendum, quod adulatores ægre ferat. Quoties enim, ut aliunde etiam novimus, in libris vel inscriptionibus titulum *Magni* vel *Invictissimi* sibi tributum videt, erubescit, imo indignatur, *solum Deum*, inquires, *invictissimum esse, præstareque magna facere, quam vocari magnum.* Subjiciuntur Apologiæ huic leges bellicæ, quarum hodie apud Moscos usus est, de quibus plura proferre, institutum nostrum non patitur.

p. 7.

95.

97.

22.

Relation von dem gegenwärtigen Zustand des Moscovitischen Reichs.

i. e.

RELATIO DE PRÆSENTI STATU IMPERII Moscovitici.

Francofurti, apud Thomam Fritschium, 1706, 8.

Constat plag. 16.

Bene etiam meritis de Moscis est libelli hujus Auctor Anonymus (est vero Vir Clarissimus *Christianus Stiessius*, ad Eloquentiæ & Historiarum Professionem in Illustri Gymnasio Vratislaviensi ob hunc dam

dam nuper vocatus) in quo recensendo minus inhaerebimus iis, quae vel generatim in historia Moscorum, quam universam exposuit, vel speciatim de moderno statu aulico, politico, ecclesiastico & militari, quem hodiernus Autocrator, post itinera per cultioris Europæ partes peracta in melius reformavit, denique de diligenti & exquisita Serenissimi gentis Moscoviticæ Principis, Zaris Filii, educatione accurate observavit. In religione Moscorum describenda prolixus non est, commendat tamen hic, quæ Joannes Faber, Episcopus Viennensis, de dogmatibus Moscorum ad Ferdinandum I. A. 1525 Tubinga perscripsit, tum Jo. Sacrani Elucidarium errorum ritus Ruthenici 1500 editum & a Petro Scarga continuatum, ut & ea quæ Spiræ A. 1582, 4 de Russorum, Moscovitarum & Tartarorum religione, sacrificiis, nuptiarum ac funerum ritu prodire, in quibus eminent, quæ Jo. Rohita, Minister Ecclesiasticus Fratrum Bohemorum, qui legationi a Sigismundo Augusto Rege Poloniæ A. 1570 in Moscoviam missæ interfuit, adnotavit. Qua occasione ignorare nolumus eruditos, Moscos quosdam cordatiores vehementer hodie optare, ut deprehendantur, qui solide & per compendium, Latina quidem lingua, quodnam sit inter Romano-Catholicorum & Russorum sive Græcam religionem verum discrimen, doceat, quod illi his persuadere multis modis conantur, Moscoviticam cum Pontificia in præcipuis convenire, a Protestantium vero sacris longissime distare. Verum ut ad libellum nostrum redeamus, ea tantum hic quoque attingemus, quæ ipsum Potentissimum Moscorum Monarcham concernunt, ab Auctore, fide dignis hæud dubie documentis instructo, relata. Constantiæ illustre in Belgio exemplum præbuit; cum enim hæud procul Harderovico subita tempestate jactaretur, ut ægre fluctibus eripi posset, intrepidus hoc unum dixisse fertur: *An unquam Imperatorem aqua submergi vidistis?* quæ non absimilia sunt illis, quæ Julius Cæsar dixisse memoratur: *Quid times? Cæsarem vobis, & fortunam ejus.* Sed en exemplum aliud. Cum Narvam A. 1704 secunda obsidione cingere cœpisset, accidit ut navis quædam ad transportandum in urbem militem Suecum & necessaria illa parata, a cæteris navibus vi tempestatis avulsa, ad litus Russis proximum allideret, quam etsi hostes e navibus conti-

p. 74.

244.

nuo in eam jacularentur, primus conscendere Cæsar ipse ardebat. Itaque forte equo insidens, saltu se una cum illo in altum præcipitat, & cum equus procellis ingentibus resilere non posset, mox eo missio in mare se projicit, navique adnatans eam magno suorum tripudio conscendit, manuque propria hostile signum tollit. In eadem obsidione egregio dignoque, quod ad posteros propagetur, stratagemate usi sunt Mosci. Nam aliquæ legiones, vestes captis Suecis detractas indutæ, quarum agmen ipse ducebat, velut opem obsessis laturæ, die 8 Junii ad urbem appropinquabant, quas, simulata hostilitate, Mosci aliqui insequabantur. Cum ergo Sueci, quo tutius recipere adventantes, eruptionem fecissent, circumlepti mox, & partim cæsi, partim capti, partim cum clade in urbem rejei sunt. Hoc stratagemata Poeta quidam, ad Sabinarum adludens raptum, ita celebravit:

p. 246.

*Non fuit imbelles res ardua fallere amicas,
Nostrum est armatos fundere mille viros.*

Cæterum non dissimulat Auctor, reperiri in hac Relatione nonnulla antiquata, quæ mores obsoletos & cura moderni Russorum Imperatoris abrogatos concernunt, quæ in secunda, quam medietatur, editione, monitus emendabit. Sic enim legem vel morem Moscis supplicaturis esse asserit, ut literis ad Czarem datis, nomina in diminutivo subscribant (e. gr. Jacobus se Jacobulum, Johannes Jwanuska, Petrus Petruscam, Alexander Alexascam, vocet) atque olim quidem id moris apud Moscos fuit, quo magis nominis ita imminuti humilitate Principem colerent, addito in superbolop, quod vile mancipium (Schlave) denotat; enimvero id publico nunc edicto prohibitum. Damnatus etiam publica lege olim erat herbæ Nicotianæ usus, ne forte plebejorum incuria in urbe, quod in ligneis ædibus sæpius contigit, incendium exciteretur; at hodiernum tabaci usus promiscue non interdictus.

89.

98.

S. EUSEBII HIERONYMI, STRIDONENSIS
Presbyteri, Operum Tomus Tertius, studio JOHANNIS
MARTIANAY, Presbyteri Congregationis
S. MAURI.

Parisiis, apud Claudium Rigaud, A. 1704, in fol.
Alph. 10, plag. 6.

IN meliorem, Benevole Lector, interpretaberis partem, si tardius forte, quam sperasti, novæ Operum S. Hieronymi editionis relatio sit continuata, præterlapso jamdum sexennio, ab anni videlicet 1699 mense Decembri, quo in Actis hîscæ pag. 529 Tomum secundum recensuimus: moræ enim hujus originem vindicant sibi partim adversa Clarissimi Editoris valetudo, partim litterarum commercio infensæ turbæ bellicæ. Hæ vero ficti non omnes, quas erudita Gallia producit fruges, nostris hæctenus denegarunt oris, ita illam superavit non solum Medici prudentis solertia, sed potissimum fidelissima *Nicostrati Bava* opera, quippe quem celeberrimus Martianæus, in emaculando suo Hieronymo, novum sibi selegit sodalem. Complectitur autem Tomus hîc tertius commentarios in Prophetas, quatuor Majores, uti distingui solent, & duodecim Minores, eadem cura emendatos ac fide, quam priorum recognitione Erudito Orbi demonstravit. Præmissa heic vides duo prolegomena. Priori Auctor probat, atque contra adversarios suos defendit, operæ a se susceptæ necessitatem, adductis in rei testimonium aliquot locis, quæ in codicibus Hieronymi, ab Erasmo & Mariano recognitis, corrupta reperit, atque integritati suæ pristinae restituit. Has enim editiones compluribus laborare queritur mendis, sive *Hebraicum spectes sermonem*, sive *Græcum*, sive *Latinum*. Et *Hebraica* quidem, quæ in hac Prophetarum interpretatione occurrunt, unde adukerationem passa sint, causas dari duas, sibi hæbet persuasum. Quarum altera est litterarum *Latinarum* in *Hebraicas* immutatio. Hieronymum enim verba textus *Hebraici*, quæ in commentationibus hîscæ adhibuit, caractere exarasse Latino, uti testari putat, quotquot in terrarum orbe, extant codices manuscripti: ea vero ab Erasmo & Mariano litteris exscripta esse *Hebraicis*. Altera est additio punctorum & vocalium, quibus codex Bibliorum Hieronymi fuerit destitutus, cum ducentis demum vel trecentis post ejus ætatem annis, a Massorethis textui sacro sint apposita. Hinc corruptas esse voces in Hieronymo *Hebraicas*, aliquot exemplis probare in-

instituit; collata veterum cum sua editione. Sic in comita ultimo Cap. II Jelsaie, asserere ait Hieronymum, in Hebræo *Bama* legi, probare etiam, legendum *Bama*, id est, *excelsum* vel *excelsus*, & non *Bamma*, quod denotat *in quo*, & nihilo tamen minus Erasmum ac Marianum Judaicam Hieronymo inseruisse lectionem *במא bama*, & tali ratione Hieronymum representasse, absurdissimum. Liceat aliud documentum adferre ipsis Auctoris verbis, quo evincere existimat, nihil in antiquis vere Hieronymianum superesse editionibus. In Cap. 47, v. 2, ejusdem Prophetæ ita Hieronymus est commentatus, secundum editionem veterem: *In eo, ubi nos interpretati sumus, denuda surprisudinem tuam, pro quo LXX translulerunt: ἀπαλύψῃ τὸ κάλυμμα, id est, revela operimentum: Theodosia ipsum verbum Hebraicum posuit *תַּיִטוּ (simlatech)*, Aquila *תַּמַּטֵּחַ (Sammatech)*, Symmachus *τὴν σιωπῆν σου*, quod nos exprimere possumus *taciturnitatem tuam*, quod taceri debeat *pra verecundia*: quod quidem & in *Cantico Canticorum* legimus, ubi sponse pulchritudo describitur, ad extremum infors: *absque taciturnitate tua* &c. Sed Auctor noster in nova sua editione eandem pericopam ita immutatam exhibet: *in eo ubi nos interpretati sumus, denuda surprisudinem tuam, pro quo LXX translulerunt, revela operimentum, Theodosia ipsum verbum Hebraicum posuit SAMTECH, Aquila SEMMATECH; Symmachus τὸ σιωπηλὸν σου*, quod nos exprimere possumus *taciturnitatem tuam*, quod taceri debeat *pra verecundia* &c. &c. Pluribus supersedemus pro demonstranda textus Hebraici in Hieronymo emendatione; Græcas autem litteras quemodo integritati restituerit, advertimus, quippe quod pariter locorum quorundam comparatione demonstrare satagit. E. gr. Quando in Jels. cap. XIX ex veteris editionis tenore lego: *pro junco, papyrus LXX translulerunt, de quo charta fit: addentes de suo ἀχχρον τὸ χλωρὸν*, quod in Hebræo non habetur; secundum novam editionem ita legendum est: *pro junco, papyrus LXX translulerunt, de quo charta fit, addentes de suo ACHI-VIRIDE*, quod in Hebræo non habetur. Tandem Latina quoque in veteri editione occurrere testatur, quæ aliter legi debeant. Ut pote quando in Cap. 3 Jelsaie hæc invenit verba: *qui cum pan-**

Ggg 5 nis

nis & sordibus vitam a Rege Syria precabuntur. (Et pro crispanti crine calvitium) pro continuis longis & ascendensibus orationibus, qua per crimes significantur, habuerunt calvitium, mentem undique obstruant, & ad tacendum ab orationibus firmatam. (Et pro fascia pectorali cilicium.) in admirationem rapitur Noster, neque unde hæc omnia in textum Hieronymi irreperirent, potuit perspicere, cum in codicibus manuscriptis præter hæc nihil invenerit: *qui cum pannis & sordibus vitam a Rege Syria precabuntur. Et pro fascia pectorali cilicium.* Posteriori prolegomeno instituit horum Hieronymi in Prophetarum commentariorum chronotaxin. Et Jesaiam quidem collustrasse cum conjicit circa A. 410; Jeremiam per intervalla, initio interpretationis non ante annum 416 facta, cum reliquos Prophetas omnes jamdum enarrasset. Ezechielis exegesi accessisse putamus ab explanatione Jesaiæ, cui & belli turbis, & amicorum calamitatibus, non parum impeditus, quadriennio sit immoratus. Danielem interpretatum esse intra annum 398 & 406 vel sequentem, id quod Noster ex eo colligit, quod hunc laborem a Paulino rogatus circa annum 398 suscepit, eidemque & Pamachio ac Marcellæ demum anno circiter 407 dedicaverit. Duodécim Minores autem Prophetas explanasse ordine plane præpostero, non a primo usque ad novissimum, eo quo leguntur ordine, sed uti potuit & rogatus est, ceu disertis ipsius verbis probatur; ex quibus simul ostenditur, quod hæc opera anno 406 defunctus sit, quam jam ante annum 392 suscepit. Postquam ita prolegomenis contenta indicavimus, annotationes quoque textus Hieronymi subjectas forent recensendæ, quæ vero cum lectiones potissimum concernant variantes, quarum specimen jam accepimus, suffecerit vel unam alteramque, quæ ipsi sacro codici lucem aliquam adferant, subjunxisse. In Cap. VII. Jes. pag. 71, Hieronymum vocem *domus* recte exponere de virgine abscondita & secreta, confirmat mores isthoc antiquo, ab Hesiodo, Josepho & aliis commendato, quo puellæ ita educabantur, ut domi apud matres delitescerent, neque nisi necessitas & cultus publici ratio id flagitaret, in publicum prodirent. Ad Cap. XV p. 166 observat, *aquam* Egyptios appellare Mo, unde Moïses idem sit ac *ex aqua salum*. Super. Cap.

Cap. LH p. 374 differit de animali *NON* sive *NON*, quod ipsi est *Oryx* aut *bos sylvestris*, ruminans ac ungulam dividens; unde ab Hieronymo Levit. cap. XI allegetur, non ac si nomen illius in eo occurrat, quippe cujus tantum Deut. XIV 6, & hic loci mentio fiat, sed quia ex immundis, quæ ibi referuntur, animalibus est. Ex Ezechielis Cap. XVI p. 782 demonstrat, distinctionem capitum in versiculos antiquam ab ea, quæ datur in editione vulgata, distare longissime, cum in hac capitulum præsens dividatur in 63 versiculos, Hieronymus autem hec ducentos numeret. In ejusdem oraculi, Cap. XLI p. 1002, exponit Amianti lapidis in Cypro nati indolem, quod scissili similis sit alumini, & si telæ ex eo confectæ in ignem conjiciantur, nulla lædantur parte neque comburantur, sed nitidiores evadant. Cognosces vel ex hisce, B. L. qualis sit florum sparsio, qua hæc nova ornata est editio. Non eo minus tamen, de præstantia illius ac necessitate, tam acerba extitit inter viros ex utraque parte eruditissimos controversia, ut quæ in illa mandata sunt literis, vix sine famæ utriusque offensione referri, uti par est, queant. Scilicet queritur Clarissimus Martianus Tomi hujus III p. 116, Celeberrimum Joh. Clericum tam dura perstrinxisse castigatione in Pentateucho suo Mosaico Hieronymum, ut Operum ejus recognitionem perperam suscepisse sibi videretur, nisi hac dica eruditionem Hieronymianam liberaret. Proinde Vindicias inseruit Tomi II initio, sed ea affectas acerbitate, quæ Clerico, uti passim testatur, extorserunt *Quæstiones* illas Hieronymianas A. 1700 Amstelodami vulgatas, in Actis hisce anno 1701 p. 31 recensitas, in quibus partim suam de Hieronymo sententiam confirmat, partim ipsum Antagonistam suum aggreditur. Ad has respondet Noster, tum in Tract. sub tit. *Traité Historique du Canon de Livres de la Sainte-Ecriture*, Parisiis 1703 publicato, & quidem p. 402 & seq. tum in Tomo præsentis ad calcem oraculorum Danielis, & utrobique Hieronymi asserit doctrinam, suæ editionis necessitatem & præstantiam. Ne omni plane silentio prætereamus, quæ hac defensione eruditionis Hieronymianæ continentur, vel ex iis duntaxat, quæ ipsum Hieronymum attingunt, unum alterumque argumentum excerpsimus. Nimirum Græcas non exacte calluisse literas Hieronymum, collegerant.

Scaliger & Clericus ex versione Latina Chronici Eusebiani, quippe quæ passim in vocum ac phrasium veram significationem impingere ipsis videtur: sed Noster loca malæ interpretationis, ab Hieronymi censoribus allata, ita exponere studet, ut divo Doctori suus constet honos, in illos autem recidat culpa imprudentiæ. Vel primum id efficiat exemplum. Celebrem Eusebii de Mose omnium Prophetarum primo locum Hieronymus interpretatus, vocem $\alpha\mu\phi\iota$ reddiderat *ante*, cum vulgo *de* significet. Quod cum Clericus reprehendisset, regerit Martianæus, id studio fecisse Hieronymum, ne Eusebius sibi ipsi adversari videretur, quandoquidem alibi Abrahamum, alibi Jacobum inter omnes primum de Christo vaticinatos esse asserterat. Porro neque Hebraicæ linguæ adeo peritum fuisse Hieronymum, sed quandoque in orthographiæ regulas, nonnunquam in nominum constructionem impigisse, vel ex eo Clericus effici posse dixerat, quod literas \aleph , \aleph & \aleph in nominibus $\aleph\aleph\aleph$, $\aleph\aleph$ & $\aleph\aleph$ cum litera Jod diphthongos constituere, & quintam generationem Hebraicæ dici posse $\aleph\aleph\aleph$ existimavit. Verum Noster demonstrare satagit, recte Hieronymum pronunciasse nomina hæc propria, vocato in veritatis testimonium codice manuscripto Alexandrino LXX Interpretum, in quo *Hierosolym* scribatur per diphthongum *Eusebiodaj Eusebiodaj* 2 Reg. II, 10, & solecismum commississe pertinaciter iasciatur, causatus, vocem $\aleph\aleph\aleph$ esse masculinam.

JUSTI FONTANINI, FOROJULIENSIS, IN
*Romano Archi-Gymnasio Publici Eloquentiæ Professoris, Vindis-
 sia antiquorum Diplomatum adversus Bartholomæi Germonii
 Disceptationem de veteribus Regum Francorum Diplomati-
 bus &c. Libri duo. Quibus accedit veterum
 actorum appendix.*

Romæ, per Franciscum Gonzagam, 1705, in 4.
 Constat 1 Alph. 16 plag. ch. major.

MAbillonii causam diplomaticam a Germonio, ut mense Ju-
 nio memoravimus, validis ad speciem læcentis oppugnatam,
 uni-

universæ Reipublicæ literariæ communem judicavit, atque
 Illustrissimi Abbatis Dominici Passionei hortatu, suam quoque fe-
 cit Clarissimus Fontanus, proindeque non inglorium duxit in
 hoc libro, quem singulari ejus benevolentia ad nos pervenisse gra-
 ti proficemur, cum audaculo hoste arma conferere, ac cœnobarum
 adeo doctissimi promachum agere. Sub auspiciis ergo certa-
 minis stomachum ipsi movet, quod Papebrochio in causa, quam
 is penitus jugulatam candide despondit, suppeticas nunc demum
 parare præsumsit Germonius; magis autem miratur, cur incredu-
 lam ejus mentem nec concordantia summorum virorum suffragia,
 nec tot præstantes causæ vetustatis reliquiæ, quarum splendidissi-
 mum numerum in Noster, ad rectum tramitem inclinare potue-
 rint. Archiva enim ac tabularia Ecclesiarum & Monasteriorum
 lapideis arcibus & fornicatis turriculis custodita semper fuisse, ex
 historia planum reddidit; tantum abesse ut instrumenta chartis in-
 scripta susque deque habuerint, prout Germonius persuadere vo-
 luit. Dehinc temeritatem antagonistæ ridet, qui nulla in phylira
 exarata authentica etiamnum superesse, refragante licet veritate
 asseruit. Aliam diplomatum, aliam librorum fortunam & custo-
 diam olim fuisse, colligit. Licet autem illorum potior haberetur
 ratio, quoniam ad dominii aliorumque jurium probationem facie-
 bant, hisce tamen emendandis viros dignitate conspicuos operam
 posuisse, e Virgilio, Livio, Cæsare ac Terentio manuscriptis de-
 monstrat. Cæterum gemina fere semper antographorum exem-
 plaria veteres fieri curasse, Ripuarios etiam donationes suas scri-
 pto confirmare suevissent, non fictulneis argumentis evincit. Quid
 nomine *Notitia*, seculo maxime undecimo usitata veniat, accu-
 rate exponit. Tum Chlotharii & Ludovici Pii leges a Germonio
 perperam explicari, atque ecclesias nudo triginta annorum lapsu
 ab exhibendis possessionis suæ juribus nullatenus immunes haberi,
 multis corroborat. Inde enim in historia passim narrari, quanta
 illæ sollicitudine privilegiorum & concessionum suarum confir-
 mationem a Principibus petierint, quantoque infortunio adscri-
 ptum, si chartæ alicubi pessundatæ ac perditæ fuissent. Aquile-
 jensem urbem, licet toties everfam, diplomata tamen Imperialia,
 a Carolo Magno ad Carolum IV usque, longa ~~sen~~ adhuc pro-
 fer-

C. 1.

C. 2.

C. 3.

C. 4.

- C. 5. ferre posse. Poenas deinde instrumentorum falsatoribus olim, inflictas, atque rigorosa examina in discernendis chartis adulterinis antiquitus usitata recenset, nullamque spuriam e vetustis illis confictis superesse putat.
- C. 6. Diplomatastigi indignatur, quod *artem quidem secernendi antiqua diplomata vera a falsis in fronte atque in singulis paginis libelli promiserit, in contextu vero vetustiora diplomata vera vix posse, ut nunc res sunt, certo secerni a falsis contenderit, omniaque sublektis adnumeraverit.*
- C. 7. Ast in sequentibus capitibus arietes ejus contra instrumentorum orthographiam & stilum admotos fortiter eludit, atque inter plura alia Francos Latinum idioma, in Gallia ante receptum, lingua sua conspurcasse & Romanorum insuper characteribus eliminatis, Merovingicum scribendi modum introduxisse, historiarum istius ævi, tum monetarum adhuc extantium, fide tuetur. Antea tamen in transitu quasi observat, Longobardos ad imitationem Francorum, qui Galliam Transalpinam in Neustrasiam & Austrasiam diviserunt, Galliam quoque Cisalpinam & Transpadanam bifariam separasse, Venetæ provincie Austriæ nomen, Insubriæ vero & Liguriæ Neustriæ appellationem tribuentes. Quod cum ignorarent historici Itali, caput Austriæ hujus Italicæ, Forum Julii, cui *Austria* nomen ad hæsit, a Rosimunda quadam Austriaca ita nuncupatam commenti sunt. Eodem erroneo usu Lazium etiam Austrasiam Francicam in Italiam protensam, atque ideo agrum Venetiis proximum Austriam a Paulo Diacono dictam prodidisse. Quemadmodum vero duplicem literas pingendi rationem tenuerint veteres, quadratam alteram, alteram minutiorem, ita & Gallos, post Francorum adventum, duplici characterе usos fuisse, cum Mabillonio Noster conjicit. Diplomaticam porro scripturam a literaria atque usuali diversam faciem, atque Merovingicos characteres Romanis intermixtos habuisse, quia & Longobardicam Merovingicæ simillimam extitisse autumat. Ceteroqui chartam plenariæ securitatis Ravennatensem, non Longobardicis sed Gothicis literis constare credit. Stylum item quod atinet, illum vel Ciceronis ac Quintiliani ætate, a turba forensi inquinari oportuisse, multo magis igitur gentium barbararum invasione orthographiam sordibus adspergi, & pronuntiationis sonique diver-

veritate linguam ipsam Latinam in pejus rueri coepisse statuit. Nec obesse, quod Cassiodorus, Priscianus, atque Isidorus recte scribendi regulas suo tempore tradiderint, cum sanæ dialecticæ repugnet, ut ideo quosvis notarios, referendarios & tabelliones Latini sermonis peritos statim æstimemus. Denique ipsam diplomatum barbariem eorundem sinceritatem testari perhibet, siquidem tabelliones plebejis idiotismis & pronunciandi modis in gratiam vulgi uti maluerint, Latinitate jam corrupta, & provincialibus gentis suæ vocabula Latino canone inflectere tentantibus. Contigisse tum temporis, ut quod reliquum adhuc esset eruditionis, Monachis in peculium quasi cederet, Clericique nomen ei imponeretur, qui literas calleret. De Anonymi Sandionysiani ætate ubi sermonem instituit Noster, cum Hilduino Abbate, qui sub Ludovico Pio floruit, paulo seniore facit, simulque supinam ejus oscitantiam crebrasque hallucinationes prohalat, ut Germonium, frustra esse indiget, qui dum Anonymum hunc multa diplomata Dagobertina, a Doubletio & Mabillonio demum vulgata, prætermisisse jactat, ideo nullum istorum in archivo Dionysiano illius ætate extitisse, nimis præcipitanter affirmat. Sic tota die accidere, ut viri graves magno sæpe numero moliantur opera, posteris tamen largam spicas legendi materiam relinquunt. In altero libro, (ex priore enim hætenus dicta decerpimus) ipsa diplomata Mabilloniana, quibus litem de natalibus scripsit Censor, sigillatim vindicat Eruditissimus Autor, quem per omnia insequi instituti nostri ratio haud patitur, adeoque nonnullos saltem ex uberrima messe colligemus fructus. Et quidem subscripturos olim in instrumentis aliena sæpe manu nomina sua adpingi curasse, nec decori sibi duxisse viros nobiles & principes, imo & episcopos interdum, scribendi imperitiam suam inibi fateri, pluribus exemplis illustrat, quæ eo minus suspecta videri debent, quod ipse Imperator Carolus M. eruditorum licet suo tempore facile primus, testante Eginhardo, literas effingere nesciverit. Chrodochildem Theodorici R. conjugem non subjectionis, sed benevolentia causa *Reginam nostram* vocari docet, quandoquidem illa consuetudo, ut uxores Regum eorundem Reginae audierint, vel ad undecimum seculum duravit. In Episcoporum exauctoratione eorum vestes

C. 10.

C. 11.

L. II.

C. 3.

C. 6.

C. 7.

Hhh

con-

- C. 9. consendi moris fuisse. Pipinum consulto utique a Zacharia Papa in Regem Francorum unctum, neque id grave Gallis videri debere, stabilire conatur. Clodoveum III Regem Chlotarii ~~etiam~~ nomen gessisse, contra Germonium defendit, eaque occasione alia binominum exempla notat, in Dadone Referendario, qui Audocenus; in Aribone Frisingensium Episcopo, qui Cyrinus; in Chilperico III R. qui Daniel; in Alcuino, qui Albinus; in Arnone Saksburgensium Episcopo, qui Aquila; in Bonifacio Moguntino, qui Winfridus; in Poppone Aquilejensium Patriarcha, qui Wolfgangus; in Margareta Carinthiae Ducissa, quae Elisabetha, appellati quoque veniant. Voces *regalis serenitas* nihil nostri pertendere in instrumentis, sed Carolo M. multo antiquiores esse urget. Comitia veterum Francorum annua, in quibus de jure dicundo, legibus ferendis, gravaminibus & denariis populorum excipiendis, aliisque rebus publicis tractatum, primo Campum Martii, quoniam illo mense habita, ac deinde Maji campum, quia in hunc mensem rejecta, vocitata fuisse, solide adstruit. Quae de re sollicitus Reinesium & Rivinum erroris insinulat, quorum ille sub Morovingicis Regibus ad Calendas Maji conventus publicos indictos existimavit, cum tamen Pipinus demum hujus instituti mense Majo servandi autor fuerit; hic vero ludicra illa atque impudica spectacula, Majumas voce Graeco-latina appellata, Germanos & cumprimis Francicos Caesares *Majicampum*, *Majicamp* vocavisse ac celebravisse, longe confidentius opinatus est. Tandem diplomata, propter notas chronologicas male inter se concordantes, non protinus tanquam spuria explodenda arbitrat, quum in plurimis, ad mensuram temporum barbari aevi pertinetibus, nobis minime comperta sint veteres consuetudines & sibi vulgares atque forenses, in annorum serie collocanda. Evidentius autem hoc apparere posse e recentioribus quibusdam exemplis, dum scilicet Concilium Tridentinum finitum dicatur d. 4. Decembr. A. 1563, bulla tamen Pii IV Pontificis ejusdem confirmationis promulgata extet d. 26. Januarii A. 1563, unde sane difficultas summa oriretur, nisi constaret, in tabulis cancellariae Apostolicae annos non a Nativitate, sed ab Incarnatione Christi, nempe a Martio numerari; in actis vero Concilii communem sibi anno-

annorum vulgarium retentum fuisse. Similiter in memorata bulla Pii IV Alexander Cardinalis Farnesius, ut Episcopus Sabinensis subscribit, qui nihilominus in attestatione ejusdem Diaconus solum Cardinalis insignitur. Cum ergo idem Episcopus atque Diaconus una die esse nequeat, adeunda erunt Acta Consistorialia Curiae Romanae, quae Cardinalem Farnesium aliquot menses post confirmationem Concilii in Episcopum Sabinensem electum, bullam etiam post aliquot menses subscriptam, diem interim adprobationis ibidem remansisse loquentur, adeoque dubium istud quam citissime evanescet. *Hinc ergo videat Germonius, inquit, Noster, quam merito suis conjecturis tantum tribuat, ut eas adversus diplomatum auctoritatem sufficere nullus dubitet; unde omnium fidem vacillare pro certo habet; atque artem diplomaticam a Mabillonio institutam funditus ruere.* Succedit jam appendix Acta vetera quinque nunc primum vulgata complectens, quorum mentio injecta in hisce Vindiciis, editio autem perquam accepta fiet palzophilis. Ex primo authentico, quod tabularium Ecclesiae Forojulienensis suppeditavit, animadvertere libet, Morgengabam, seu donum illud matutinale sponsae altera nuptiarum die a sponso offerri solitum, barbara phrasi nominari *pretium in mane*. Sed plures ejusmodi venerandae antiquitatis exuvias Celeberrimo Viro suppetere novimus, quas ut aliquando in Literarii Orbis ornamentum depromat, omnibus ab eo votis efflagitamus.

I CESARI IN ARGENTO DA GIULIO CESARE
sino a Trajano, raccolti nel Farnese Museo e pubblicati colle loro congrue Interpretazioni. Tomo secondo composto dal Padre PAOLO PEDRUSI della Compagnia de Gesu, e dedicato all' Altezza Serenissima di FRANCESCO I Duca di Parma, Piacenza, &c.

i. e.

CAESARES ARGENTEI A JULIO CAESARE AD Trajanum usque, collecti in Museo Farnesiano & vulgati cum conveniente is interpretatione. Tomus II, auctore P. PAULO PEDRUSIO S. J. Dedicatus Serenissimo Parma & Placentia Duci FRANCISCO I.

Hhh 2

PR

Parmae, in Typographia Ducali, 1701. fol.

Constant 5 Alph. 3 plag. & aeneis tabulis, quibus numi insculpti sunt, 34.

Primus hujus elegantissimi operis Tomus A. 1694 publici juris factus est, & suum inter Acta Eruditorum locum A. 1696 mense Februario pag. 57 sqq. invenit, ubi plura Lector Benevolus notatu digna deprehendet, quæ ad cognitionem Thesauri Numismatum Farnesiani, ex quo & secundus hic Tomus depromptus est, pertinent. Inter alia tum memoravimus, præclarum hoc opus, juxta Eruditissimi Auctoris primum institutum, sex completurum Tomos, quorum primus aureos Cæsarium numos; secundus eorundem argenteos; tertius maximos eorum æreos, vulgo *Medaglioni*, & qui iis proximi magnitudine accedunt; quartus medioeres & minores æreos Cæsarium; quintus Consulares seu Familiarum Romanarum; sextus & postremus numos Regum exterorum, Syriæ puta, Ægypti, Macedoniæ, Siciliæ aliorumque Barbarorum, & Græcos insuper seu veteris Asiæ Græciæve populorum, insularum, urbium recenset. Sed vero statim in secundo Tomo mutandæ sententiæ imposta Auctori est necessitas, quod tanta se offerret argenteorum numerorum copia, ut contineri unius Tomi intra terminos non possent, sed in duos essent distribuendi. Ubi id statim innuimus, nulla in secundo hoc Tomo reperiri numismata cum Græca inscriptione argentea, sed ea omnia ab Auctore ex instituto ad finem tertii rejecta. Neque dubitamus, in reliquis etiam, imprimis æreis Cæsareis minoribus, eum apparatus Auctoris secundæ eruditioni objectum iri, ut sæpius, non sine approbatione tamen Eruditi Orbis, contra limites præscriptos sit peccaturus, opusque in plures, quam putaverat, tomos excreturum. Dolemus vero non immerito, non potuisse citius Benevolo Lectori indicari a nobis, opus ipsum ab Auctore strenue continuari. Nescimus enim, quod fatum secundus hic Tomus fuerit expertus, qui mature satis a Pedrusio per Virum Illustrem, Antonium Magliabechium, benigne transmissus, tam sero ad nos pervenit; post quem tertium etiam atque quartum jam prodiisse, ex eodem celeberrimo Magliabechio accepimus, quibus ut maturius potiamur, quantum

per

IX



M. Sept. pag. 429.

Fig. II.



Fig. IV.



Fig. VI.



per bellicos in Italia hoc tempore motus fieri poterit, curabimus. Nunc vero, ut ex secundo Tomo vel nunc demum, speciminis loco, quaedam decerpamus, instituti nostri ratio requirit.

Ultimus numus in TAB. I, qui octavus est numero (nobis in Tabula IX primus) in adversa pagina laureatum & velatum Cæsaris caput exhibet, eamque ob causam inter rariores referri meretur. Inscriptio est DICT PERPETVO CÆSAR, *Dictator perpetuo Cæsar*. Aversa pagina Venerem sistit, quæ sinistra hastam, dextra Victoriam alatam flexis genibus & fasciolam manibus protendentem gestat: unde Venerem victricem esse cognoscitur. Nam fascia victoriæ erat signum, quemadmodum & Corinnae, puellæ Poëticis studiis clarissimæ, data capiti fascia traditur, quod Pindarum Thebis melico carmine superasset. Adscriptum legitur unicum verbum MACER, quod *Publium Sepullium Macrum* designat, cujus & alium numum in eadem Tabula jam supra no. 2 exhibuerat Auctor.

In TAB. II conspicuus est numus quartus, nobis secundus. Antica vulticulum (ut loquitur Cicero ad Att. L. 14 Ep. 2) Bruti illius exhibet, qui magni Julii Monarchiæ Romanæ primi statōris parricidio inclaruit. Circa occiput legitur L. PIAET CEST, circa siniciput BRVT IMP. Postica præmium facinoris atque instrumenta, pileum scilicet, libertatis Romanæ signum, inter duos pugiones, quibus parta ea videbatur, medium ostendit; subjecta sunt verba EIDMAR, h. e. *Idibus Martiis*, quo ipso die Julius quinquagesimo sexto ætatis anno interemtus est, ut nihil utique ad conservandam execrandi facinoris memoriam desiderari in numo hoc possit.

In eadem TAB. n. 6 argenteus Sexti Pompeji numus exstat, cujus & aureum e primo hujus operis tomo antea deprompsimus. Numi hujus (vide Fig. III) primam faciem caput Pompeji occupat, cujus ad latera urceolus & lituus, signa Pontificatum & Auguratum ejus denotantia; adscriptæ sunt literæ: MAG PIVS IMP. quas Noster legit *Magnus Pius Imperator iterum*, & probe simul observat, non ipsum hic Pompejum Magnum, verum ejus secundo genitum Sextum representari. Altera numi facies aliquot figuris nudis exornata est. In his quæ media est, dextro pede proram navis calcans, & manu dextra navale ornamentum, quod acrostolium, alii acroterium vocant; tenens, haud dubie indicat, quæsturam

TAB. IX.
Fig. I.

Fig. II.

Fig. III.

Fig. IV.

classis & oræ maritimæ Pompejo fuisse a Senatu commissam, unde & addita verba: PRÆF. CLAS. ET ORÆ MAIT. EX SC, *Prefectus classis & oræ maritimæ ex Senatus Consilio.* Apparent hic illic juvenes duo parentes decrepitos humeris portantes, qui pietatem ejusdem & misericordiam designant. Accidit enim Catania in Sicilia, quæ sub Præfectura Pompeji erat, ut coorto in vicinia Ætnæ montis incendio, Amphinomus & Anapus parentes humeris susceptos per medios ignes asportarent. Singularis plane numus quartus est, quem in TAB. III, n. 3 depictum cernimus. Ultraque ejus facies Antonii caput ostendit, ut vix appareat, quænam antica, quæ postica dici debeat, nisi forte ex ipso titulo aliquid hariolari velimus. Nam cum vulgo in Antonii numis hæc deprehendantur: *M. Antonius Imp.* antica erit, ubi M. ANTONIVS, postica vero, ubi IMP. legitur. Caput posticæ nudum omni ornamento destituitur; ad occiput lituus cernitur, quod Augur esset Antonius, eoque in quibusdam numis legimus *M. Antonius Imp. Aug.* Anticæ vero caput radialem coronam, divinitatis symbolum, ostendit, quam nullum Imperatorum ante Neronem usum fuisse, hæcenus creditum est, quem Gallienus imitatus videtur, ideo a Trebellio Pollione superbiæ accusatus. Etsi enim aliqui Imperatorem post mortem atque apotheosin coronam hanc in numis, quales *resurrectos* vocant, impetraverint, ut sunt Augusti Imp. numi cum hac corona & inscriptione *Divus Augustus*, a Tiberio cusi, primus tamen Antonius hanc coronam vivus sibi sumsit. Eam enim superbiæ ipsi inspicere afix populorum abjecta submissio; quippe cum Reges undique ad eum concurrerent, & Reginæ donis ornatuque certantes sese ac formam suam Antonio offerrent, Cæsare interea Romæ bellis occupato, corruptus exemplo animus in consuetum morbum recidit voluptatum, ut ex Plutarcho Pedrusius noster notat. Hinc filium filiamque, quorum ex eodem Cleopatrz partu pater factus erat, Solem & Lunam appellari voluit, etsi verum illi Alexandri, huic Cleopatrz nomen esset. Quin & Ephesius Bacchum se salutari permisit, quem eundem cum Sole Deum gentilibus fuisse, Macrobius L. I Saturn. testatur. Cæterum obiter notamus hoc loco, Græciæ populos, Græcæ nugari solitos, faciliores in concedenda radiæ coronæ fuisse, quam Latinos aut Romanos, Siquidem Sminzororum

naorum numum exhibet Trifanvs T. I p. 139, in quo junior ille
 Caput Cæſar, non tantum laurea ob victoriam, veſtum & corona
 radiata, tanquam Sol oriens, cinctus conſpicitur. Eundem numum
 æque ac alterum Claudii Imp. Græca inſcriptione & corona radi-
 ta inſignem, exhibet doctiſſimus Morellius in numiſmatibus unde-
 cim Imperatorum, quæ mortuo licet auctore, in lucem mox pro-
 ductura ſperamus. Quintus numus, in TAB. VIII, n. 10 obuius, lau-
 reatum Auguſti caput repræſentat, inſcriptione in poſticam reje-
 cta, in qua clypeus votivus inter lauros ſuſpenſus literiſque S. P.
 Q. R. circumdatus, addito ſupra CÆſAR, infra vero AVGVSTVS,
 cernitur. Eſt itaque hic *clypeus votivus*, literiſ CL. V indicatus,
 quales ob felices eventus S. P. Q. R. Diis dedicare in templis con-
 ſueverat, qui cum rotundi ſint, differunt a ſcuto, quod oblongum
 & majoris formæ eſt, unde & clypeum corium bovis veteres appel-
 laſunt. Lauri vero ideo hic exhiberi videntur, quoniam Auguſto,
 cum orationem de ejurando Regno, ac dividendis provinciis habuiſ-
 ſet, inter alios honores decretum a Senatu ſcribit Dio L. 53, ut ante
 ejus palatium lauri ponerentur. Denique ſextus, qui in TAB. IX
 octavus eſt, magnitudine ſua commendabilis eſt, quippe inter ma-
 ximi moduli numos (*Medaglioni*) ponendus videtur. Prima ærea
 Auguſti caput ſpectandum offert, cum ſemmate IMP. CÆſAR,
 altera ſex ſpicarum faſciculum oſtendit, additum AVGVSTVS. Ni-
 ſitirum teſtatur numus de providentiâ Auguſti, qua effecit, ne urbs
 antroa deſtitueretur, quo pertinent, quæ Suetonius in Aug. cap.
 18, 40, 41, 42 & 76 annotavit. Non minus notatu digna ſunt alia
 numiſmata. Sic in TAB. XIV, n. 11. Claudii & Agrippinæ Auguſtæ
 capita jugata exhibentur, cum inſcriptione CLAVD. CAES. AVG.
 AGRIP. AVGVSTA, in averſa Diana multimannea, cum epigra-
 phæ DIANA EPHEſIA: in TAB. XV, n. 3 Neroſis & Germanici
 capita jugata, additis NERO. CLAVD. DIVI F. CAES. AVG.
 GERM. IMP. TR. P. COS, in poſtica curruſ triumphantiſ quatuor
 elephantibus actus, cui inſident Nero & mater Agrippina, quod
 patet ex verbis CLAVD. NERONIS. CAES. MATE: in TAB.
 XVII, n. 8 Vitellii caput laureatum, cujuſ inſcriptio AVLVS VITEL-
 LIVS GERMANICVS IMPERATOR AVG. TRIB. PO, in poſti-
 ca duo capita oppoſita, & ſemma: LIBERI IMP. GERMAN.

Fig. V.

Fig. VI.

Sed.

Sed filum abruptimus, cum vel ex his, quæ adduximus, quantum laborem adhibuerit eruditissimus Pedrusius in explicandis manibus, constare lectori curioso possit. Nos certe styli elegantiam, enodationis facilitatem, profundamque eruditionem & lectionis copiam, ubique non sine insigni admiratione consideravimus. Quamobrem sine voto discedere non possumus; quin & ipsi clypeum votivum pro salute & vita Auctoris suspendimus, quo desideratissimum hoc opus ad finem feliciter deducere valeat.

LIBRI NOVI

Al de Godgeleerde en Natuurkundige Wercken, beschreven door Mr. Johannes de Mey, in syn Leven Opper-Leer-Meester der Godgeleersbeijt inde Hooge-School, oock Genees-Meester en Bediener des Goddelycken Woords tot Middelburg in Zeeland. Toe Leyden, by C. Bousteyn &c. 1706. fol.

Resolutien der Haeren Staten van Hollandt ende West-Friesland van Consideratie, genomen zedert den Aenvangh der Bedieninge van den Heer Johan de Wist, beginnende met den 2 Aug. 1653, ende eyndigende mit den 19 Dec. 1668. Te Utrecht, by Willem van de Water, 1706. 4.

Le Droit de la Nature & des Gens. Traduit du Latin de feu Mr. Le Baron de Pufendorf, par Jean de Barbeyrac, avec des Notes du Traducteur. A Amsterd. chez Ger. Keyper, 1706. in 4. maj.

Histoire des Guerres Civiles des Espagnols dans les Indes entre les Picarres & les Almagres. Traduite de l'Espagnol par J. Baudoin. A Amsterd. chez Ger. Keyper, 1706. 12.

Histoire de La Conquête des Isles Moluques, par les Espagnols, Portugais & Hollandois. Traduite de l'Espagnol d'Argensola. A Amsterd. chez J. Deshordes, 1706. 12.

Le Jardinier Fleuriste & Historiographe, ou La Culture Universelle des fleurs, arbres, &c. Par le Sieur Louis Liger. A Amsterd. chez Est. Roger, 1706.

Les Delices de L'Italie, par le Sieur de Rogissard. En III Tomes. Enrichis de figures. A Leide chez Pierre vander Aa, 1706. 12.
Les Delices de L'Espagne & du Portugal, par Don Juan Alveres de Colmenar. En V Tomes. Enrichis de figures. Chez le Mesme, 1707. 12.

* * * *

ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsiæ

Calendis Octobris Anno M DCC VI.

ANT. PAGICRITICÆ HISTORICO-CHRONOLOGICA in Annales Baronii Tomus III. Studio Franc. Pagi.

Coloniz Allobrogum, sumptibus Societatis, 1705.

Constat Alph. 10. plag. 6.

QUæ Tomo præsentis historia comprehenditur, tempora nobis sistit barbarie, tyrannide & superstitione obscurata; fugatis ex orbe Christiano litteris; abolitis passim, in Germania præsertim & terris Septentrionalibus, Christi sacris, S. Bonifacii, S. Ansharii, aliorumque in propaganda fide sociorum, cura quadantenus instauratis; dominante apud cæteros vanâ cultus divini persuasione. Omne ferme linguarum, & quæ ad humanitatem ducunt artium, exspiraverat studium; disciplinæ tantis sepultæ jacebant tenebris, ut ridiculis Marculfi opus esset formulis; scriptorum bonorum doctorumque summam heic videas raritatem, & præter Bedam, Johannem Damascenum, ac Photium, vix reperiuntur, quorum nomina orbi sese commendent erudito. Doctrina pietatis in eam degeneraverat superstitionem, ut maxima Christianorum perfectione in Monachatu posita, Reges atque Principes, Theodosius nempe A. 617, Anastasius A. 714, Rachis Rex Longobardorum A. 750, Lotharius A. 855, aliique Monachum induerent. Præcipuis pericopæ, quam Clarissimus Auctor noster sibi constituit, historia Sanctis abundat in Ecclesia Pntificia, celebribus, S. Bonifacio, S. Willehado, S. Lamberto, S. Hildebrando & centum aliis, quorum vitam studio persequitur, eaque

Ti i

fide,

sive, ut fabulas non raro obelo notet, atque ex Baronio deleat, uti vel ex sola Suiberti historia, cujus ad annum 711 meminit, videtur esse. Quas vero neque horum temporum, miserum licet non Imperio dicitur, memoria utriusque omni destituitur, pauca quaedam, more nostro, excerpemus ex emendatis nostris auctisque Baronii Annalibus. Initium itaque facit Noster continuandæ suæ historiz ab A. C. 649, Pontificatus in Martinum collati memoria conspicuo, & progreditur ad A. C. 961, quo Otto M. imperium suum auspiciatus est. Illo enim tempore, humanis erepto rebus Theodoro successisse ait Martinum, auspiciis non adeo felicibus, quippe cui Imperator Constantinus, simulac in ejus consenserat electionem, injunxerit, ut Typum Monotheletis addictum in officio confirmaret. Mandato autem huic non obtemperasse Martinum, potius adversus Monotheletas Synodum Lateranensem coegisse, quin etiam ad S. Amandum Episcopum Trajectensem scripsisse, ut apostatas Presbyteros a functionibus suis removeret. Quapropter 653 anno ab Imperatore in exilium missus sit, atque in insulam Naxos deportatus, mox deductus Constantinopolim, inde Chersonasum, ibidemque martyrio coronatus obierit, anno 655. Rebus hisce a Martino gestis inseruit, & quidem anno 652, regimen Ecclesiz Interpontificii tempore, quomodo ab Archidiacono, Archipresbytero & Primicerio Notariorum fuerit administratum, & tandem electus Eugenius, ipso consentiente Martino. Ad A. C. 653 investigat ætatem, qua cessavit disciplina areani, tandemque sequitur Clarissimum Tenzelium, quippe qui invictis, uti fatetur, contra Schellstratum argumentis effecerit, tam in Oriente, quam in Occidente, sub seculo VII finem, ad conspectum Sacramentorum paulatim catechumenos esse admissos. Circa A. C. 655 Sigbertum Bonum memorat, Saxonum Orientalium Regem, adhortatione Oswii Regis, fidem Christianam amplexum esse, & in regnum sibi subjectum restituisse; Clotharium II Galliz Regem curasse, ut gentes sibi vicinæ Warasci & Bajoarii per S. Agilum, cujus vitam designat, converterentur. Ad A. C. 656 S. Maximum strenuum Monothelitarum adversarium, cujus opera a Combesio edita sunt, prima vice

anno

anno 655 cum Principibus in Secretario, hoc vero anno secunda in certamen descendisse cum Theodosio Episcopo Cæsarea in Bithynia ac duobus Consulibus, mox Peberim in custodiam abductum, tandemque toleratis pro veritate variis calamitatibus, quarum etiam Anastasius Presbyter discipulus ipsius compos fuerit, mortuum esse in carcere A. 662. Ad eundem annum 656 retulit res a Sigiberto gestas & Clodoveo II Regibus Galliarum, quorum priori tribuit plerorumque, quæ in Gallia dantur, cenobiorum ædificationem, posteriori plenarium in totam Franciam dominium. Ad A. C. 657 exponit festum Medie Pentecostes, a Græcis *Μεσσηνίων* appellatum, quod nempe prioribus Ecclesie sæculis celebratum sit Dominica IV post Pascha, quam Græci Dominicam IV Paralitici vocant, per integrum octiduum, in honorem Paschatis & Pentecostes, quasi hæc duo festa per *Μεσσηνίων* vellent conjungere. A. C. 663 allegat Synodum Augustodunensem, etiam propterea notabilem, quod in quodam ejus canone Athanasius Symboli Niceni auctor dicatur, quod antea a Scriptore nullo factum existimat. Ad A. C. 665 dissentit de morte, virtutibus & scriptis S. Eligii, qui ex aurifabro Episcopus factus Noviomensis ac Leodacensis. A. C. 669 Pontificatum obtinuisse Adodanum monachum, Beroniumque, titi & Papebrochium, arguit parachronismi, defunctum autem statuit anno 676, postquam privilegium a Chrotberto Turonensi Episcopo S. Martini monasterio concessum confirmaverat. Ad A. C. 672 pluribus exponit, quæ Constantinopolis septem annis oppugnata à Saracenis, tandemque obfitione eorum, dextera liberata, instituit *festum Scabifæ*, quo Ecclesia Græca sabbato quintæ hebdomadis Quadragesimæ celebrat hymnum *Scabifæ*, in laudem Deiparæ, ob Constantinopolin ejus ope a Dei hostibus liberatam, sub Heraclio, Constantino Pogonato, & Leone Ilauro. A. C. 678 narrat, Falsios, permissu Regis Paganb Algisi, Christi fidei initiatos esse, ministerio S. Wilfridi Episcopi Eboracensis, cujus vitam, facta, exilium, itinera, de Episcopatu suo in Anglia contentiones, ab anno hoc ad annum 709, quo mortuus dicitur, prolixius persequitur. Ad A. C. 680 vindicat

adversus Baronium sinceritatem Actorum Sextæ Synodi generalis, quippe qui asseruerat, in Synodica Concilii Romani sub Agathone legi: *credimus & in Spiritum S. Dominum & vivificantem, ex Patre Filioque procedentem*, verba autem, *Filioque*, ab impostore quodam postea crassa esse. Ad A. C. 682 ex Mabillonio refellit Sigonius, qui in Historia de Italix regno scribat, ante Leonem II soli Ostiensi Episcopo aliquando fuisse concessum, ut aliis factus Rex Pontificem consecraret, cum a tribus semper peracto sit ordinatio. A. C. 684 inseruit morem Europæ oram condendi pueros, quod filios aliquamdiu reliquerint inermes, deduxerint autem postea ad Episcopum aut alium quendam Clericum, ut ab eo cincinni demeterentur, qui hinc spiritualis Patris nomen obtinuerit. Ad A. C. 686 ex Papa Cononis creatione, explicat ritus in consecratione Pontificum ante seculum XI observatos, & ordinationem ab inthronisatione distinctam observat. A. C. 711 nec Justiniani Imperatoris insigni, Faricum refert ab Arabibus in Hispaniam missum sapius cum Enecone Regis Roderici sobrino dimicasse, Hispanosque tandem penitus prostrasse atque dissipasse, quæ pugna ipse etiam Rex perierit. Quæ victoriæ Saracénorum de Hispaniæ epocha cum memorari digna sit, Marianæ & Josephi de Morato Pampelonens, celeberrimorum rerum Hispanicarum scriptorum calculum, quo eam ad annum 714 referunt, examini subjicit atque refellit. A. C. 712 faviente in orthodoxos Philippico Imperatore, quosdam Ecclesiæ Episcopos invenisse narrat *Cononiam*, hoc est, ejusmodi fidei formulam, controversias cum Monacholeis concernentem, quæ sensu quidem præderet Catholico, supprimeret autem voces *genius in Christo voluntatis*, ut si hæc ratione duo inter extrema teneretur medium, majus Ecclesiæ malum evitaretur. Quod institutum laudat in Johanne Patriarcha Constantinopolitano, S. Germano, & Andrea Cressensi, eorumque *Oeconomiæ* exemplo Basilii M. defendit. Ad A. C. 719 desinat miserum Ecclesiæ Gallicanæ & Germanicæ statum, idque ex Hincmaro Rhemeni, qui discordiis Principum intestinis omnem ferme religionem Christianam abolitam pene esse asserit. A. C. 726 Leonem Isaurum bellum indixisse imagini-

bus,

bus, acriter autem ob crimen hoc a Gregorio II objurgatum, duabus epistolis, male Gregorio III adscriptis: defecisse etiam Italianam injuria in imagines concitaram; non vero culpa Pontificis; quod penitus inficiatur. Ad A. C. 728 differit de libro Pontificum Diurno, ejusque auctorem Gregorii II aetate floruisse existimat. A. C. 731 Bedam mortuum dixerat Baro- nius; ast Noster mortem ejus ad annum 735 refert, præterea admittere haut vult, centenario auctorem obiisse, negatque aucto- rem esse Collectanei, quod in Epistolis Pauli sub ejus nomine vulgatum est. A. C. 743 Constantinum Copronymum continuisse imaginum persecutionem, Constantinopolitanos rebel- les sedasse, & Arrabasdum, quem Imperatorem creaverant, cum duobus filiis excertasse. De eodem refert p. 220, quod non solum Copronymus cognominetur, ob elisum in aquam bap- tismi veritatis onus; sed & Cabalinus, præsertim a Johanne Da- masceno, eo quod odore & tactu stercoreis equini delectaretur. A. C. 755 martirium subiisse S. Bonifacium memorat, celebra- rum Germanorum Apostolum, postquam Hassos, Thuringos, Bava- rosque Evangelii luce collustraverat, Episcopatus passim com- plures instituerat & monasteria, Concilia celebraverat, Synodo- rum, Germanicam II, & alia, cujus gesta annis superioribus occasione quacunq; diligenter insperit. A. C. 742 natum esse Carolum M. non in Germania, uti vulgo creditur, sed in Gallia, quod & reliqua ad vitam ejus & facta plane Herpica, pluribus persequitur. A. C. 784 obiisse Fulradum Archica- pellanum, cum Pipini tum Caroli; qua ansa de Archicapellani dignitate differit; & munus ejus in iis versatum docet, que per- tinent ad officia ecclesiastica & spiritualia cætera in Palatio curanda: quamobrem etiam ubique locum super Episcopos & Archiepiscopos obtinuerit. A. C. 785 Saxoniam, que antea hætenus annis bello flagraverat, pacem recuperasse, postquam a Carolo redacta esset in provinciam, & Witicundus baptizatus, quem ipse Imperator ex baptismo suscepit. Ad A. C. 794 de Elipando agit, & Synodo contra illum habita, sententiamque ejus de Christo, quod Dei filius sit secundum humanam naturam adoptivus, refert inter hæreses, ad quam etiam Felicem reduxerit.

A. C. 822 Carolum M. cum Saxonum Trans-Albianorum conversioni incumberet, epistolas scripsisse ad Archi-Episcopos cyclicas, quibus illos de ritibus baptismi consuleret. Ad quos prædierint Theodulphi liber *de Ordine Baptismi* & Amalarii *de S. Baptismate*, quorum posteriorem falso hactenus Alcuino suppositum dicit. A. C. 814 Carolum M. ex vita hæc migrasse, nomen autem Magnus post mortem ei tributum, testimonio, uti addit, satis manifesto, diplomata, in quibus Magnus appellatur, non ab illo esse præfecta. A. C. 843 illigavit divisionem Imperii, Lotharium inter Imperatorem, & Ludovicum Germaniæ Regem, & Carolum Calvum Francorum Regem, ita institutam, ut regna occidentalia cederent Carolo, Ludovico Orientalia, omnia videlicet Germania usque ad Rheni fluvium, & Lothario regnum quodis hunc usque diem ejus nomine nuncupatur. A. C. 844. meminit Sergium II sedem Pontificis obtinuisse, quem vulgo omnes *Os perni* antea appellatum inmutasse nomen sentiant, & consuetudinem Pontificum mutandi nomen inde derivent; sed Nostro utrumque est falsissimum. Ad A. C. 848 docet, quomodo Gotheschalcus Prædestinationum errores propagaverit, & a Rabano Mauro refutatus sit. A. C. 867 Photium refert a Synodæ Romanæ damnatum, ejus turbas passim Commentariis suis inseruit, scripta autem ad ann. 886 retulit. A. C. 865 mortuum esse Ansharium Hamburgensium Archi-Episcopum, postquam Nordalbingensium conversionem perfecerat, in Danis & Suecia Evangelium propagaverat, & Basilicas splendidas Slesvici, Bremæ & alibi extruxerat. Ad A. C. 876 differit de scriptis Anastasi Bibliothecarii. A. C. 879 Baronius dixerat, Johannem VIII, ad legationem Basilii Imperatoris, Photium suscepisse in communionem, ob quam animi timiditatem Papissa percontundiam dicatur; sed Nostro hæc sententia penitus displicet, & pro fabula eam habet, quæ ante seculum XIII confecta non fuerit. Ad A. C. 897 reduxit furorem, quem Stephanus VI Papa exercuit in antecessoris sui ossa & cineres.

HISTO.

h. e.

HISTORIA ACADEMIÆ REGIÆ SCIENTIARVM
Anni 1704 cum Commentariis Mathematicis & Physicis ejus-
dem anni.

Parisus apud Joh. Boudot, A. 1706 in 4.

Constat 2 Alph. 19 plag. cum multis figuris & 20 tabulis pictis.

AD Physicam generalem spectantia pauca in presenti volumine traduntur: rerum vero Mathematicarum largissima est seges. Unus *Amonions* de Barometris nonnulla notavit, scitu summopere necessaria iis, quibus observationes Barometricæ accuratæ cordi sunt. Multis nimirum experientiis tum *Hamburgii*, tum propriis, didicit, calore ipsum quoque Mercurium dilatan, adeoque gravitate aëris immutata, Mercurium ascendere vel descendere sola caloris vel frigoris actione, consequenter observationes non esse satis fidas, nisi accurate constiterit, quid in ascensu calori, in descensu frigori tribuendum veniat. Deprehendit autem in ipsorum climâte Mercurium calore intensissimo gravitatis specificæ amittere $\frac{1}{15}$, quam habebat frigore maximo existente, ut adeo cum maxima Mercurii altitudo sit 28 digitorum, 4 linearum, non variato pondere atmospheræ altitudo Mercurii calore intensissimo 3 augeatur, circiter lineis, quæ partem constituent octavam 2 digitorum, quos percurrit omnis Mercurii variatio. Jam quoniam omnis variatio caloris in thermometro ipsius, de quo in mensibus præcedentibus dictum est, 96 conficit lineas, dum per modo dicta in Barometro simplici, h. e. ex unico tubo, qui Mercurio solo repletur, constante nonnisi 3 percurrit; evidens est, dum calor augeat altitudinem liquoris in thermometro una linea, eundem augere altitudinem Mercurii in barometro nonnisi $\frac{1}{32}$ unius lineæ, ut adeo, si supponamus in thermometro regnante frigore maximo constructo altitudinem Mercurii fuisse 28 digitorum 9 linearum, altitudinem vero liquoris in thermometro eodem tempore 50 linearum, toties $\frac{1}{32}$ lineæ unius sit ex altitudine Mercurii

TAB. X.
Fig. I.

Mercurii subtrahenda, per quor lineas ultra 50 promotus facit liquor in thermometro, ut verum habeatur atmosphaeræ pondus. Aliter vero se res habet cum barometro composito. Notum est, barometrum hoc constare duobus globis seu cylindris A & B per tubum incurvatum A C B inter se communicantibus. Vas superius A in cuspidem desinit hermetice sigillatam. Dimidium superius ab aère crasso vacuum, alterum cum tubo A C B & dimidio vase B Mercurio plenum, reliquum vasis B cum tubo coherente BD superius adaperto liquorem continet pro diversa aëris gravitate nunc descendentem; nunc ascendentem. Jam cum æstate Mercurius levior evadit quam hieme, atmosphaera liquorem in tubo BD satis sensibilibiter ad 4 digitos detrudit, mendax gravitatis variata inditum præbens. Monet igitur, loco olei tartari vulgo tubo BD infundisoli, adhibendum esse spiritum vini calore facile dilatandam, & augendam esse capacitatem vasis B, ut eam capiat liquoris copiam, cujus dilatatio ex asse suppleat levitatem Mercurii, nec quicquam adversus atmosphaeram agat. Capacitatem vasis B investigandi nullam methodum præscribit. Ad Mathematica tamen priusquam excurramus, nonnulla Anatomica & Chymica delibare, atque ex Anatomia Castoris, quam una cum vivendi genere hujus animalis *Sarrasinus*, Medicus Regis *Canadensis*, ad *Turnfortium* prolixè & accurate perscripsit, singularia tantummodo circa structuram cordis capitisque indigare liceat. Nempe ad cor castoris vena cava inferior in sacculum quendam, sesquipollicem circiter longum & latum, fibrisque carneis instructum expandi simulque sanguis a vena cava æque superiori, ac subclavia sinistra in eum infundi ideo videtur, ut ventriculus sinister æqualis cum dextra capacitatis sufficienti repleatur sanguine, tæmeti auricula sinistra dextræ auriculæ amplitudini multum cedat. Ne sanguis autem descendens per sacculum ejusmodi facile regrediatur, obstant valvulæ, infimam ejus partem magis angustatam interne munientes. Os occipitis posticæ capitis regioni ad instar laminæ deprehenditur impositum, sinus autem falciformis atque anfractus cerebri uti frustra indagantur, ita cerebelli e contrario multæ conspiciuntur tuberculatæ figuræ diversæ,

TAB. X. ad A.
pag. 440. f99.




Fig. 1.




Fig. 2.

I

diversæ, piæ meningis medio ab invicem separata. In magno oculi cantho tertia locatur palpebra, illius perquam exigui corneam instar veli regens; dentium vero incisivorum, quorum duo cum octo molaribus cuilibet maxillæ infinguntur, & bases, & radices sunt notabiles, quatenus incisivorum superiorum bases lineas octo, & inferiorum pollicem longæ habentur, longitudo autem radicum superiorum ad duos pollices cum dimidio accedit, & inferiorum tres etiam pollices superat. Glandulæ potissimum salivales, quod Castores siccissimo sæpe alimento fruuntur, prodigiosæ occurrunt magnitudinis, a clavicularis per anteriorem colli partem omnemque maxillam inferiorem expansæ, ac peculiari musculo, salivæ secretionem promovente, coopertæ. In foemina, cujus cordis non minus ventriculos ac utrumque arteriæ truncum, cum ramis tantum non omnibus, mirandus polypus, post mortem per Anatomen detectus, occupat, quoties cor palpitaret, toties *Hombertius* in carpo & collo manifestum venarum motum, arteriarum pulsui analogum observavit, corde motibus convulsivis agitato sanguinem, propter arterias obturatas, necessario ad venas repellente. *Mery* quanto minus in oculi uvea sive iride fibras circulares præter rectas advertere potuit, quas alias *Drelincurtius* in *Preludio Anatomico*, tanquam veteribus jamjam sub coronæ titulo cognitæ, descripsit; tanto majorem insumsit operam, nunc pupillæ dilatationem a sola fibrarum rectarum textura elastica, nunc contractionem ejus a spiritibus fibras istas influentibus atque elongantibus, deducendi: in capite quippe felis vivi aquæ submerso & radiis solaribus exposito pupillam diduci, in eodem vero in aerem rursus protracto illam denuo constringi, cum hic spirituum ad fibras rectas affluxus repetat, qui ibi ex respiratione ac sanguinis circulatione plus minus sufflammatæ pariter erat impeditus. Et quia sub aqua per dilatatam pupillam, nec humores, nec tunica retina, bene autem choroidea, vasa hujus sanguifera & nervi optici egressus cerni valent, quæ in aere haud apparent, partim sub aqua plus luminis oculos ingredi, partim retinam æque ac humores transparentes solumque choroideam primarium visus organum esse, quod

sua opacitate radios luminis sistat & retinam versus propter spiritus ibidem commovendos reflectat, colligitur. Quam sulphuris communis analysin in principium acidum, inflammabile atque terreum, ad Hombergii ductum, hoc anno ex Historia Academ. Reg. Scient. *Mense Augusto* p. 367 excerpimus, *Godofredus* per regenerationem sulphuris, modo spiritum vitrioli, gummi-resinam sulphuris & alcali aliquod, modo alia similia combinando, studuit confirmare, omnem nihilominus rationem omniaque concreta, quibus ille hunc in finem usus fuit, non est cur fusius recenseamus, postquam multis abhinc annis Experimentissimus *Stahl* in *Zymotechnia fundamentali, Observationum Chymico-Physico-Medicarum Mense Julio, ac Specimine Becheriano*, modum ex principiis istis sulphur producendi non solum nervose edocuit, sed &, in quibus *Glauberus* atque *Boyle* circa similes conatus defecerint, ingenue monuit. Verum ad Mathematica properemus. Geometriæ perficiendæ hoc anno incubuere *Caré, de la Hire & Varignonius*. Primus præstantiam Analyseos Leibnitianæ vindicavit, dum methodum rectificandi curvas, quam proposuit *Vanheuraët*, multo faciliorem ac simpliciorum reddi ostendit, si calculo differentiali utamur. Alter Locorum doctrinam promovit, dum novas expendit Curvas per concursum Tangentium Cycloidis & Sectionum Conicarum generatas. Tertius denique doctrinam de Spiralibus ab *Archimede* olim propositam, a *Fermatio* aliisque recentioribus magis perfectam, ad summum fastigium eversisse videtur, nova spiraliū in infinitum detecta formatione, exhibitis simul quarundam Tangentibus, Quadraturis & Rectificationibus. Genesis huc redit. Sit HHV Curva quæcunque, sive Geometrica, sive Mechanica, quam *Generatricem* appellat, cujus ordinatæ GH , Axis vel Diameter CX peripheriæ circuli cujuscunque $ABYA$, quem *Circulum revolutionis* vocat, occurrat in A . Sit CAX primus situs regulæ cujusdam CP , quæ circa centrâ C fixâ gyretur in peripheria ABY formatura spiralem $OZAK$, ita ut, dum ei occurrit in E ac circulo revolutionis in B , sit hujus centro C ordinata GH tanquam radio describatur arcus EG , sit constantè circumferentia circuli revolutionis integra $ABYA$

TAB. X.
Fig. II.

ABYA ad arcum AMB sive ABYAMB, quem punctum B regula CP percurrit, ut recta quaedam constans AD ad ordinatam correspondentem HG curvæ generatricis HHV. Ex qua generati consequitur, arcus revolutionis AMB vel ABYAMB esse inter se ut ordinatas respondentes alicujus Curvæ HHV. Quod si ponatur ABYA = c, AMB vel ABYAMB = x, AD = b, GH = z, erit c. x :: b. z, adeoque æquatio generalis pro omnibus istis spirilibus in infinitum cz = bx, in qua si ex natura Curvæ generatricis substituatur valor ipsius z, vel in æquatione ipsius Curvæ valor ejusdem z ex æquatione generali = $\frac{bx}{c}$, prodibit æquatio pro spirali. e. gr. Sit Curva generatrix HAV una

ex infinitis Parabolis, quarum æquatio $za^{m-1} = y^m$ vel $z = \frac{y^m}{a^{m-1}}$.

si CX habeatur pro axe integro, erit æquatio pro spirilibus

$\frac{y^m}{a^{m-1}} = \frac{bx}{c}$, seu $cy^m = a^{m-1}bx$. Tangentes earundem genera-

liter ita determinat. Sit CT ad ordinatam spiralis CE perpen-

dicularis & Cp ipsi CP infinite propinqua, erit CB (a). CE (y) ::

Bb (dx). EF = $\frac{ydx}{a}$, & Fe (dy). EF ($\frac{ydx}{a}$) :: CE (y). CT =

$\frac{yydx}{ady}$. Jam ex natura Curvarum $mcy^{m-1}dy = a^{m-1} bdx$, adeo-

que $dx = \frac{mcy^{m-1}dy}{a^{m-1}b}$, quo valore in expressione subtangentis,

generali substituto, prodibit specialis $\frac{mcy^{m+1}}{ba^m} =$ (ob $cy^m =$

$a^{m-1}bx$) $\frac{mxy}{a}$. Porro cum sit EF = $\frac{ydx}{a}$ per demonstrata,

$\frac{mcy^m dy}{a^{mb}}$, substituto valore ipsius dx, consequenter Trigan-

gulum elementare FCE $\frac{mcy^{m+1}dy}{za^{mb}}$; ejus integralis $\frac{mcy^{m+1}}{2m+1+a^{mb}}$

$= (\text{ob cy}^m = a^m \cdot bx) \frac{mxyy}{zma + 4a}$ definit Quadraturas istarum spi-

ralium. Ostendit deinde, quomodo unicuique harum spirali-um assignetur alia æqualis curva Geometrica CLI, quæ cum ex Actis nostris transfumantur, Mense nempe Januario A. 1691 p. 16 & 17, ut plura de hoc argumento dicantur, opus non est.

In Astronomicis utiles occurrunt observationes: inprimis quæ d. 23 Dec. anni 1703 paulo ante Solis ortum contigit Eclipsis Lunaris, phænomenis notatu dignis nobilitata fuit. Nempe de *Plantade* ac *Clapier* post immersionem totalem *Montepesulano* Lunam adeo obscuram observarunt, ut maculæ ægre distinguerentur, quæ alias optime discerni solent durante obscuratione totali. Paulo post peripheria Lunæ rubebat pristina obscuritate medium disci occupante, & h. 6 circiter 15', obscuritas dimidiam diametri partem, annulus rubicundus partem dimidiam alteram tenebat. Circa h. 6½ Luna cælo admodum fudo disparebat, cum adhuc stellæ circa Horizontem ortivum essent conspicuæ. *Arelati* Luna post immersionem totalem semper rubedine obscura tincta apparuit: contra *Avenione* adeo clara apparuit, ut transparentes & pars ejus postica a Sole illuminata videretur. *Masilis* pars versus Buro-Boream directæ rubicunda, pars ipsi opposita obscura admodum visa; circa h. 7 tota cælo undiquaque sereno disparuit. Causa horum phænomenorum conjicitur in diversam vaporum quantitatem, atmosphæram in diversis locis turbantium, *Pareni* per calculum Leibnitianum deduxit, Solis longitudine 46° 14' existente, motum in Ecliptica esse æqualem motui in ascensione recta. Unde Tabulas quasdam Astronomicas erroris arguit, quæ longitudinem Solis in illo casu constituunt 44° vel 45°. Postquam *Maraldi* in genere de momentis rerum circa motum Planetarum observandis, nec non de difficultatibus in hac investigatione obviis disseruit, hypotheses de motu Saturni proponit, quibus Tabulas Rudolphinas emendare studet, earum a cælo dissensu per ingentem numerum observationum determinato. Et enim annis 1672 & 1673 peccare illas in excessu 20' usque ad 21', annis 1686 & 1687 in excessu 16' usque ad 12'; annis denique

1700,

1700, 1701 & 1702 in excessu z̄i deprehendit. Quia Tabulæ semper peccant in excessu, errorem attribui debere contendit, partim Epochæ, partim æquationi maximæ. Jam cum excessus, ubi æquatio additiva, repertus fuerit constanter fere duplus ejus, qui obtinuit, ubi æquatio fuerat subtractiva; æquationem maximam Saturni Keplerianam $6, 31, 30$ dimidia dissensuum auget differentia nempe 5 , ut evadat $6, 36, 30$. Epocham Keplerianam anni 1607, quam esse ait $6, 28, 3, 32$ minuit 16 , ut evadat $6, S, 27, 47, 52$. Ex observatione occultationis fixæ mediæ in cornu Australi Tauri a *Kirchio* anno 1679 d. 17 Jan. h. 5 ope tubi 10 pedum instituta, longitudinem Saturni ad illud tempus ope propriarum de fixis observationum fuisse deduxit $7, 59, II$ & Latitudinem Australem 20 . Hac observatione & tabulis Solaribus *Cassini* usus didicit, locum Aphelii ultra Keplerianum 52 promovendam & in $28, 28, x^7$ statuendum esse. Ex multis aliis observationibus huic instituto congruis mediam Saturni a Terra distantiam derivat 955000 partium, qualium distantia media Solis est 100000; anno 1696 mense Majo Saturni sine latitudine observati Nodo locum assignavit in $22, 10, 4$. Anno 1688 latitudinem maximam Saturni septentrionalem in $21, 46, 2$ reperit $2, 48, 0$, parallaxin latitudinis $17, 15$, veram inclinationem orbitæ Saturni ad Eclipticam $2, 30, 50$. Quæ autem ex multis observationibus circa theoriam Saturni studiose deduxit, pleraque cum Tabulis convenire animadvertit, quas *Bouilloud* edidit. Cæterum idem *Maraldi* atque *Cassini* d. 27 Jul. anni 1704 h. 1. pom. $24, 26$ per telescopium 18 pedum λ a Luna regi observarunt, h. 2, $7, 29$ ab occultatione profus liberatum. Lumen liberati vivacitate luminis multarum fixarum cedebat, quas per telescopium 3 aut 4 pedum interdum videre licet. Melius tamen circa initium Julii, cum duabus ante Solem horis Meridianum transiret, videri poterat, quam Saturnus 3 ante Jovem horis culminans. Lumen vero Saturni debilius erat lumine Mercurii, per multos dies mense Junio in ipso Meridiano per telescopium 3 pedum visi.

In Mechanicis *Bernoullius*, de *la Hire*, *Varignon* atque *Parent* egregios ingenii fetus protulerunt. Inprimis *Parent* exemplo

planorum inclinatorum, cunei atque trochleatum ostendit, quomodo Analyticos ac Geometriae ope affricus partium mutuum in machinis ad accuratum calculum revocari possit, cuius hactenus in Mechanica nulla est habita ratio.

**EXCERPTUM EX EPISTOLA G. G. L. QUAM PRO
sua Hypothesi physica motus planetarii olim (Febr. 1689) his
Actis inserta, ad Amicum scripsit.**

Vir doctus, qui ante aliquot annos in opere suo Astronomico Hypothesin meam impugnavit, vim ejus atque utilitatem non satis animo complexus est. Habet enim ea commodum hoc insigne, ut corpora solida harmonice circulantia in fluido similiter circulante perinde moveantur, ac si non nisi suo impetu suaque gravitate in medio tanquam vacuo (id est, non resistente) circularentur; & contra ut fluidum circulans a solidi illius circulatione non turbetur, perinde ac si solidum non adesset, vel non nisi pars fluidi esset; quod alia quaecumque circulatio efficere nequit. Itaque etsi circulationibus non conspirantibus moverentur fluidum & solidum, tandem tamen longo temporis tractu ad circulationem harmonicam conspirantem reducerentur, quo minus sibi obstat aut a se invicem turbentur. Unde etiam intelligitur, objectiones hujus Autoris contra vortices seu orbés fluidos deferentes, hanc circulationis speciem non ferire.

Cæterum illud facile colligitur, legem circulationis harmonice ab ipso fluido exercendæ non nisi in eodem orbe servari, ad orbis consonantiam cum suo planeta obtinendam; idque eo facilius est, quod unius orbis, intra quem scilicet versatur planeta, si cum toto vortice planetario conferatur, exigua est crassitudo. Sed in toto vortice, diversos planetas conferendo inter se, ubi motus medius planetæ tanquam in circulo pro toto ejus per orbem motu Elliptica assumi potest; dicendam est, obtinere legem Keplianam temporum Periodicorum: quæ etiam ex consonantia ipsa motus liberi & vorticosi nasci debet; cum & liberi impetus hoc ferat cum gravitate compositio, & ipsum æquilibrium motus vorticosi, ut alias fusius explicabitur.

Observandum tamen est, etsi nihil in ipsa re, tamen aliquid

in enunciatione nostra in melius mutari debere, quo veritatum concentus appareat absolutius. Nempe dicendum est, impressionem novam paracentricam planetæ harmonice circulantis, simulque ad Solem vel aliud centrum gravitantis, constare ex conflictu gravitationis & conatus centrifugi, simpli scilicet; non dupli, qui mihi ex incommoda Termini acceptione emerferat, cujus emendationem utilem puto, ut verba rebus quam optime consentiant. Certe gravitatio novam sollicitationem accedendi ad centrum, at conatus centrifugus circulantis novam sollicitationem recedendi a centro constituit, variantibus ambabus pro distantia a centro: & ipse conatus totalis inde resultans, in horum conatuum differentia consistit, sequiturque directionem prævalentis. Porro *conatus centrifugus circulantis* dupliciter accipi potest: vel pro eo, quem mobile exercet, si motus proxime præcedens concipiatur in tangente circuli, vel pro eo, quem mobile exercet, si motus proxime præcedens concipiatur in ipso arcu circulari. Hoc loco enim, ubi ad infinitesimè parva descenditur, angulus contactus negligi non debet. Prior conatus centrifugus locum revera habet initio circulationis, adeoque initialis quidem est, sed non durans; posterior vero persistit, locumque habet in progressu circulationis. Illum ergo, qui initialis est, dicemus *tangentialem*, hunc qui perdurat, *arcualem*; &posito æquali utrobique circulationis impetu, arcualis est duplus ipsius tangentialis; cum hic representetur per sinum versum, ille per ejus duplum. Simpliciter autem nomine conatus centrifugi, Arcualem accipere præstat, cum de circulatione planetæ (quippe dudum coepta) agitur, ita enim elegantior & rotundior enunciatio erit.

Sed ut res intelligatur, sit radius AC mobilis circa centrum C, & elementaris arcus circuli, hoc centro descriptus, sit EAG, bisectus in A, ut chorda EG radium fecerit ad angulos rectos, & ab eo bisectetur in B. Compleatur rectangulum ABGD, & in BC sumpta BH æquali ipsi AB, compleatur Parallelogrammum AHGF. Iam ponamus mobile I moveri uniformiter velocitate representata per spatium elementare IA, æquale ipsi AD, æstoque temporis Elemento veniens ab I ad A, impingere in A;

in A, angulo IAC recto, & ibi ipso attractu adhærescere radio in puncto A; impetuque suo gyrationem radii efficiendo circa C, mox describere, æquali cum priore temporis Elemento, arcum Elementarem AG. Poteritque motus AG compositus intelligi ex impetu priore IA seu AD, & sollicitatione centripeta AB (neque enim hic refert AG de arcu an chorda intelligatur) adeoque mobile, cum pro AD describit AG, retineri in circulo, vi, quæ sit ut AB vel DG; id est, conatum centrifugum (vi retinenti æqualem) esse ut DG, sinum versus arcus AG: atque hic est conatus centrifugus initialis vel Tangentialis. Sed si mobile in A positum jam dudum in circulatione versetur, veniatque non in tangente IA, sed in arcu EA, veluti si veniat ex E in A, cum radio CA describente arcum EA; motu nempe uniformi, & eodem temporis Elemento, quo prius diximus percurri IA. His positus impetus, quem mobile habet in A, est ut EA, quæ (recta an circularis nil refert) longitudine non differt comparabiliter ab IA seu AD. Idem est ergo magnitudine, impetus circulandi, qui ante; sed directionem aliam habet, nempe chordæ EA, quæ producta cadit in F. Quare continuata æquali cum priore temporis elemento circulo, per AG, composita intelligi potest ex impetu priore ut EA, vel AF (quæ est æqualis & in directum ipsi EA,) & ex sollicitatione centripeta AH, vel FG, dupla ipsius DG, sinus versus arcus AG. Duplus ergo sinus versus circulationis, conatum centrifugum arcualem representabit, qui est duplus ipsius tangentialis seu initialis, ut ostendendum erat. Et licet verum sit, etiam conatus centrifugos arcuales esse ut sinus versus arcuum, quia dupli sunt simplicis proportionales; revera tamen comparatione tangentialium per sinus versus representatorum, horum duplis experimentur.

Equidem olim (in dicto schediasmate Februarii 1689) conatus centrifugi nomine accepi non eum, quem revera impressionem planetæ a centro recedendi novam vel elementarem a circulatione ortam, constituere intelligebam, & gravitationi versus centrum nova impressione agentis opponebam; sed initialem illum vel tangentialem, qui prima fronte occurrit; inde

inde nata est incommoda enunciatio, qua nobis ipsi offecimus, obscurato veritatum concentu. Dum enim ipsam PN in figura schediasmatis dicti, nomine conatus centrifugi appellavimus, jam dicere oportuit (quemadmodum & fecimus) conflictum esse inter gravitatis sollicitationem & dupli conatus centrifugi impressionem. Sed si, ut par est, conatus centrifugi nomine intelligamus illam ipsam novam impressionem a circulatione ortam, quæ gravitationis impressioni novæ obnititur, tunc designatur utique conatus centrifugus ille, qui locum habet durante circulatione, seu arcualis. Quo sensu convenientissime & simpliciter dicitur, impressionem paracentricam novam (qua celeritas ad centrum accedendi vel ab eo recedendi mutatur) vel quod idem est, Elementum velocitatis paracentricæ esse dissonantiam inter gravitatis sollicitationem 3 M. L. seu 2 a 0 0 : 11 (vid. dict. Schediasma §. 15 & 19) & inter conatum centrifugum a a 0 0 : 11 nempe arcualem, qui (per §. 12 & 15) exprimitur duplo ipsius PN sinus versi. Itaque arcualis erat simpliciter conatus centrifugi nomine hoc loco designandus. Occasionem autem unius appellationis pro alia sume natam tunc, ex eo suspicor, quod: *rim excussoriam* (cujus species est centrifuga) metitus sum perpendiculari ex puncto ad tangentem proxime præcedentem; recte sane, sed per tangentem illam intelligi debet ea linea, in qua fuit directio proxime præcedens. Nempe in figura præfata ex puncto G perpendicularis ducenda est ad ipsius EA (circulationis præcedentis directionem representantis) continuationem seu ad AF; non ad AD, nisi circulatio incipiat in A, quo casu AD est continuatio directionis præcedentis I A. Porro perpendicularis ex G in AF non differt comparabiliter ab ipsa FG. Ego vero etfi non in rei ipsius æstimatione, tamen in appellatione, respexi generaliter ad AD tangentem in A, etique perpendicularem GD: Unde non quidem error, sed tamen incongruitas prædit, quam tunc sublatam esse jurabit. Animadversionis autem occasionem mihi præbuere elegantes celeberrimi Varignonii de conatu centrifugo meditationes, etfi alio ipsius sermo; cum alias a multo tempore de his parum cogitarem.

TAB. X.
Fig. III.

Hinc in dicto Schediasmate, Paragraphis 11, 12, 15, 27, 27, 30, pro duplo conatu centrifugo ponatur simpliciter, conatus centrifugus; & pro conatu centrifugo simpliciter, ponatur dimidius. Eadem occasione lapsus quosdam typographi, vel calami, vel etiam scribentis in eodem Schediasmate emendare e se erit. Nempe Act. ann. 1689 pag. 86 lin. 4 omittatur: Sinus. pag. 87 linea 8 a fine computata, omittatur: ex conatibus repetitis collectam; pag. 90 lin. antepenult. pro $3M$, lege MR , & linea ultima pro $3MH, H\odot, \odot; M$, leg. $\odot H, H; M$, $3M\odot$; & pag. 91 circa medium pro BF, e , lege $\odot F, e$; & linea quinta a fine inter, - 2 aa q r θ , & inter, : bbr³, utiliter interponetur comma. In ipsa quoque figura ejus Schediasmatis quaedam male se habent. Nam in linea $\odot.M2$, pro $D1$, ponatur $D2$; & ibidem inter $M2$ & $T2$, ponatur punctum G , sic ut recta a G ad M ; sit parallela rectæ ab $M2$ ad L . Denique infra, tribus punctis post Ω dextrorsum ascendendo occurrentibus, ordine ascribantur hæ literæ: $M, 1G, 2G$; ita prodibunt rectæ, quarum posterior major priore, nempe hæ tres, $\Omega M, \Omega 1G, \Omega 2G$.

Causam cur Attractiones Gravitatis sint in ratione distantiarum (a Centro Gravia attrahente) reciproca duplicata; jam eo tempore, quo Schediasma toties citatum vix edideram, cum Amicis nonnullis communicavi. Et memini celeberrimum Virum, Michaelem Angelum Fardellam, Professore nunc Patavinum, egregiis scriptis de Philosophia & Mathesi bene meritum, cui eam rem Venetiis tunc explicabam; reponere: eodem modo a Geminiano Montanario, eximio quondam Mathematico, sibi ostensus, illuminationes Objectorum esse in ratione distantiarum, a radiante, reciproca duplicata. Quod verum est, aliisque etiam notatum; & par hic ratio est, cum non referat ad radiationis quantitatem seu effectum, radiosque concipias attractivos (rem abstracte & mathematice considerando) an illuminantes. Ita Ellipticus Planetæ motus, a priori, lege gravitationis ex suis causis ostensa, comprobatur. Ego vero in Schediasmate illo ex phænomenis, seu a posteriori, id est, ex motu Elliptico observationibus comprobato, legem gravitationis derivaram, quæ
cum

cum tam bene rationibus radiationum Mathematicis consentiret, eo magis Hypothesi univ[er]sæ fideam[us] judicabam.

*LA FORGE DE VULCAIN, OU L' APPAREIL
des Machines de Guerre, par le Chevalier de SAINT JULIEN,*

h. e.

FABRICA VULCANI, SEU APPARATUS MACHINARUM bellicarum.

Hagæ, apud Wilhelmum de Voys, 1706 in 8.
Constat plag. 10 cum aliquot figuris ligno incis.

Cum Antori propositum sit omnium machinarum ac instrumentorum bellicorum formam, materiam, fabricam, finem, & usum, succincte quidem, at accurate tamen describere, omnes autem has machinas animet pulvis pyrius; ab eo quoque tractationem suam perditur. Materia pulveris pyrii est nitrum, carbo & sulphur. Diversas igitur recenset nitri species, varias id colligendi vel parandi exponit methodos. Varias itidem sulphuris, varias carbonum examinat species. Jubet $\frac{3}{4}$ nitri misceri cum $\frac{1}{4}$ sulphuris atque carbonum, ita tamen ut dosi sulphuris tantisper excedat dosi nitri; materias commixtas per 20 circiter horas in mortario probe contundi, elapsis 4 quibuslibet horis aqua rigandas, ut absit inflammationis periculum; contusas denique per cribri foramina urgeri, ut in granula abeat massa. Purgandum vero esse sulphur, antequam compositionem ingrediatur, oleum liquefacto affundendo, & ne quid sabulæ carbonibus subsit, cum cura dispiciendum. Optimum judicari pulverem pyrium, si facile inflammetur, fumus assurgens rebus, quas contingit, nigredinem minime inducat, multo minus eas adurat, & radiis Solaribus expositus nullo nitore effulgeat. Quasdam pulveris pyrii proprietates viribus motricibus esse communes, quod nempe vis ejus resistentiam molis subvertende superare, non tamen nimis multo excedere debeat, quodque major copia una incensa majorem edat effectum. Alias esse,

L l l 2

pro-

proprias, quod nimirum circum circa uniformiter agat; nulla ejus sit violentia, nisi incarcerati; una scintillula accensa, ingens copia intra momentum in flammam una conjiciatur. Has proprietates respici debere in usu pulveris pyrii, eumque in finem, tres esse considerandas pulveris pyrii actiones, subversionem, scilicet, propulsionem & percussionem. In casu primo unciam pulveris respondere 100 libris; in secundo ponderi 150 librarum per 100 sexpedas promovendo 5 vel 6 circiter libras, globo efficaciter propellendo dimidium ponderis ipsius. Tradit etiam compositionem pulveris fulminantis, quam ingrediuntur pars sulphuris una, satis tartari duæ, nitri tres, & per errorem affirmari asserit, hunc pulverem nonnisi versus inferiora agere; quodsi enim massæ in pulverem redactæ, & in cochleari super carbonibus candentibus vel candela liquandæ, imponas monetam argenteam, hanc tanta violentia sursum versus laquearia projici, ut comprimatur.

His de pulvere pyrio præmissis, ad tormentum majus describendum progreditur, cujus exponit partes, materiam, formam & fabricam. Ubi monet, ornatum Architectonicum a basibus, scapo & capitulis columnarum petiitum non ad augendas vires, sed gravitatem tormenti facere, adeoque citra ullum incommodum abesse posse. Cum tamen in æquilibrio fere suspendi debeat, ad hoc conciliandum, commode interdum illo uti artifices. Utut vero ex metallis pluribus fundantur tormenta, cupro nimirum, stanno & orichalco; consultius tamen esse, ut ex homogenea parentur materia, corporibus homogeneis firmiorem cohesionem præstantibus. Inprimis vero stannum tormento minime idoneam esse materiam. Dividit tormenta ratione ponderis globorum, quibus onerantur, novumque describit genus, quod majorem veteribus præstet effectum, una minori pulveris pyrii quantitate, parte nimirum nonnisi tertia, oneretur: quamvis etiam quasdam notet incommoditates, quæ illud comitantur, & quibus incognitam hætenus nec adhuc in prætin deductam præscribit medelam. Multus est in describendo foramine, per quod intra tormentum immittitur ignis, ac imprimis arcanum commendat, quod *Philippus, Hæssa Landgrævis*, cum

cum ipso circa præsentem materiam communicavit. Differit etiam de ordinaria tormentorum operatione, de collineatione, de spatii, per quod globi emissi feruntur, quantitate per plures experientias determinata, quam maximam esse ait, non cum elevatione tormenti maxima, nempe 45°, sed cum situs fere horizontalis. Per multas experientias didicit, in distantia 600 passuum propriorum globum intra terram defossum ad intervallum 9, 10, 11, 12, immo 13 pedum. Media enumerat, quibus uti licet ad globum per spatium longius urgendum. Subdit nonnulla usum, tormentorum concernentia, nec canterium negligit, cuius duas requirit virtutes, nempe ut diu duret, utque sit facile mobile, fabrica quoad singulas partes accurate exposita. Agit porro de globis tormentariis; describit globos sclopetorum, glandibus, catenis aliisque ferramentis insertos; globos candentes, aliasque materias tormentis onerandis inservientes, & quænam singulis effectibus producendis sint necessariæ ostendit. Diametrum tormenti, quam *Calibræ* vocant, paulo majorem esse debere diametro globi cum insinuasset, Tabulam exhibet, in qua diversorum tormentorum calibris assignantur diametri globorum. Tandem instrumenta enumerat, in usu tormentorum necessaria, & generalem condit regulam, juxta quam definitur equorum numerus ad tormentum quolibet datum avendum sufficiens, pondere 300 librarum uni equo tributo. Tormenta excipiunt mortaria bombis jaciendis destinata, quorum ubi exposuit structuram, modum ea onerandi docet, compositione simul bombarum delineata, effectibus mortariorum indicatis. e. gr. Mortarium, cuius calibra 18 digitorum 4 linearum, bombam 48 libris pulveris pyrii repletam, & sine pulvere pondus 490 librarum adequantem ejaculari. Nec bombarum negligit examen, immo ex observationibus circa earum jactum recensitis, jactus pro arbitrio vel longiores vel breviores efficiendi, eorumque longitudinem ad singulos elevationis mortarii gradus determinandi præces derivat. Disquirat de methodo ejaculandi bombas ex tormentis, rejectisque spuris, unam commendat successu non desituendam. Agit de quodam bombarum genere, quod *Carrasse* appellant; sed id parum laudat, cum

multos requirat sumtus, effectus vero bombarum communium efficaciam vix superent.

Hinc ad describendas varias granatarum species se confert, & de pyloclastris (*petardes* Galli vocant) prolixè differit. Describit quoque peculiare tormentorum genus, quod in utraque extremitate adaperitum & Gallis *Pierrier* dicitur, quia sæpissime saxis oneratur. In obsidionibus id sine ratione plerumque negligi contendit. Ignès artificiales, quos bella poscant, breviter perstringit: prolixius multo de cuniculis & anticuniculis, necnon de suggestibus tormentorum ac mortariorum discurret, cumque de omni apparatus bellicæ reliquo multa distulisset, Architecturæ militaris tyronibus ac cultoribus gratissimum opusculum triplici tabula finit, in qua representatur omnis apparatus, in gratiam trium maximi momenti obsidionum (quas tamen Autor non nominat) factus, & quænam ex eo in singulis fuerint insumta, accurato calculo definitur.

JOANNIS ANDRÆ PLANERI, P. P. IN ACADEMIA WITTEBERGENSI, de Epistola Enthymematica sive Extraporali libri tres.

Wittebergæ, apud Meyer. & Zimmermannum 1706 in 8.

Constat plag. 21.

Cum expeditissima scribendæ epistolæ ratio, quæ per enthymema instituitur, esse solet, laudandum est Clarissimi Auctoris institutum, quod quæ ad epistolam enthymematicam spectant, egregia cura illustrare, ac cum studioâ Juventute communicare voluit. Tribus autem libris præfens scriptum absolvitur. Liber I de variis enthymematicæ generibus, quorum in epistolis usus est, agit, ac quæ circa eadem observanda sint, fideliter docet, eaque exemplis perspicuis demonstrat. Liber II, in quo dispositiones enthymematicæ & exempla enthymematica occurrunt, in quinque partes abit: quarum prima epistolas generis deliberativi, & quidem C. I petitorias, C. II supplices, C. III commonitorias, C. IV monitorias, C. V hortatorias, C. VI

C. VI dehortatorias, C. VII suasorias, C. IIX dissuasorias, C. IX communicatorias, C. X conciliatorias, C. XI commendatitias, C. XII dedicatorias, C. XIII testificatorias, C. XIV consolatorias: pars secunda generis demonstrativi epistolas, illiusque C. I laudatorias, C. II gratulatorias, C. III valedictorias, C. IV *èris* *èris*, seu adventitias, C. V salutatorias, C. VI votivas, C. VII propempticas, C. VIII gratiarum actorias, C. IX objugatorias: pars tertia epistolas generis judiciales, ejusque C. I exposulatorias, C. II exprobratorias, C. III comminatorias, C. IV invectivas, C. V inficiales, C. VI defensorias, C. VII excusatorias, C. VIII deprecatorias, C. IX intercessorias, C. X reconciliatorias: pars quarta epistolas generis familiaris, hujusque C. I sciscitatorias, C. II nunciatorias, C. III familiares, C. IV lamentatorias, C. V mandatorias, C. VI dantes negotium, C. VII obsequiosas, C. VIII officiosas, C. IX civiles, C. X inanes: pars quinta eaque ultima epistolas generis didascalici sibi. *Quinque* his partibus duæ subjunguntur appendices, in quarum prima de epistolis jocosis, in altera vero de epistolis mixtis nonnulla afferuntur. Liber III Epistolarum M. T. Ciceronis, C. Plinii Cæcili secundi, Augusti Buchneri & Conradi Samuelis Schurzleischii indices accuratos exhibet.

*MISCELLANEA CURIOSA, SIVE EPHEMERIDVM
Medico-Physicarum Germanicarum Academia Natura-Curiosorum
Decurie III Annis IX & X, continens celeberrimorum Virorum
tam Medicorum, tam aliorum Eruditorum in Germania &
extra eam Observationes.*

Norimbergæ, Francofurti, & Lipsiæ, apud Engelbert Streck,
1706 in 4to.

Constat Alph. IV. pag. 7 cum figuris æneis.

Quanquam variis hæcenus bellorum fulminibus concussa fuit crebro tota fore Germania nostra, aliaque regna, provinciarque; non penitus tamen siluerunt literæ, artesque, quin semper extiterint Viri Eruditi, qui ut in reliquis, ita Medicis potissimum & Physicis scientiis augendis, suas congesserunt
ope

operas. Id quod vel sola loquuntur Ephemerides Medico-Physicæ Illustris Academiæ Cæsareo-Leopoldinæ Naturæ-Curiosorum, quæ per 36 annos collectæ, sensimque in lucem editæ, sub tribus integris Decuriis Curiosorum animam abuadent nunc satiare poterunt. Annus IX & X Decuriæ III, quos jam sistimus, observationes & experimenta num. 266 methodo Illustri huic Societati alias solenti recensent. Cui annexa appendix continet 1) Historiam Epidemicam Germaniæ annorum 1699 usque 1705. 2) D. Johannis Henrici Hottingeri Descriptionem Montium glacialium Helvetiorum. 3) Anatomiam cerebri, ab H. Ridley idiome Anglico conscriptam, & a D. Michaele Ernesto Ettmullero Latinitate donatam. 4) M. Martini Girtnewaldi Observationem de Epilepsia secundi gradus a fascino in Catalepsi admiranda, Germanica lingua scriptam, & a D. Johanne Casparo Westphalo in Latinam translata. 5) D. Georgii Friderici Franci a Franckenau brevem ac veram magni illius ac famosi fluxus maris vorticosi, Arctandris Moskoë-Strom, aliis vulgo Maal-Strom dicti, ejusdem qualitatem variamque ibidem admirandorum descriptionem. 6) D. Johannis Baptistæ Scaramuccii Epistolam ad Illustriss. Antonium Magliabecchium de Hydrophobia ex vehementi indignatione orta, ex lingua Italica in Latinam versam. 7) Memoriam Reifelianam, & 8) Memoriam Mercklinianam.

Sicque tertia hæc Decuria Ephemeridum Germanicarum feliciter est absoluta. Quos tamen labores suos omittere impofterum, quoniam libri moles sensim in tantam saccrevit, ut magno eapropter pretio veniat, ejusdemque in bibliopoliis distractionem impediât, quin aliæ insuper difficultates inde emergant, decrevit laudatissima Academia. Nihilominus non deerit eadem, observationes rationes, sive abscondita, novæ curiosa Physico-Medica per Centurias porro, vel quocunque alio ordine fieri commode poterit, cum erudito Orbe communicare. De quo B. L. monere volumus, debuimus.

*ANACREON TEIUS, POETA LYRICUS, SUMMA
cura & diligentia ad fidem etiam vet. MSC. Vaticanæ emendatus,
proximo auctori, numerisque suis restitutus, dimidia fere parte au-
ctus &c. Opera & studio JOSUE BARNES S. T. D. Græca
lingua Cantabr. Professoris Regii.*

Cantabrigiæ, impensis Edmundi Jeffery, 1795. in 12 maj.
Constat plagulis dimidiatis 45.

Quod studium olim impulit CL. Barnesium, ut nitidissimam nobis & locupletissimam *Tragædiarum Euripidis* editionem adornaret, quam ante hoc decennium A. 1695 mense Augusto p. 355 in his *Eruditorum Actis*, cum ea, quam merebatur, laude recensuimus; eodem tunc pro singulari suo in literas Græcas amore, incitatus, longe pulcherrimam eruditis, omnibusque aliis multo perfectiorem venustissimi Poetæ Anacreontis editionem procuravit. Equidem mereri id videbatur *χαρισίως* Anacreontis elegantia, ut præstantissima quæque ingenia in eo ornando atque illustrando quasi decertarent. Quare post *Henricum Stephanum, Eliam Andrea, Fridericum Hermannum, & Elayderum*, nostra etiam ætate *Tanaquillus Faber*, cultissimumque filix ejus *Anna Dacier*, ac *Longepetræi* nobilissimi Burgundi ingenium in eo interpretando edendoque laborarunt; quorum labores in his *Actis* A. 1683 p. 402, & 1693 p. 13. sq. indicavimus. In Anglia ante hos decem *Anacreontis Carmina, plerimè, quibus scæbant, mendis perurbatis restitutis, notisque brevioribus ad textus emendationem potissimum spectantibus, & nova interpretatione literali Latina nitidissimo caractere forma octava ediderat Willielmus Baxter.* Sed quam ipse Baxterus a potiori manu medelam Anacreonti tot seculorum incertitia atque inertia, imprimis autem a *Tanaquillo Fabro* indigne habito, offerri optaverat; illam satis feliciter præstitisse amoenissimo seni videtur *Barnesius.* Longo tempore multisque vigilis, adhibita etiam amicorum aliquot, imprimis vero Philologi insignis *Josephi Vassii*, Reginensis Collegii Socii, laudabili opera hanc se autorem tractasse, ipse fatetur in vita *Anacronus* p. LXI. Cæterum

M m m rum

rum eadem methodo, qua Euripidem illustravit, hic quoque usus est. Quod caput est, contextum ipsum quam emendatissimum exhibere studuit. In quo optimis *Henrici Stephani* aliarumque editionibus, imprimis vero *Codicis M S C. Vaticanis*, *Scoligeri* aliorumque Criticorum ope adiutum se ubique ostendit, interdum ingeniosis conjecturis desperata loca quaedam supplet vel saniora reddit: additamenta tamen sua vel utrimulius includit, vel ita notat, ut aliis meliora montendi locum relinquat. Aliquot etiam Anacreonti carmina dubia olim vindicat, & plurima fragmenta tanquam naufragii tabulas ex universo antiquitatis oceano colligit suoque loco restituit. Alia scilicet ex *Arbano*, *Sirabone*, *Arsenii Collectaneis*, *Hephestione*, alia ex *Enstathio*, *Ammonio*, *Eliano*, *Aristophanis* & *Nicodori Scholasticis*, alia de *Dione Chrystostomo*, *Covinsbio de Dialecticis*, *Strabone Tyrso*, *Hesychio*, alia denique e *Saebao*, *Etymologico Magno*, *Polluce*, *Demetrio Phalaris* & aliis repetens, singulari studio excerptit: eorumque collectione altera fere parte auctiorem nobis Anacreontem reddidit. Græca omnia in Latinum convertit, & ut sensum eo melius lectori redderet, Prosaico sermone verbum fere verbo expressit. In notis pulcherriam autem, sensum & paraphrasin suam explicare & illustrare studuit. Jam enim variarum collatione codicum & M S C. Vaticanis contextus lectionem emendat, firmat, vindicat, quod ad v. 235, 237 & ubique fere factum deprehendes. Jam metri rationem accuratissime persequimur, singularum odarum genera, horumque varietatem notat, & observationes circa illa necessarias addit, quod post infinita loca vel ex una ad v. 469 nota intelliges, ubi contra Henricum Stephanum, in generis Anacreontici prima regione spondaum pro Anapaesto poni posse & solere evincit. Potissimum vero Autoris sensum ubique explanare ac illustrare nititur. Quem in finem saepe aliorum optimorum Auctorum loca cum Poëtae sui dictis confert: sic ad v. 62 Cupidinis Anacreonti fervientis & papyro caput præcincti imaginem Aegyptiorum comparatione fervorum, *Juvenalis*, *Plinii Pierique in Hieroglyphicis* locis adductis illustrat. Sic ad v. 701 Musarum amorem, quo *cicadum*, perhibente Anacreonte, præsequi dicuntur, ex *Eliano* declarat. Quin ipsas *musas* ap-

pellari, Musis pariter atque ~~Artemini~~ sacras, Musicæ peritas credi, ipsisque adeo cygnis præferri, variis ex *Ambologia*, *Pierio*, *Euripide* locis probat. Sic ad Epigramma Anacreontis in *Myronis Bætiæ* v. 1342 tantam ejus fuisse elegantiam, ut & que prope æneam istam figuram ad vivæ similitudinem, non accessisse, ex *Ambologia* & *Propertio* ostendit, ut aliæ bovès illi admugire, tauri assurgere, vituli sugendi studio ablandiri consueverint, sæpe etiam noster ex antiquitate, vitam affundere obscurioribus Poëtarum dicitur solet. Quod enim v. 232 dicitur, Cupidum, seipsum pugnantem, absumtis reliquis sagittis, ipsum se velut jaculum in Anacreontem conjecisse, id ex prisca militia Barnesius deducit; quod generosi olim milites, *Lucano* & *Papinio* testibus, absumtis telis ac viribus jam deficientibus, cum brevi moribundos se in terram lapsuros animadvertent, extremis viribus collectis, sese in adversarii sui corpus conjicerent, ut & morientes, vel solo corporis sui fruentis pondere ipsum prosternerent. *Orestes* v. 484 ideo *Λουκίπυς*; ab Anacreonte emphatice dici traditur, quod insanus esset, discalceatusque vagaretur, quam ob causam & *Bæchiæ* Euripidi *Λουκίπρος* audiant; vel potius quod in antiquæ Tragediæ scenis, diu etiam ante *Æschylum*, *Sophoclem* & *Euripidem* notis, albis calceis usi fuerint. Quod Anacreon v. 996 hymnos, quasi certamine proposito, cantaturum dicit, ex eo illustrat, quod, *Pausania* teste, in publicis Græciæ certaminibus, Pythiis præcipue, omnium primum & præcipuum certamen fuerit, hymnis in Deum *Apollinem* contendere: quæ ulterius noster de *Dionysiacis* etiam certaminibus ad v. 1290 ex *Euripide*, *Plutarcho*, *Æliano* doctissime persequitur. Interdum & profundiores in Anacreonte suo sensus quærit & aperit Barnesius. Quod enim Anacreon v. 841 rosam *ῥοσὴν ἀγρῆν*, & v. 83 *ῥοσὴν ἀγρῆν* appellat, in eo altius quid latentem vultu. Ipsam scilicet Deorum præsentiam roseum quid spirare creditum esse, & *Virgilio* & *Euripide*, præsentisque alicujus Divinitatis optatum omen habitum fuisse, cum odor bonus absque causa sentiat, & *Cardano* de Subtilitate probat. Interdum essentia Anacreontis integros communes Locos CL. Editor conficit. Sic frequentem & nobilem Anacreontis *ἴνουςαν*, τὸ

ἠμῶν μάλιστα, τὸ δ' αὖριον ἴδον; *e Theocrito, Anthologia, Callimacha, Horatio, Virgilio, Seneca, Homero, Salomone,*
 aliisque illustrat: in pluribusque locis pari studio nititur. Haud
 raro etiam in editorum contextum, paraphrasinque notat-
 que examina adhibere solet. Odasion LXIV multum
 quidem injuria temporis, sed plus ex amanensium inficitia pas-
 sum, p. 218 ostendit. *Longepetra* ad v. 316 acrius judicium quam
Dacria tribuit, eumque emendationis quam plures alios naris vi-
 rum esse, ad v. 974 fatetur. *Tanaquillum Fabri* sepe, cum soli
 sibi sapere videtur, nihil videre, ad v. 237 existimat. Ejus augas
 ab ipsa illius filia merito damnari, ad v. 184, rectius illo *Baxer-*
rum judicare ad v. 785 censet. Ipsum tamen etiam *Baxerum*
 interdum versus Anacreontis laedere, ad Oda LXIII: *Henricum*
Stephanum autem jure quosdam v. 218 dubios visos An-
 creonti vindicare, ad v. 228 docet. *Henricum* etiam *Sylum*
 Anacreontis, ejusque suavissimam *idion* ubique miratur *Cl.*
Barnesius; ejus dicendi genus *καμψία, μέλιτος τε κωμὸς ὄλον,*
χαρίτων ὄλον τὸ κωμῶν, cum *Henrico Stephano* p. 184. appel-
 lat. Nonnunquam tamen Anacreontem se ipso majorem ac
 sublimiorem videri posse, ut a v. 489 ad 494. tota ode LXIV
 & v. 1140 sq. observat. Contextum Anacreontis ista ratione il-
 lisque augmentis ac notis ornato, *Ἀνακρεόντην* quorundam Car-
 mina interpretatione sua notisque perpetuis illustrata Antoe sub-
 jungit. Primum inter ea locum occupat *Θεοκρίτος εἰς τοὺς δὲ*
Ἰδῶν ἰδῶν p. 332. Sequitur Barnesii in Anacreontem
 v. 2 acino suffocatum Græca nenia, *Amoris* nomine, & *Abra-*
hami Couleji Angli Poetæ nobilissimi imitatione conscripta
 p. 338. Hanc excipiunt *Antipatri Sidonii, Simocida, Leonida*
Tarentini, Eugenii, Dioscorida, Theocriti, Critile Atheniensis, Calii
Calcaquini, Henrici Stephani, Tanaquilli Fabri, Græca & Latine Epi-
 grammata in Anacreontem plusscula. Claudir opus *Anacraon*
Christianus, sive cumulus carminum Græcorum ad imitationem
 Anacreontis de materiis sacris ac divinis, mundi, fortunæque
 contemptu, veroque humani generis luctu, a felicissimo Barnesii in-
 genio profectorum, nec sine singulari mentis delectatione legent-
 dorum. Præmissa est operi longa satis præfatio, Anacreontis vi-
 tam,

tam, mores, fata & scripta exhibens. In qua Barneſius ſtudioſiſſime omnia undique conquiſiſſe videtur, quæ ad Poëtæ hujus natalis, ætatem, indolem, exilium, conſuetudinem cum Polycrate, Hipparcho aliisque, honores, laudatores, ſcripta, ſtylum, mortemq; pertinere videbantur. Multa hic occurrunt elegantia, multa digreſſiones doctiſſimæ, & obſervationes, quibus aliorum errores circa Anacreontis hiftoriam notantur, haud injucundæ. In primis multus eſt Barneſius in caſtitate & continentia Anacreontis a tot antiquorum & recentiorum convitiis vindicanda: in quibus tanto ſæpe captum Poëtæ hujus amor prodiit, ut nihil ejus non probare poſſe videatur. Sed ſunt tamen ibi aliqua, quod pace humaniſſimi Viri dicere nobis liceat, quæ nondum omnino ſatis firma haberi queant. Certe quæ de Regio Anacreontis ſternate, ſatiam Platonis a Serrano datam paraphraſin Dacryque judicium ſecutus §. III dicit, ſatis jam a CL. Bælio in Diction. Critico ſunt conſtatata. Quæ de Anacreontis ſero & ſerio cum quadam ſœmina conjugio §. XVIII in vita Anacr. & ad Oden XLIV tradit, ſomnio quodam Anacreontis, forſan non accurate ſatis explicato, nitantur. Quæ de Pœmate quodam Anacreontis, quo pias Ulyſſis in Penelopen amor celebratus fuiſſe dicitur, §. 32 perhibet, argumento ſatis firmo deſtituantur, cum *ſides Teja* qua Horatius *Penelopen Circeque in uno laborantes laudatas* lib. I Od. 17 dicit, nihil aliud quam Lyricum carmen imitatione forte Teji Poëtæ factum ſignificet. Prolegomena altera quæ operi præmittuntur, tractationem de *Lyrica Poëſi* continent; tyæ nomina, antiquitatem, inventorem, chordarum numerum, Lyrici Carminis materiam, uſum, Poëtias & Poëtæ, eorumque brevem hiftoriam explicant: imprimis Anacreontis elogia, ſublinitatem, elegantiam & metri raticnem declarant; Interpretum Anacreontis futurorum requiſita edocent, objectionibusque adverſariorum Anacreontis occurrunt. Ad ornamenta denique libri hujus, præter chartam typorumque nitidam elegantiam, tres pulcherrimæ icones, *Barneſii*, *Anacreontis*, *Ceſſiſſimique Ducis Marlboroughi* pertinent, cum carmine Græco *Divinitus de inſigni victoria ad agrum Blindbeimensenſem* a Marlborougho deportata; quam uti hoc quoque anno in Belgiiſ felici-

feliciter continuavit Heros invidiosissimus, ita ut porro hęc victoria instrumenta multarum sequentium sint, dignaque tantis rebus gestis posteritati prædicandis *Homomorphia* *Barnesio* habeant, merito precamur. Tandem etiam, *in his* *Eruditorum Actis* Catalogum Operum a *Barnesio* editorum & edendorum obliviscamur, instituti nostri *rati* possit. *LXI* Igitur scripta partim edita, partim jam elaborata typosque publicos provocantia; partim delineata, alteraque *manuum* expectantia, ipse Autor recenset. De qua tam numerosa prole ut merito Autori *CL.* gratulamur, ita ut omnes isti fœtus, tandem Eruditis publicentur, *commissi* eorum nomine obtestamur.

DELINEATIO MONTIS A METROPOLI HASSÆ
Cassellana uno circiter milliari distantis, quæ olim WINTERCASTEN, id est, biembæ receptaculum dicebatur, nunc autem CAROLINVS audit, ob ædificia & aquarum fontes, quibus Serenissimus Princeps ac Dominus, Dn CAROLVS, Landgravius Hassæ, &c. &c. illum posteritatis monumento magnifice exornavit. Opera JOH. FRANCISCI GVEMERII, in alma urbe Archiducis.

Cassellis, typis Henrici Harmes, Aulæ Hassæ Typographi, 1706 in fol.

Constat plag. 5 & tabulis æneis 15.

NUnquam Ars videtur felicior, quam ubi conjunctas præstat Operas Natura. Quamobrem cum Serenissimus Hassæ Landgravius *Carolus*, speciosum in monte a Cassellis uno circiter milliari distante opus a natura extractum cerneret, pro ingenii sui sagacitate, rerum Architectonicarum exquisita peritia, & insigni erga scientias Mathematicas amore, magis speciosum illud reddere non irritò successu annisus. Dignæ igitur quoniam, sunt nobiles tanti Principis ideæ, quæ omnium admirationi exponantur; utilem *Guemeri* præstitit operam, dum operis hujus excelsi extructiones ichnographicas & scenographica delineamenta dedit, cum brevî descriptione, idiomate Latino, Italico,

lico, Gallico, Germanico concepta. Delineationibus adiecta scalam palmorum, quibus Rhenani utuntur populi, ex quibus partis cujuslibet deprehendere licet mensuras. Ut vero suffi hujus operis animo concipere detur lectori quandam ideam; ipsam Autoris descriptionem ob absentiam Tabularum zincarum parumper hinc inde inmutatam apponere libet. Invenies nimirum in montis cacumine aream octangularem, cryptis & recessibus exornatam, quos ex Tiburtino lapide ars exculpfit. Circumstant hi amplum hypetrum, illudque marmorea exornant simulachra in loculamentis exterioribus collocata. In murorum latitudine scopulis undique eminentibus via patet, per quam sine gradibus facile ascenditur ad montis apicem, ubi supra fornices planicies extenditur ad deambulandum commoda. Ab hac area octangulari 60 pedibus distantia loculamenta veluti in scopulis efformata, quae marmoreis simulachris stationem praebent. Deinde duplici scalarum ordine ad arcam descenditur, ubi 3 cryptae patent, in quarum media Cyclops beneficium praeferlabentium aquarum suaviter modulatur, in caeteris vero duabus fontes subterraneos receptacula excipiunt. Has cryptas, sicuti alias proximae, multivum opus exornat, ex conchis margaritifera aliisque maris cochlitis diversimode coloratis compositum. In platea medium locum occupat irriguus fons, aquarum latices ad altitudinem 50 pedum eructans, atque ab eadem per duplicem facilemque acclivitatem veluti per scalas patet descensus ad planiciem inferiorem, ubi ex ingenti scopulo copiosa aqua sumunda praerlabuntur. Ex hoc loco ad tertiam planitiem descenditur per gradus, inde ex arcae cujusdam ambitu 600 pedum Rhenanorum, magnificentia ejus cognitu facillima est, quam plurimis fontium, statuarum, scalarum variisque aliis exornationibus instructissima, prout arcae modo dictae amplitudo ex scenographicis aequae ichnographicis tabulis cuiusvis obviam se sistit. In partibus hinc inde dispositis, ubi aqua abunde decidit, atque citato cursu usque ad plateam praerlabitur, in qua minores fontes emanant, amplissima sunt scalae Tiburtino lapide extractae, variis loculamentis distinctae, commodas

modas sedes præbentes. His additur planities, quæ fontibus diversis pulchro ordine dispositis circumdatur: gradus insuper ad aream præbent ascensum, in qua virescunt arbores artificio insigni dispositæ, ubi amphitheatrum statuis exornatum conspectui se sinit, quarum binæ ventorum affatu animatæ dulciter commodulantur, ex utroque latere duos fonticulos minores, in mediis autem scopulum immanis magnitudinis præ se ferens, e laxis crassioribus extractum. Subter scopulis ante memoratis Gigas apparet, copiosissimas aquas faucibus ejaculans, quæ plures exinde fonticulos profilientes efformant, in majus postea labrum delabentes, unde cascata exoritur usque ad aream aliquam 600 pedum longitudine se extendens. In infima areæ parte aqua decidit triplici repagulo interrupta, fonticulis aliis interim circumquaque effluentibus usque ad cryptam, omniumque effluvia simul congregata partim iterum in ternos fontes dividuntur, partim in amplum receptaculum cæcato cursu magnoque impetu excurrunt, rursusque in alios rivulos disperguuntur, donec in planitie Amphitheatri absoluto labore placide quiescant. Hoc Amphitheatrum scopuli, arbores, fontes mira arte dispositi exornant, atque in ejus centro planities patet, in qua amplum aquarum labrum; in lateribus vero hæc inde oppositis duo viridaria visuntur, in quibus domus perpulchre extractæ, & fontem spaciose porticus exornat, ex qua ad viridarium per gradus datur descensus, prope quos omnium aquarum decidentium undæ recipiuntur. Præterquamque sunt artis ornamenta, quæ omnia Tiburtino lapide molibusque ingentibus constant, ut scenographica delineatio representat, ex qua facilius mens apprehendet, quicquid e proximo oculus intueri nequit.

HENRICI BRENKMANN JURIS CONSULTI DE
Eurematicis Distribis: Sive de Herentis Modestini Librum
singularem ad Æquidistantiam, Commentarius.

Lugduni Batavorum, apud Fredericum Haaringh.

1706 in 8 20 plag.

Herent-

Herennium Modestinum, sive fragmenta libri singularis, quem *ἡ εὐρηματικῶν* inscripserat Modestinus, commentario illustrata, Celeberrimus Schilterus, ante aliquot annos, luci publicæ exposuit. Cum vero Doctissimus Autor noster, ubi primum ad hanc materiam animum appulit, diligenter inquisivisset, num forte aliquis Modestini illa de Eureka pertractasset, percunctando tamen inquirendoque neminem invenisset, liquido adseverare non dubitavit, fragmenta Modestini de Eureka, a nemine hactenus, quod sciret, ex professo tradita esse. Sed, opere vixdum absoluto, forte fortuna incidit in laudatum illum Schilteri commentarium. Tum initio se poenituisse ait insumti laboris, quem a Celeberrimo inter Germanos Antecessore occupatum viderit; sed continuo cogitasse, non omnia sic cum ipso sibi communia fore, quin aliquid fortasse majoris momenti, nondum ab eo animadversum, proferret; imo legendo cognovisse, tantopere inter se discrepare istam & suam expositionem, ut haud multum luminibus suis illa officere videatur; quod ut lectoribus eo magis approbaret, aliquem de ea recensum & epirrhin in fine operis sui adjecit. Ipsam Diatribam hanc quod attinet, constat illa duodecim capitibus, quorum primum exhibet introductionem in materiam de Eureka; secundum *l. 65 de Procur.* tertium *l. 25. ad S&S. Vellej.* quartum *l. 63. de jur. dot.* quintum *l. 58. de solut. matrim.* sextum *l. 9. de fust. Tutor.* septimum *l. 4. de vulg. & pupill. substit.* octavum *l. 50. de acquir. vel omitt. hered.* nonum *l. 19. de usu & usufr. leg.* decimum *l. 53. de condit. & demonstr.* undecimum *l. 45. ad S&S. Trebell.* in quibus omnibus fragmenta Modestini, quæ de Eureka habentur, explanat, quibus duodecimum varia aliorum Jurisconsultorum Eureka adjicit. Uti autem omnia, ex Jurisprudencia humaniori, erudite illustrantur, ita instituto nostro, & Lectorum desiderio satisfieri posse arbitramur, si paucula inde specialius delibemus. In capite primo notat Clarissimus Autor, inscriptionem tractatus Modestini esse mere Græcam, & tam religiose, ni imperite potius, τὸ ΠΕΡΙ ΕΥΡΗΜΑΤΙΚΩΝ transcriptum, ut, quoniam majusculæ apud Græcos literæ vulgo omni accentu spirituque carent, de Eureka exaratum videatur, non, ut oportuerat, de

Eurematicis. Nihil autem aliud *ὑποματικὸς* significat, quam inventum, sive inventionem, ac propriè, ex sententia Nostri, Eurematica sunt remedia, quibus JCti nimium juris rigorem, inventis verborum fraudibus, ad æquitatem naturalem inflectunt redeuntque, quam definitionem uberius deinde Consultissimus Autor explicat, ac sigillatim de nomine fraudis, remedii, inventi, cautionis vel cautela agit, eo etiam adjecto, quod Modestinus, ad exemplum aliorum præstantissimorum, tum juris, tum alterius scribendi generis Autorum, Q. Mucii, Labeonis, Pomponii, Pauli & Tullii, Græcum tractatus sui indicem fecisse videtur, maxime quod Græca lingua majorem in modum delectaretur, cum sex Excusationum libros, forsitan & alia, Græce conscripserit. Cum porro verborum fraudes, a JCtis excogitatae, in formulis & interpretationibus constiterint, ideo has quoque Noster declarat. De cætero Eurematica ipsi triplicis generis esse videntur, quædam enim sunt necessitatis, quædam securitatis, nonnulla etiam honestatis humanitatisque, quæ singula diligenter persequitur, eorumque usum in judiciis, contractibus & ultimis voluntatibus ostendit. Cum igitur tam insignis & multiplex Eurematicorum in Jure usus appareat, merito jam olim valde gratum acceptumque populo, hoc JCtorum munus accidisse, ac ex eo JCtos præcipue Prudentes sive Jurisprudentes fuisse vocatos, notat, & a communi Jurisperitorum laude, ad singularem Modestini commendationem translatus, quædam minus vulgaris de ipso præfatur. Fuit scilicet Modestinus Ulpiani discipulus, vixitque sub Alexandro Severo, atque ultimus fuit eorum, qui Jurisprudentiæ fama apud posteros florere, ut cum ipso oracula JCtorum obtulisse, eleganter Gothofredus dixerit. Quod ad indolem Modestini, valde æqualis & moderatus fuit, modeste modiceque desensentiens, & tamen, quæ displicebant, ingenue notare, ac disputando animi sui sensa libere & constanter promere sustinuit, hinc sæpe etiam in media dominatione, libera & imperterrita ejus vox extitit. Æquitatem passim prætulit juri stricto, ac scripta civilis sapientiæ & solidioris ratiocinii plena reliquit, fragmentis, quæ crebra in Pandectis occurrunt, abunde id comprobantibus. In Capite octavo, occurrit explicatio *l. 50. de acqu. vel*
omitt.

avitt. hered. in qua dicitur, quod si per epistolam servo pupilli tutor hæreditatem adire jussit, & post subscriptam epistolam, antequam ex ea servus hæreditatem adiret, tutor moriatur, nec dicturus sit, obligari postea pupillum hæreditati. Circa eam observat Clarissimus Auctor, usum procuratorum & nunciorum, contra jus subtile ac rigidum, moribus introductum esse, nec tamen, in omnibus omnino actionibus, locum habuisse, sed actus legitimos, ac in primis hæreditatis additionem, præfractæ operam istam vicariam respuisse, rursus tamen, favore pupillorum receptum esse, ut etiam per tutorem, hæredes fieri possint. Sed ne quid temere hic concessum putes, non omni pupillo, sed infanti solum hoc datum esse, Noster deinde annotat, id tertio adjectens; quod tutor, eo casu, non statim adeat, sed fere prius servum pupilli, nomine domini, hæreditatem jubeat adire: quibus positus, apparere amplius ait, in textu nostro, pupillum infantem supponi debere, num vero ipsum, vel ejus servum, hæredem institutum dicas, nihil referre. Quod autem, mortuo tutore, pupillum, ex servi ignorantis additione, hæreditati non obligari, in lege nostra dicatur, illud singulare, ac diligentissimæ observationis Noster esse censet, cum, secundum communes juris regulas, contrarium omnino dicendum sit. Sed ut hæc sententia legis satis sit manifesta, quodnam tamen Eurematicum hinc deduci possit, non perinde liquet. Fatetur igitur Clarissimus Auctor, se non multum hic invenire, quod cautro nem sapiat, hinc amplius conjicit, compilatores Pandectarum hunc locum quidem ex Modestini libro singulari de Eurematicis desamisse, sed non propter ipsum Eurematicum, ut cæteros plerosque, verum ut materiæ de adeunda vel omittenda, hæreditate inserviret, neglecto, quod ei adhærebat, Eurematico. Caput ultimum variis aliorum Eurematicis destinatur, in quæ strictim recensimus: Referuntur itaque Eurematica, Q. Mucii Scævola, C. Galli Aquilii, Antistii Labeonis, Neratii Prisci, Juventii Celsi, Salvii Juliani, Sexti Cæcilli Africani, Sexti Pomponii, Gaji, Terentii Clementis, Ulpii Marcelli, Q. Cervidii Scævola, L. Emili Papiniani, Claudii Tryphonini & Elii Marciani, Ulpiani & Pauli, Venuleji Saturnini, ac tandem

incertorum Auctorum, cujus generis Nostro esse videntur, vetus illa testandi ratio per æs & libram, providentia circa substitutionem pupillarem tradita in §. 3. 1. de pup. substit. clausula codicillaris, fictiones legis Corneliæ & juris postliminii, constitutum possessorium aliæque fictæ traditiones, cessio in jure, & omnes imaginariæ ac umbraticæ emtiones venditiones, aliæque actus solennes & legitimi: denique, quæ ad Jus publicum pertinere censentur, aquæ & ignis interdictio, pœnæ servitus & addictio in servitutem, si quis ad nomen non respondisset. Hæc tria enim, judice Nostro, nihil aliud sunt, quam mera commenta, in fraudem legis Porciæ & Semproniz.

*AD SODALES HISPANÆ CONFRATERNITATIS
SS. Sacramenti, quæ in solemnibus exequiis LEOPOLDI Rom.
Imperatoris, Urnam sepulchralem, & ipsius effigiem magnifico ap-
paratu erexerant. Oratio Panegyrica Comitis JOANNIS BA-
PTISTÆ COMATII, ejusdem Confraternitatis Confodalis;
habita Vienna in Parochia Casarea Sancti Michaelis,
Anno 1705, 1. 2. 3 & 4 Septembris.*

Viennæ Austriæ, typis Joannis van Ghelœn, 1705, fol.
Constat pl. 10 & fig. zn. 2.

NON ignobile est inter nitidissimos hujus ævi scriptores E-
truscis Illustr. Comitis *Comatii* nomen, quippe qui variis
hactenus libris historicis atque politicis pulcre contextis inclu-
sunt, quorum cum in Actis nostris, nescimus quo fato, mentio fa-
cta fuerit nulla, non erit ab hoc loco alienum, de his,
qui ad manus nostras pervenere, paucis præfari. Nimirum post-
quam Historiographi Casarei munus, morte Ill. Comitis Galea-
tini Gualdi Priorati relictum, Comatio fuffet demandatum, qui
solus dignus habebatur Imperatori LEOPOLDO, qui histori-
am rerum suarum a Gualdo coeptam pertexeret, e re existima-
vit, ea primum, quæ Gualdus fuffus usque ad annum 1670
(quo vastum ejus opus *Historia di Leopoldo Cesare* Viennæ II
Voluminibus in fol. prodiit) tradiderat, in compendium redige-
re. Prodiit ergo ejus *istoria di Leopoldo Primo Imperatore*
Viennæ,

Viennæ, circa annum 1689, duobus minoribus tomis in 8, eoque statim plausu exceptus liber est, ut & mox A. 1690 in Germanicam linguam translatus Augustæ Vindelicorum prodiret, & deinde A. 1697 Viennæ, etsi haud auctior, recuderetur; quo eodem anno prodit ibidem libellus ejus elegans *Coronazione del Re dell' Ungaria, Giuseppe, Arciduca d' Austria, celebrata in Poesonia P anno 1687 li 9 Decembre*, in 8, quo multa continentur, quæ ad res Hungariæ accurate intelligendas pertinent. Dignissimus quoque lectu est ejus libellus *La Mense del Savio* inscriptus, quem ibidem anno 1697 in 8 impressum vidimus, primogenitum tamen ab Auctore in dedicatione appellatum, ubi Sapientem primo accurate describit, deinde quem is conceptum de existentia Dei, de religione, de rebus supernaturalibus, de immortalitate animæ, de libertate humana, de bono & malo, de virtutibus & vitiis, de se ipso & suo statu, de aliorum conceptu, affectibus, intentione & moribus, de legibus humanis, de mundi gubernatione, deque vita & morte habeat, figillatim, variis admixtis exemplis historicis, ostendit. Denique Venetiis A. 1699 & hoc ipso anno 1706 Viennæ prodit ejusdem liber *La Morale dei Principi, osservata nell' Istoria di tutti gl' Imperadori, che regnarono in Roma*, in 8, in quo, transcurra Cæsarum a Julio usque ad Constantium Chlorum historia, quædam notatu digniora paucis verbis excerptis, quibus deinde morales quasdam observationes subjecit, & in his artes regnandi luculenter ostendit. Hæc sunt Comatii opera, hactenus a nobis visa, in quibus & eruditionis varietatem, & sermonis Etrusci, in quo regnat, suavitatem merito commendamus. At eum non minus Latinæ linguæ peritissimum esse, hic, quem sistimus, Panegyricus ostendit, quem, cum Hispanum Cæsareo - Regium Sodalitium SS. Sacramenti *LE OPOLDO* in Cæsarea Parochia S. Michaelis funebrem molem longe elegantissimam (cujus hic typus affabre depictus cernitur) extruxisset, magno omnium plausu recitavit. In hoc virtutes Leopoldi, pietatem, prudentiam, constantiam, aliasque, decantat, & qualem non modo suis, sed & hostibus se proponaverit, qua felicitate Turcas Gallosque superaverit, verbis magnificis ostendit; neque minus singularia nonnulla paucisque

nota inspergit. Quorsum pertinent omina illa: *In Zentba conflictu praevolantes inserrunt Aquila: ante desolationem Bosnia, Lyphatici per compita urbium clamantur Vates: in extremis Hungaria motibus, sacra flenerunt imagines: ante Habsbeticanam Gallorum stragem, victoria nuntius Viennam accessit.* Verum malumus Lectores totam orationem perlegere, quandoquidem, metuendum nobis est, ne, si laciniam pulcherrimae vesti detrahamus, elegantiae aliquid deoedat.

NOVA LITTERARIA EX ANGLIA.

PLures Anglos sub prelo habere libros eximios, ex impressis aliquot schedis, quae in manus nostras pervenere, intelleximus. Praeterquam enim quod Oxonii Vir celeberrimus, Joannes Mill, S. T. P. Prolegomena Novo Testamento, quod Graece in folio, quod ajunt, cum variis lectionibus splendido volumine editurus est, praemittenda excudit, ibidem doctissimus Jo. Ernestus Grabe exactissimam Versionis LXXviralis editionem procurare aggressus est, id quod ante illum Fronto Duceus in Gallia, & Is. Vossius in Anglia frustra tentarunt. Constituit autem exemplar Alexandrinum sequi, a Wanlejo magna industriae atque studio collatum, quod cur ceteris MSptis praeserat, in epistola quadam ad laudatum Millium ostendit. Neque tamen alia MSpta negliget, quorum ope textus multis modis emendabitur, & supplebitur locis bis mille, in quibus sunt trecenti ferme versus integri, qui in Anglicanis haecenus editionibus desiderati sunt. Haec additiones atque emendationes suis locis, sed paulo minori caractere, inserentur, & si quid fuerit in Alexandrino codice emendatum, lectio tamen ejus codicis in margine deprehendetur. Praeterea accedent passim Origenis asterisci atque obelisci, nulli haecenus editioni additi, & inter deperditos habiti, quorum illos supplementis, quibus lacunas LXXviralis versionis suppleverat, hos vero verbis & sententiis, quae in textu Hebraico non comparebant, praefixit. Ceterum Gravius hunc ad editionem tam egregii operis haud imparatum accedere, vel tres ejus dissertationes de versione LXX Interpretum nuper Oxonii in 4 editae, documento esse possunt. Imprimuntur & Oxonii Livii Opera, sex Voluminibus comprehensa cum variis Lectio-

tio-

tionibus, Chronologia & Notis, in 8, accurante T. Hearne A. M. quam editionem eo futuram speramus præstantiorem, quod ejus ordinandæ ac revidendæ curam, præter dictum Hearne, eruditissimus Hudsonus, Bibliothecarius Bodlejanus, in se suscepit. Nimirum ipse textus is futurus est, quem Gronovius senior exhibet, cum MSptis tamen variis, nunquam antea collatis, & editionibus præstantioribus comparatus, cui series chronologica, qualem Dodwellus consignavit, in margine adjungetur. Subjicientur singulis fere paginis variæ lectiones, nec non conjecturæ atque emendationes virorum eruditorum longe plurimæ, quas alii Livii editores insuper habuere, brevissimis tamen, ne lectori offensioni esse possint. Proinde in fine cujusque voluminis, vel si videbitur, junctim in ultimo, annotationes & explicationes prolixiores, quæ textui commode subnecti non potuerunt, nec non Nummi atque Inscriptiones, quæ ad illustranda Livii loca pertinent, deprehendentur. Denique lacunæ Doujatio supplebuntur, & mappæ Geographicæ accuratiores suis locis inferentur; & accedent operi luculenta præfatio, & indices copiosiores. Hæc ubi absoluta fuerint, de imprimendis pariter Freinshemii Supplementis deliberabitur. Sic deinde etiam Tacitum duobus voluminibus, in 8, & Ciceronem duodecim voluminibus excudendum esse, in eadem scheda, ex qua hæc deprompsimus, nuntiatur. Vidimus & Dionis Cassii novum specimen, in fol. cujus quippe Scriptoris Historias Romanas, ex Guil. Xylandri Interpretatione a Jo. Leunclavio locis innumeris emendatas recudere Angli constituere. Neque vero inter Wechelianam & novam hanc editionem quicquam interesse videtur, nisi quod, quæ ad finem illius editionis adjectæ sunt notæ, hic singulis paginis subjectæ conspiciuntur, quibus tamen plurimas adjecit Oddy, qui hanc forte editionem curabit. Appositæ quoque sunt singulis paginis anni; contra, quæ in margine Wechelianæ extant, notulæ omissæ omnes. Sunt & sub prelo Oxonii Theodosii Sphærica Gr. Lat. accurante Jos. Hunt, A. M. in 8. Item Eduardi Lhwyd, Ashmoliani Musei Custodis, Archæologia Britannica; containing some Account, additional to what has been hitherto published, of the ancientest Languages, Customs and Monu-

Monuments of the British Isles; from Observations and Collections in Travels through Wales, Cornwall, Basse Bretagne, Ireland and Scotland, Vol. I. in fol. An Exposition of Daniel's Prophecy of LXX Weeks, with Chronological Tables of those Weeks, and other matters relating to the same; by the Right Reverend Father in God, William Lord Bishop of Worcester, in 4. The Natural Immortality of the Soul asserted and proved, from Scripture and Primitive Antiquity; (in Answer to a Book written by Mr. Dodwell, entitled *The Distinction between Soul and Spirit*) wherein the true sense of the Fathers concerning the Origin, Nature and Immortality of the Soul is represented, and a particular and full Account given of all those Citations, Mr. Dodwell has made from them; by Tho. Milles, B. D. of Christ Church. Promittuntur etiam libri sequentes, quanquam nondum prelo subjecti: Geographorum Græcorum minorum Volumen tertium, cura Jo. Hudson, 8; Bostoni Buriensis Catalogus Scriptorum Ecclesiæ, & Joannis Lelandi Opus de Scriptoribus Majoris Britannicæ illustribus, cum Additamentis uberrimis, e Codicibus MSptis & impressis, per T. Tanner A. M. Cancel. Norwic. nec non John Spelman's Life of King Alfred the Great, from the Original Copy, with several Additions from MSS. by Mr. Hearne, cui, si e re videbitur, accedent ejusdem Spelmani tractatus duo, alter A view of a printed Book entitul'd, *Observations upon his Majesty's (King Charles I) late Answers and Expresses*, alter The Case of our Affairs in Law and Religion examin'd.

LIBRI NOVI ALII.

Le Grand Cabinet Romain ou Recueil d' Antiquitez Romaines que l' on trouve à Rome, avec les Explications de Michel Ange de la Chaussée. A Amsterdam, chez Fr. Honoré & Zach. Chastelain, 1706. fol.

Nouveaux Memoires de Mtr. Nodot, ou Observations qu' il a faites pendant son Voyage d' Italie. Avec des Cartes & des Figures. A Amsterdam chez Zacharie Chastelain le Fils, 1706. 12.

Divers Ecrits touchant la Signature du Formulaire, par Rapport à la dernière Constitution de N. S. P. le Pape Clem. XI. 1706. 12.

N. XI.

ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsiæ

Calendis Novembris Anno MDCCVI.

JOHANNIS MARCKII BIBLICÆ EXERCITATIONES
ad quinquaginta selecta loca Veteris & Novi Testamenti.

Amstelodami, apud Gerardum Borstium, 1706. in 4.

Alph. 6. plag. 8.

Post editas A. 1694. ad selectiora loca Veteris & Novi Testamenti, numero quinquaginta, Exercitationes *Textuales*, a nobis in his Actis anno modo nominato p. 234. recensitas, alias nunc ad totidem utriusque Fœderis extantiores textus Exercitationes, quas *Biblicas* vocare lubuit, Clarissimus MARCKIUS nobiscum communicat; unde non possumus, quin eorundem themata notitiæ Lectorum paucis jam insinuemus, & generatim ante omnia varia heic Polemica, Critica, Chronologica, Moralia, Philologica, Topographica, Historica, Dogmatica & Problematica, quæ delectare ipsum queant, in volumine, hoc reperiri significemus, quæ qualiamam sint, strictior recensensus ipsi paulo clarius ob oculos proponet.

Verborum Dei ad Cainum Gen. IV, 7. hanc esse versio- Exercit. I.
nem atque expositionem optimam, conjectura quadam sua
nexus, asserit: *annon, si bonam feceris adductionem vel oblationem,*
vel etiam *excellentiã*, quam possides jure primogenituræ, aut *si*
bene feceris offerendo, una cum hoc opere, quin *et, si non bonam*
illam, aut bene feceris, ad ostium peccati cubans porro, *et ad te,*
ut primogenitum, *appetitus illius* tui fratris junioris erit, *et tu*
adeo *dominaberis in eum?* Geminam sane heic, eamque diver-
sissimam conditionem proponi, sed unum tamea eundemque
eventum Caino optabilem promitti innuit, qui Cainum ab omni

ooo

asc-

- affectu & molimine pravo in Habelem deberet retrahere, utpote illuc jam nimis inclinatum. *Ordinem filiorum Noachi*, ad locum Gen. V, 32. illustrandum, ita disponit, ut Japhetum agnoscat maximum, Semum medium, & Chamum minimum. *Annum natiuitatis Abrahami* non in septuagesimo, sed in centesimo potius trigesimo patris ipsius Terachi, quærendum autumat, locaque adeo Modis Gen. XI, 26. & Gen. XII, 4. cum inter se, tum & cum narratione Stephani Act. VII, 4. conciliat. De facto Abrahami, *uxorem suam pro sorore haberi volentis*, Gen. XII, 11. 12. 13. ita iudicat, ut Abrahamum a culpa expressi mendacii turpisque lenocinii absolvat quidem, nec tamen ipsum ideo a multa prudentia, subiectione, fide & fiducia commendandum, quin potius de nimio metu, dissimulatione indecenti, & impudicitæ consensu satis manifesto, redarguendum venire statuat. *Promissionem Divinam de semine Abrahami futuro instar stellarum*, Gen. XV, 5. primo & directe posteritatis ex Abrahamo nascituræ secundum carnem multitudinem stupendam inferre, sed tamen, insimul & pium Abrahami semen tum ex posteris, tum ex Gentibus, spectari, nec Christum excludi debere; in similitudine stellarum etiam, præter numerum, de variis laudabilibus horum posterorum qualitibus cogitari posse contendit. *Itionem Abrahami ad patres*, Genes. XV, 15. memoratam, de ejus morte exponit, & quod addatur, *in pace*, non adeo spectare vult felicem cœli quietem, in quam moriens abiit Abraham, quam prosperitatem & tranquillitatem Abrahami, quæ ipsum in vita sic comitari debeat, ut nec morientem relinquat. In nominibus *Abraham & Sarab*, pro Abram & Sarai a Deo his impositis, non aliud mysterium, quam solam feminis multiplicandi denotationem, quærendam venire admittit. *Columna nubis & ignis* historiam ex Exod. XIII, 21. 22. dum illustrat, miraculosam istam omnino fuisse censet, nec pro miraculo substituendam admittit naturæ operationem, nedum humanam industriam in curando altaris foco, quo quidem posteriori in capite Clarissimum Hardium, palam refuratum dat. Similiter in *aq̄is Mara amaris* per injectum lignum edulcatis Exod. XV, 22. - 26. supernaturale Dei ipsiusmet miraculum agnosci cupit. *Coturnices* juxta Exod.

XVI, 12. 13. Israelitis concessæ in cibum, non locustæ ipsi, sed omnino aves sunt, earundemque multitudinem stupendam miraculis Divinis utique annumerat; & in eadem classe *Manna* quoque *deserti* Exod. XVI, 13 -- 36. reponit, quam gloriam & *aquis ex petra* bis miraculose eductis Exod. XVII, 1--7, & celebri *aquarum puseo* Num. XXI, 16. 17. 18. descripto vindicat. Sententiam suam olim Exercitat. Textuali VIII. Part. I. assertam, *de vestimentis & calceis Israelitarum in deserto* duratione extraordinaria instructis, qua vel nullatenus vel potius non plene detrita, a mortuis etiam relicta vivis, & ab his varie, pro ratione ætatis variandis, sibi aptata fuerint Deut. XXIX, 5. contra ea, quæ secus visa sunt Celeberrimo Hardtio, paucis vindicat. Integrorum dehinc Psalmorum quatuor, qui sunt *secundus, octavus, decimus sextus & sexagesimus octavus*, exegesein subnectit, & in eorundem expositione, præcipua aliquot Christianismi mysteria, ad credentium instructionem, & incredulorum convictionem, stabilita dat. De מַנְהוּם & מַנְהוּת Messias Regi adducendis juxta Ps. LXXII, 10. ita sentit, ut voce מַנְהוּת munus farreum, vocabulo autem מַנְהוּת libamen sacrum notari, modumque loquendi ab œconomia veteri ad cultus spiritualis & corporalis integritatem, lætitiæ & acceptionem gratam transferri statuat. *Conversionem* seu *reversionem hominibus a Deo mandatam* Ps. XC, 3. nil nisi hominis mortalis corruptionem & mortem, ex Dei potentissimi & semper vivi sententiæ ac providentiæ immixtam, respicere affirmat. Locum alias difficillimum *de nimio justitiæ & sapientiæ, simul & improbitatis ac stultitiæ*, a Salomone damnato Eccles. VII, 16. 17. 18. sic παραφραζει: *Ne justitiæ constituas in iis, quæ à Deo non sunt mandata, neque horum etiam intuitu de tua justitiæ altum sentias, aut dictis factisque te ipsum efferas: Sapientiam similiter noli estimare, quæ in minus necessariis inutilibus & abditis versatur, nec ex ea aut aliunde tibi crescat animus, nedum ut de te inaniter glories; ne desolationis tuæ propria per conjuncta hac vitia fias autor. Porro ne improbitatem agnoscas in iis, quæ Deus ipse non interdixit, ut hinc quoque te ipsum indecenter deprimas, aut depressum prodas; ut ne pro stultitiâ habeas ignorantiam quamvis, ut hinc vera de omni aut necessaria sapienti-*

XI.

XII

XIII.

XIV.

XV--XIX.

XIX.

XX.

XXI.

XXII.

via cavere doceat, aut exclames; ne ejusmodi viis per additionem ad Dei verbum & abnegationem gratia ejus, festinatam tibi accersas judicium. Per facies aquarum, super quas missendus fit panis, Eccles. XI, 1. homines miseros cum suis miseris & lacrymit, qui liberalitate juvandi sint, & per multitudinem dierum, in qua inveniendus ille rursus fit, multos dies vitæ hujus continuos, atque futuram insuper æternitatem intelligit. Circa populi ad legem & testimonium factam Jes. VIII, 20. alligationem, duplicem expositionem ulterius examinandam suppeditat. Una hæc est:

XXIII.

ad legem & testimonium se conferant, attendant & componant, si non sint locuturi, seu loqui nolint, secundum verbum hoc, in quo non est aurum, h. e. si in meris tenebris renuant hærescere, & veram lucem sincere quærant, quæ non est extra legem & testimonium Jehovæ. Altera rursus hæc: ad legem, eo, ut dictum est, modo se recipiant, attendant & componant, & ad testimonium, Vatum scilicet, si non loquantur hi secundum verbum hoc Pythonum & sciolorum, in quo non est aurum, sed lucidissimum ex adverso legem Dei teneant & sequantur & inculcent. Jerosolymitani montis Zion situm magis pro meridionali, quam septentrionali agnoscit, & locum Jes. XIV, 17. illustrat. Consilia Dei de longinquo, Jes. XXV, 1. laudata, respicere monet non tam præteritum quam futurum, tempora videlicet longe post futura & loca longinqua. Hæc summaria est materia Exercitationum viginti quinque, quibus totidem locorum Veteris Testamenti veteriorum sensus dilucidatur.

XXIV.

XXV.

Exerc.

XXVI.

In secunda voluminis parte loca Novi Testamenti tot, quot in priori Veteris, excutiuntur. Excitationem filiorum Abrahæ ex lapidibus, Matth. III, 9. allegatam, non vult accipi de immediata lapidum in Abrahamidas conversione, sed putat ex lapidibus dici tum excitari filios Abrahami, quando lapidum vis, dura & ad nutrimentum naturaliter prorsus inepta substantia, cedat loco mollium & aptiorum terræ partium & frugum in nutrimentum, etiam femineum, Abrahamidarum, qui hinc alio iterum gignant filios, ex illis jam in se mutata lapidum substantia. In Spiritus super Christum baptismum descensu, veram columba formam fuisse visam, ad Matt. III, 16. adstruit; quamquam hunc con-

XXVII.

spe-

spectum ad Christum & Johannem restringere malit, quam uni-
 verso populo permiffum credere. *Tentationem Christi* vere factam,
 ex Matth. IV, 1. sq. probat. *Debita*, quorum *remissionem Divinam*
 credentes in petitione quinta Matth. VI, 12. sibi expetant, peccata
 esse evincit. *Sapientia a liberis suis justificata* ex Matth. XI, 19. hanc
 facit notionem, ut Sapientia (per quam omnino Christum intel-
 ligit,) dicatur non intrinseca quadam mutatione facta justa, sed
 pro justa agnita, defensa, pronunciata, celebrata, adeoque &
 ab oppressione injusta liberata, & quidem a filiis suis, seu ob-
 jective in eis & ob eos, seu subjective potius ab eis, ut efficientibus
 istius justificationis. *Blasphemiam in Spiritum Sanctum* non re-
 mitti notat, ad ductum Matth. XII, 31. 32. tum ex rejectione me-
 dii unici salutis maligna, quæ heic adfit, tum ex defectu resipi-
 scentiz veræ, qui semper consequatur. *Mosen & Eliam* nequa-
 quam in phantasia modo, sed vere, a discipulis transfigurationis
 Christi spectatoribus fuisse visos affirmat, & locum adeo Matth.
 XVII, 3. ulterius explanat. *Sanctorum monumenta* in morte
 Christi *aperta*, eorum vero *excitationem* Christi demum subsecu-
 tam esse resurrectionem statuit, suscitatosque absque altera
 morte in cœli gloriam ingressos pronunciat, ut sua lux narra-
 tioni Matthæi Cap. XXVII, 52. 53. constet. Voces, *ἐρχόμε-
 νον εἰς τὸν κόσμον* Joh. I, 9. non ad hominem, sed ad τὸ Φῶς
 trahit. *Acceptæ a nobis ex Christi plenitudine χάρις ἀντὶ χά-
 ριτος*, explicatur de gratia impetrata pro gratiæ agnitione per
 preces & gratiarum actiones. Per τὸν Λόγον in locis Actor.
 X, 36. XIII, 26. XX, 32. & Hebr. IV, 12. Filium Dei designari ob-
 servat. De *evadentibus ad vitam æternam ordinatis*, ex Act. XIII, 48,
 adversus Pelagianas torsiones varias disputat. *Παύσιον peccato-
 rum antecedentiam* Rom. III, 25. 26. interpretatur de facta fideli-
 bus Patribus ante Christum peccatorum seu prætermissione, seu
 transmissione, seu præteritione, seu dissimulatione, quæ singula
 non modo impunitatem peccantium, sub Novo Testamento
 non minus quam sub Veteri obtinentem, includant, sed & pu-
 nitionem ipsius Vadis ad illud tempus excludant. Post *Sapi-
 entia Evangelica* præstantem descriptionem, quæ 1. Cor. II, 6 -10.

XXXIX.

XXIX.

XXX.

XXXI.

XXXII.

XXXIII.

XXIV.

XXXV.

XXXVI.

XXXVII.

XXXVIII.

XXXIX.

XL.

- XLII. reperiunda est, decenter illustratam, *unicum fundamentum* declarat, & de opere vario ei inædificato ex 1. Cor. III, 11--15. agit.
- XLIII. Tum *Angelum Satan Paulum colaphizantem* 2. Cor. XII, 7. exponit de percussione corporali ab Angelo malo facta. *Fundamentum Prophetarum & Apostolorum* Eph. II, 20. illud esse perhibet, cui ipsi sint inædificati, vel rectius, quod ipsi active posuerint, sive illud sit personale, ipse Christus, sive reale, doctrina illorum etiam Scripturis comprehensa; lapidis vero *ἀκρογωνιαίος* nomen Christo recte tribui, palam ostendit. *Firmum Dei fundamentum* 2. Tim. II, 19. Christum ipsum dicit. Quando Christus Jesus appellatur *Apostolus & Pontifex τῆς ὁμολογίας ἡμῶν*, Hebr. III, 1. per hanc non sponsonem seu conventionem & consensum, sed *confessionem* intelligi debere observat.
- XLVI. Quid prudentiæ insit promisso Apostolico *de fundamento verum baud jaciendo* Hebr. VI, 1. 2. 3. latius declarat. *Illuminatorum prolabantium renovationem ad resipiscendam negatam* Hebr. VI, 4. 5. 6. capit de hominis lapsi interiori & exteriori immutatione ad statum & operationem meliorem, magisque Divinæ voluntati simul & salutis propriæ ac statui Adamico quadatenus convenientem. Hanc dicit vocari impossibilem ob impotentiam humanam, quæ tamen ipsa ex negata Divina voluntate & cooperatione oriatur, adeoque sic satis sit absoluta, & monstret, frustra fundamentum prorsus destructum rursus ponendum esse. Porro postquam, *quid sit ἀσπεῖς peccatorum tollens oblationem?* Hebr. X, 18. declaravit, & *certam ac graves judicium ultro post agnitionem veritatis peccantium*, ex Hebr. X, 26--29. exposuit, tandem in loco 1. Joh. V, 16. 17. definit, ac quidnam sit *peccatum non ad mortem*, disquirat. Ascendendum nempe putat ad speciem unam, vel multiplicem potius, peccati, adversus quam, præ alia aliqua, decreverit Deus gratiam suam in Christo demonstrare, non in omnibus, sed in multis peccantibus, quæque hinc, sive gravior, sive levior in se, admittat resipiscendam possibilem & actualem serius vel ocysus, in electis & credentibus hominibus, adeo, ut de nominatis fratribus, qui sic peccant, neutiquam sit desperandum.
- XLVII.
- XLIX.
- L.

Singu-

Singulis his ita absolutis appendix quædam subjicitur, Oratio puta funebris in obitum *Jac. Triglandii*, Jac. Filii, Jac. Nepotis, S. S. Theol. Doctoris, hujusque & antiquitatum Hebraicarum Professoris & Ecclesiæ Lugdunensis Pastoris, ab Autore Clarissimo habita, e qua vitæ a Triglandio transactæ brevissimas has lineas ducere, a scopo nostro haud alienum forte fuerit. Natus est Triglandius Harlemi, VIII. Maji, An. 1652. Undecimo ætatis suæ anno parente utroque orbatus, sub providæ amicorum & agnatorum cura multum profecit. Latinas Græcasque literas, cum Philosophiæ principiis, tractavit primum in Schola Harlemensi, & dein in Amstelodamensi, sub ductu Rectoris Adriani Junii. Academias hinc salutaturus, primo venit Harderovicum, hinc Lugdunum transit, ubi admissus est in hospitium Antonii imprimis Hulsii, cujus ductu multum in Orientalium linguarum exercitio præstitit. Impellente sanctissimo voto morientis Patris, quod religiose habendum merito creditur, Theologiæ se totum consecravit, & in Academia Lugdunensi Viros celeberrimos, Abrahamum Heidanum, Christophorum Wittichium, Fridericum Spanhemium, Davidem Knibbium aliosque diligenter audivit, tantumque ex eorum institutione & molumentis cepit, ut, quotquot respondentem, opponentem, defendentem, orantem Juvenem audirent, de maximis usibus, quos ab ipso olim certo esset habitura, Ecclesiæ lætabundi gloriarentur omnes. Posteaquam in examine solito Classi Harlemensi suam probavit diligentiam, A. 1676 Viris Eruditis, tum per Belgium, tum per Angliam, in quam per septimanas aliquot excurrit, coram innotuit. Vithornæ primum, qui pagus spectabilis est in Diocesi Trajectina, hinc ineunte A. 1677. Trajecti, A. 1678. Bredæ Ecclesiæ Ministrum egit. Breda ipsum ad se trahere conabantur Medioburgenses, at hæsit ibi usque ad A. 1680, quo ejus ministerium expetiit & impetravit de novo Ecclesiæ Ultrajectina, a qua divelli se hæud passus est per Roterodamensem Ecclesiam, quantopere hæc ipsum urgeret A. 1681; quo tamen labente major fuit in eum Lugdunensium imperus, cui, quippe fortius repetito, cessit, hæud liber interim vel a rogationibus Hagienfium, vel a votis Amstelodamensium. Sed mansit nihilominus Lugdunæ, ubi

ni, ubi A. 1690. ex Magistratus & Synedrii consensu, labores sacros cum Marckio partitus est. Anno 1686. ordinariam Theologiae Professionem obtinuit, & insuper A. 1702. novo titulo antiquitates Hebræorum profiteri iussus est. Doctrinam de cætero Noster vere consummatam ei tribuit, linguarumque eum omnium ad stuporem potentem vocat, utpote qui, præter Theologiae sacrae abstrusissima quæque capita, noverit, quicquid fabulosum aut verum, parvum aut magnum, vetus aut novum, indignum aut dignum dederit seu orbis Christianus, seu Roma gentilis, seu Græcia sapiens, seu Ægyptus solers, seu Oriens etiam extremus. Imprimis nihil tradidisse ait Judæorum populum, per suos Magistros vel Scripturarios, vel Talmudicos varios, quod ipse minus exploratum habuerit. Eruditionis præclaræ monumenta illustria reliquisse ipsum refert non tantum in selectis variis disputationibus, de *Librorum Apocryphorum appellatione*, de *Libro Justorum*, de *Corpore Mosi*, de *Trium Cælestium Testamentorum apud Johannem authentia*, de *Domini nostri elogio apud Paulum in initio Epistolæ ad Hebræos*; & in Orationibus, de *Legitima Fidei propaganda ratione*, de *Utilitate Religionis in Republica*, de *Origine & Causis Rituum Mosaicarum*, de *Josepho Patriarcha in Sacri Bovis Hieroglyphico ab Ægyptiis adorno*, de *Laudibus Friderici Spanhemii defuncti*; sed & in Conjectaneis de *Dodone*, & *Opere de Karais* (a nobis etiam nuper recensito in his Actis, A. 1703. p. 63.) & *Sacra Scriptura Vindictis* adversus novum ejusdem Systema a Viro Docto temere formari cæptum. Et plura accepisset ab ipsius manu Orbis Eruditus, nisi eum fata his terris eripuissent, d. 22. Septembris, A. 1705, quo ætatis suæ quinquagesimum agebat quartum. Superstes tamen perennat in filio, quem præter filias quatuor reliquit, *Jacobo*, qui studiis variis egregie innutritus & excultus, *Juris-Consulti* titulum haud ita pridem cum omnium applausu accepisse dicitur.

IDEA DE' NOBILI NELLE GESTA DEL
Comte Ottone Onorio di Traun, &c.

i. e.

i. c.

IDEA NOBILIIUM IN VITA ILLUSTRIS-
simi OTTONIS HONORII, S. R. I. Comitis
de Abensperg & Traun, Wolckenburg & Eglos, Domini
in Traun, Petronel & Maissa &c. historice delineata,
a Dn. DE LA ROCHE, ejusdem quondam
Nutritio. In 8.

Constat pl. 16.

ET si in titulo opusculi hujus, neque loci, ubi editam, neque
 anni, aut typographi nomen conspicitur, compertum ta-
 men habemus, illud nuper admodum Viennæ proditisse. Com-
 plectitur autem vitam, itinera, & res gestas Illustrissimi Comitis
OTTONIS HONORII DE TRAUN, hodieque super-
 stitis, qui præter Aurei Velleris insigne decus, Supremi Vexilli-
 feri hæreditarii utriusque Austriæ, Consilii Status Intimi, Ma-
 gnique Mareschalli & Generalis Colonelli Austriæ Inferioris di-
 gnitate gaudet. Natus is est Patre Honorio, & Matre Regina,
 Christina, Comitissa de Zinzendorff, anno 1644, die 13 Martii.
 Religione Catholica a primis annis imbutus, cum ingenium acre
 & ad quævis aptum prodidisset, nactus est præceptorem doctissi-
 mum Wagenheilium, cujus præceptis & in secessu Maissano, &
 integro biennio Posonii usus est. Remoto deinde ex ejus comi- 23
 titatu Wechlerero, quem periculum erat, ad Protestantium Sa-
 cra juvenem traducturum, cum Viennæ palam professus esset, 28
 Catholicam religionem, nutritium nactus *Philippum Patritium* 30
de la Roche, natione Hibernum, qui hujus libri Auctor, iter-
 cum eo ad externos ingressus est. Primum in Galliam profectus,
 anno integro Lugduni, studiorum inprimis gratia, nec breviori
 tempore Parisi commoratus est. Hinc Madritum, ubi tum 40
 nuptiales festivitates inter Leopoldum Cæsarem & Margaritam, 48
 per vicarium, Comitem de Pötting celebrabantur, perrexit, at-
 que in familiaritatem Joannis Austriaci admissus, cum copias in
 Lusitanos ducentem secutus est, egregiaque ea in expeditione,

Ppp

vir-

- virtutis suæ rudimenta dedit, vario vitæ discrimine feliciter de-
- 53 functus. Visis postea celebrioribus Hispaniæ urbibus, in Afri-
cam cum Angliis nonnullis e Gaditano portu excurrit, ubi no-
vum in sedanda barbarorum rebellionem virtutis specimen edidit;
redox deinde in Hispaniam factus, quicquid visu dignum reli-
quum fuerat, curioso oculo observavit, demumque Barcinonæ,
Genuam solvit. Verum duplici jactatus tempestate, primum,
- 68 Rhodum, deinde Massiliam appulit, & mutato adeo consilio,
cum Melitensium Gallorumque classe denuo in Africam ad subi-
71 gendam urbem Gigeri contendit, qua capta, Melitam ipsam pe-
tens, adversa ventorum vi in Tolonem Martium coniectus est.
Hinc denuo mare ingressus, Italiæ littora legit, & præter Ge-
74 nuam, urbes aliquas Regni Neapolitani & Siciliæ spectavit, &
ubique notata digniora observavit. Sic Cajetæ vidit sepulcrum
76 matris Ænez, & carcerem, in quo illo tempore Dux Guisus &
Masanielli propinqui, qui rebellionem adjuverant, asseraban-
tur, Puteoli pontem admirandum, quem opera Diaboli constru-
xisse Petrus Bailardus fertur, Sibyllæ Cumanæ habitationem, se-
pulcrum Agrippinæ, scholam Ciceronis, aliaque, nec non Syra-
81 cusæ cavernas subterraneas, & speculam Archimedis. De-
mum in Melitam insulam venit, & a Magno Magistro cruce &
dignitate Equitis voluntarii ornatus, eo honore dignum se uti-
86 que præstitit. Mox enim Messinam tendens, cum in pyratas Bi-
fertenses incidisset, fortissime maritimo prælio decertavit, atque
inde ad reficiendam navem ad Lampedosam insulam appulit.
- 88 Vidit hic cultum Christianum & Mahometicum, ab utriusque
religionis asseclis, pari securitate eodem fere loco celebrari.
Namque Turcæ capellæ B. Mariæ Virginis, a Christianis excita-
tæ, adjunxerant sepulcrum Mahometis Pseudo-Prophetæ. Ita-
vero more receptum, ut, quisquis illac iter facit, in alterutro
loco pecuniæ vel eduliorum aliquid offerat, nec quicquam au-
ferat, nisi certissimum naufragium, ut traditio fert, velit expe-
ri. Hinc denuo Melitam rediit, rursusque solvens, cum py-
rataras, qui ab omni parte imminabant, feliciter evasisset, Paler-
mum venit, & transcurso Regno Neapolitano, Romam tandem,
97 caput mundi, adiit. Qua vero honoris significatione, & Romæ

a Summo Pontifice, Christina Regina, aliisque primoribus, & in aliis Italiae urbibus, Viterbii, Senis, Florentiae, Bononiae, Ferrariae, Mantuae, Venetiis, Mirandulae, Mutini, Parmae, Placentiae, Mediolani, Augustae Taurinorum, & reliquis, ab honoratioribus fuerit receptus, non attinet pluribus referre. Transcurſa m
deinde iterum Gallia, ubi nova ab ipſo Rege Ludovico gratiae nſ
documenta habuit, in Belgium ſeceſſit, & cum omnia accurate
luſtraſſet, cum Hiſpanico legato, Petro de Salinas, trajecit in
Angliam. Hinc ſuadente Nutritio *de la Roche*, qui videndae l20
patriae cupidus erat, in Hiberniam proficiſcitur, & ex hac porro
in Scotiam. Redux deinde in Angliam factus, ſolvit demum
Doveria, & per maritimum Galliae tractum in Belgium rediit,
quo tempore Gallos inter & Hiſpanos bellum exortum eſt; ita-
que novum fortitudinis campum nactus, Hiſpanis operam ſuam
addixit, & ſplendido munere, quod vocant *General Ajutante*, l29
deſungi coepit, quod quidem mox, Erneſti conſanguinei litteris
ab eo vitae genere advocatus, rurfus depoſuit. Sic, ut Viennam
demum reverteretur, Oldenburgum tranſiit, quo in loco decus
illud Comitum, Antonium Guntherum, jam ſenem, adeo cum l35
aliis virtutibus, tum ſpeciatim arte pictoria, quam probe calle-
bat, ſibi obſtrinxit, ut octo equis generoſis ejusdem coloris ab
eo fuerit liberaliter donatus. Cum vero & in itinere Princ- l38
pem Daniæ hæreditarium offendiſſet, quocum Lugduni in Gal-
lia arctam amicitiam contraxerat, facile ſibi perſuaderi paſſus
eſt, ut in Daniam proficiſceretur, e qua mox etiam in Sueciam
excurrit. Denique peragrata univerſa fere Germania, & Wa l52
genſeilio imprimis præceptore Altdorffii amice ſalutato, Vien-
nam rediit anno 1667 die 7 Octobris, omnibus virtutibus,
qua homini datum eſt, ornatiſſimus. Hic mox Caſaris Leo l58
poldi gratiam meruit, a quo Camerariū munus, aureæ, ut moris
eſt, clavis traditione accepit, jamque ad matrimonium animum
applicans, Mariam Chriſtinam, Comitiffam de Zinzendorff & l59
Pottendorff, uxorem duxit ineunte anno 1668, quæ poſt triginta
annorum ſuaviſſimum connubium, anno 1698 ad ſuperos
migravit, relictis duobus filiis, quorum alter vix deguſtatis cum
Maximiliana, Comitiffa de Althaim, nuptiis deceſſit, alter Ca-

- Camerarii aliisque muneribus defungens, Eleonoram Comitissam Palii uxorem habet, e qua filium hactenus unicum suscepit. Hinc varia munia per gradus obiit, in quibus utique & prudentia ejus singularis, ubi judicandum fuit de rebus arduis, sive in foro, sive in aula, & fortitudo quoque, ubi res postulabat, patuit.
- 163 Quo loco lectu digna sunt, quæ Noster prolixius de ejus constantia in compescenda terribissima militum rebellionem narrat. Solus enim, fortiter pugnando, non exiguam eorum catervam in fugam conjecit, & miraculi instar fuit, eum inter globulorum imbres (quibus & equus ejus periit, & servus non semel trajectus est) atque inter districtos tot mucrones, saluum evasisse.
- 177 Anno 1679, cum pestis Viennenses invasisset, insignem animi presentiam ostendit, & paulo post, orto de Turcarum adventu rumore, dignissimus Cæsari & Statibus visus est, ad vim hostium repellendam. Reduxit itaque Viennam copias, easque tradidit Ernesto Starembergio, urbis præfecto, & portro accepto a
- 185 Cæsare Generalis Commissarii munere, nihil omisit, quod ad urbem tuendam, atque rebus necessariis omnibus repente adimplendam, pertineret. Quin & de comæatu in vicinis locis comparando mature prospexit, ne quid his, qui in auxilium ur-
- 190 bis appropinquabant, deesset, & frequenter, non sine summo vi-
- 198 ta discrimine, ex urbe ad Cæsarem comæavit, ac prospere pu-
- 201 gnavit cum Turcis. Inde Regi Poloniæ & Electoribus Baviariæ & Saxoniarum, quorum favorem facile obtinuit, obviam missus, nihil omisit, quod ad maturandam opem pertineret, cumque Principes illi cum Duce Lotharingiæ, quo loco transiri commode Danubius posset, deliberarent, omnes ejus consilium probarunt. Qui & ipse potissimum struendi pontis curam suscepit, cumque anchorarum aliarumque necessaria ad firmandas naves deessent, jus sit catenas omnes e vicinarum urbium puteis laqueosque crassiores in unum conferri, quo effecit, ut intra quadriduum pons integer sterneretur, quod Lotharingio adeo placuit, ut cum primùm Traunium conspexisset, eum suavissime osculatus, Gallis his verbis compellaverit: *Que vivent les*
- 207 *Gens d'Esprit.* Certe de liberanda urbe adeo fuit sollicitus, ut trium mensium spatio, quo fuit obsessa, longum non nisi carptim

ptim ac per intervalla ceperit. Unde urbe demum feliciter ab
 obsidione liberata, inter primos ob insignem operam a Cæsare
 remuneratus est, & porro ritus ordinavit, quibus congressus
 Cæsaris Regisque Poloniae institui debuit. Sic majorem indies 214
 Cæsaris gratiam lucratus, munus Commissarii generalis, postea
 Consilarii Camerae Aulicæ, & anno 1690 Magni Mareschalli 221
 Austriae Inferioris, quam dignitatem etiam Sigismundus Adamus
 & Ernestus e Trauniorum familia possederant, ut & Generalis
 Colonelli Austriae, & demum anno 1691 Consilarii Intimi Sta- 224
 tus nactus est. Anno sequenti ad secunda vota processit,
 Esthere Juliana de Oppersdorff, Francisci Comitum filia, in matri-
 monium ducta, e qua post novem annos mortua, unicam filio-
 lam hæredem habuit. Hinc ne deesset honorum complemen-
 tum, anno 1694 ordine Aurei Velleris a Cæsare, cui facultatem 226
 fecerat Rex Hispaniae Carolus II, solenniter decoratus est, cum-
 que coertis, quæ etiamnum durant, turbis Hungaricis, novum
 virtutis specimen edidisset, insuper Supremus Vexillifer hære-
 ditarius utriusque Austriae, ac postea Consiliarius actualis Secre-
 tiorum Consultationum (*della Segreta Conferenza*) factus est. 232
 Denique anno 1704 tertias quoque nuptias, cum vidua Comitum
 de Weissenwolff omnibus virtutibus ornatissima celebravit, e
 qua natus illi haud ita pridem filiolus Joannes Adamus. Plu-
 ra in laudem Traunii, qui nunc quoque superstes, eadem apud
 JOSEPHUM, qua antea apud Patrem, ejus Augustissimum,
 gratia valet, proferre vetat modestia.

NOUVELLE FORTIFICATION, TANT POUR
 un terrain bas et humide, que sec et élevé, par feu
 Minno Baron de Coehorn.

h. e.

NOVA METHODUS MUNIENDI LOCA TAM
humilia & humida, quam sicca & elevata, Autore
L. B. de COEHORN.

Hagæ Comitum, apud Henricum van Balderen, 1706. in 8.
 Constat plag. 19. tabb. æn. 14.

Ppp 3

Notum

Notum satis est *Coebornii* nomen, nota ejus est rerum bel-
 licarum peritia profus insignis, nota sunt egregia ipsius
 inventa ac præclare gesta. A tanto igitur viro quas non nobis pol-
 liceamur de arte muniendi meditationes? Quare cum idioma-
 te vernaculo, h. e. Batavo, dudum ab eo publicatæ paucis ad-
 modum innotuissent, omnium tamen, quibus Architectura mili-
 taris curæ cordique est, ut in notitiam venirent, haud parum
 interesset, non inutilem publico operam præstitit, qui in lin-
 guam Gallicam, eruditis nostro tempore satis familiarem, illas
 traduxit. Equidem ut triplicem, quam Autor celeberrimus
 proponit, muniendi methodum hic exponamus, instituti nostri
 ratio non fert, inprimis cum sine prolixis schematicis intelligi
 nequeat: quodnam tamen ipsius fuerit institutum, breviter
 recensēbimus. Diu scilicet recepta fuit Belgica muniendi for-
 ma, multis iisque fini Architecturæ militaris e diametro adver-
 sis defectibus laborans, non obstante, quod insigne Germanorum
 decus *Speckle*, in opere quantivis pretii de Architectura militari,
 (quod, cum multa in hac scientia exquisita continet, recentio-
 ribusque inventionibus ansam dedisse dicendum sit, nuper
 Dresdæ recudi meruit) illos dudum, nempe jam sub finem se-
 culi decimi septimi, notaverat ac emendaverat. Immutarunt
 illam *Comes de Pagan*, *Mallet*, *Heideman* alique complures;
 monstrat tamen Noster, quod admissum in antiqua methodo
 errorem in emendationibus quoque suis erraverint: id quod
 tanto magis mirari debemus, quia emendationis istius defectum
 jam correxerat *Speckle*. Præcipua vis fortaliorum in defensione
 ex ala petenda consistit. Interest igitur, ut ala hostium con-
 spectui subducantur: quod dum præstare nituntur methodi
 Belgicæ, aliarumque recentiorum plurimarum Autores, id vi-
 tium incurrunt, quod spatium ac terræ molem ad suggestus
 tormentorum excitandos hostibus suppeditent. Duplicem
 igitur aliam alas tegendi rationem substituit Noster, & in utra-
 que vitium memoratum sollicitè præcavet. Cæterum ut præstan-
 tia novarum muniendi methodorum ab ipso excogitatarum
 elucescat, accuratam istius cum moderna Gallorum instituit
 comparationem. Exemplum primæ proponit in hexagono,
 secun-

secundæ in heptagono, tertiz in octogono. Rationem oppugnandi fortalitia, tum secundum Gallicam, tum secundum propriam methodum excitata, summo cum studio expendit, suorumque præ illis insignes monstrat prærogativas, indicatis simul illorum defectibus, quibus in suis medetur. Immo accuratam in expensarum in utraque methodo calculum, easque in suis minores multo, quam in Gallica requiri, comprobat. Notatis quibusdam defectibus, circa modernam loca maritima vel ad fluviorum ripas sita muniendi methodum obvius, propriam subiungit. Taxat denique Architecturæ militaris Scriptores, quod in suis muniendi formis nullum respiciant Horizontem fixum, cum tamen pro diversa altitudine planitierum ultra libellam aquarum, in fluviis æstivo tempore consistentium, variari debeat orthographia. Quare eum ipsi in triplici sua methodo altitudinem in plerisque Bataviæ locis obviam supponere libuerit, quomodo eadem in aliis Horizontibus, sive magis elevatis commode usurpetur, declarat.

TRIDUANA DE CANONE LIBRORUM SACRORUM Concertatio, acta in Seminario Montis-Falisci. Autore F. GUILLELMO BONJOUR, Tolosano, Ordinis Eremitarum S. Augustini, & in Seminario Montis-Falisci Divinarum litterarum Professore.

Apud Montem-Faliscum, 1704. Ex typographia Seminarii.
Constat pl. 7. in 4.

DOCTISSIMI BONJOURII (cujus dissertationem de nomine Patriarchæ Josephi, Zaphnath-Pabaneach, mense Januario anni 1679 p. 6, exercitationem vero in monumenta Coptica seu Ægyptiaca Bibliotheca Vaticana, mense Majo anni 1699 p. 233 in Actis hisce recensuimus) industriæ debemus triduanam hanc de canone librorum sacrorum concertationem, quæ jubente & præfente S. R. E. Cardinali, Marco Antonio Barbadi-
co, Archiepiscopo, Episcopo Montisfalisci & Corneti, quem mortem obiisse non ita pridem accepimus, in Seminario Montisfalisci amplissimo, cujus ille Purparatus conditor & instructor
exti-

extitit, publicè acta, & Clementi XI. Pont. Max. ab Autore
 humillime dicata fuit. In tres vero illa dispefcitur dialogos,
 quos inter se habent sex numero interlocutores, Catholicus ni-
 mirum, Judæus, Ethnicus, Hæreticus, Samaritanus atque Politi-
 cus. Catholicus uti ubique illud agit, ut superbix & pertinacix
 Hæretici, Judæi perfidix & obdurationi, Samaritani malevolen-
 tix & livori, Ethnici superstitioni, ac Politici impietati intempe-
 rantique licentix obviam eat; ita in primo dialogo non tantum
 canonem librorum sacrorum, quem Ecclesia Romana sequitur,
 adstruere conatur, verum etiam, ut alia taceamus, de librorum
 Mosaicorum antiquitate ut testimonia sua proferant, & Ethni-
 co, & Samaritano, & Judæo ansam præbet. Ita Ethnicus docet
 ea, quæ in Mosaico legum Judaicarum volumine legerunt olim
 prisca Gentilium, nos legere hodie in Pentateucho. Longinum
 enim, Zenobix Palmyrenorum Reginæ a consiliis & studiis, exi-
 mio Mosen elogio profequi in libello *de sublimi genere dicendi*,
 quod legum initio scripserit, dixisse Deum: *Fiat lux & facta est*,
 quæ verba adhuc hodie circa initium Pentateuchi occurrant.
 Numenium Pythagoricum agnovisse, Platonem dogmata sua a
 Mose summisse, proptereaque apud Eusebium lib. XI. Præpar. Ev-
 ang. c. X. quærere: *τι γὰρ ἐστὶ Πλάτων ἢ Μωσῆς Ἀττικίζων*.
 Porro Platoniorum dogmatum, Platoniarumque legum cum
 Mosaicis comparationem, docere nos pariter, hodiernum Mosis
 Pentateuchum esse illum antiquissimum, cujus luminibus Plato
 usus sit. Cujusmodi comparationem jam olim instituerit Eu-
 sebius, libro undecimo & duodecimo Præparationis Evangeli-
 cæ. Unde non miratur Ethnicus, Aristobolus, Hebræum, dixisse
 apud eundem Eusebium libro decimo tertio ejusdem operis
 cap. XII, quod *satis constet, legum nostrarum instituta secutum
 esse Platonem, ac singula earum capita diligenter ac studiose per-
 legisse*. Hinc Samaritanus, ut Pentateuchi antiquitatem tueat-
 ur, narrat prisca illos Samaritas, qui deportatis in Assyriam
 Israelitis successerunt, habuisse libros legis ab uno *de Sacerdotibus
 his, qui captivi ducti fuerant*. Hunc Israelitarum Sacerdotem
 fuisse de schismate Jeroboami, quo decem tribus Israel defece-
 runt a Roboamo, ipso statim anno, quo Salomonem is excepit.

Ne-

Neque quenquam latere continuatam in Samaritis Jeroboamitarum a Judæis dissociationem. Quod ergo Samaritæ conveniant cum Judæis in tribuendo Mosis Pentateucho, quem, dissociatione non obstante, conservent & teneant, id non habere a suo schismate, sed a tempore, quod antiquissimum illud schisma antecessit. Quocirca hodiernum Samaritarum Pentateuchum altissimæ esse antiquitatis, Samaritanus colligit. Quin & summam hanc antiquitatem elucere hodie idem ait in characteribus, quibus ille Pentateuchus descriptus sit. Institutos Jeroboamitas literis Mosaicis, quibus Hebræi omnes suos ante Esdræ libros exaraverint, dedisse eas Samaritanis; *cum ad illud neque tempus eisdem Samaritanorum & Hebræorum characteres fuerint*, uti ex Hieronymi præfatione in libros Regum constat. Notum esse pariter ex doctissima Josephi Scaligeri dissertatione de literis Jonum, Græcos characteres ad exemplum Samaritanorum esse formatos. Cumque constet de antiquissima literarum Jonicarum origine a Phœnicibus seu Chananais, in quorum regione habitabant Hebræi, adeoque & Samaritæ; constare etiam de altissima literarum Samaritarum antiquitate, merito censet. Summæ igitur antiquitatis tenacissimos Samaritanos indicio esse conclusit, antiquissimum esse Pentateuchum, quem a Mose scriptum agnoscunt. Tandem Hebræus in eos invehitur, qui legis libros a Mose non esse scriptos adserunt, ac proinde non tantum istam sententiam ex Exodi cap. XXXIV. v. 27. collato capite XXIV. v. 4. ejusdem libri, & capite XXXI. Deuteronomii v. 9. refellit, sed etiam clare edocet, quomodo Mosis ille liber integer ad posteros fuerit propagatus.

Secundi dialogi scopus eo tendit, ut Pentateuchi Divinitas probetur, pariterque & antiquitas & Divinitas aliorum veteris Testamenti librorum commonstretur. Divinitatem Pentateuchidum probat Catholicus, illud maxime argumentum urget, quod ex Prophetiarum veracitate depromitur. Cum enim duplex sit prædictionum genus, aliud per signa, aliud per verba: illud imaginibus seu formis ac figuris adumbretur, istud verbis exprimitur, quæ vel nudam & apertam habeant significationem, vel latentem & allegoricam; utrumque prædictionum genus includere

Q 9 9

re Mosis

Mosis libros ostenditur. Ipse Judæus varia hujus rei testimonia in medium producit, & ad vaticinia de Messia imprimis provocat, contra quæ tamen Hæreticus varia adfert, quæ Faustus Manichæus, Theodorus Mopsuestenus, & Apelles Marcionista olim fovearunt, prætereaque Hugonis Grotii mentionem facit, qui omnes de Christo prophetias docuerit involvere primariam, quendam, proximum; propriumque sensum, ad historiam ejus temporis, quo proferebantur, referendum; secundarium vero, remotum, mysticum & allegoricum pertinere ad Christum, Prophetiasque adeo ad Christianam fidem probandam infirmas esse & invalidas, nihilque ad ponenda fidei fundamenta prodesse, cum non in vim argumenti proprie adhibeantur, sed ad illustrandam atque confirmandam rem jam creditam. Verum hanc Grotii sententiam Catholicus rejicit, ac prædictiones Prophetarum, fidei nostræ fundamenta firmissima, nec quasdam solum, allusiones veteris & novi Testamenti a piis & ingeniosis hominibus excogitatas esse, ex variis Scripturæ locis confirmat. Reliqua dialogi hujus pars circa reliquos V. T. libros ita versatur, ut de libris Josua, Judicum & Regum prolixius agatur, ceteri vero breviter saltim stricteque attingantur. De libris Regum inter se dum colloquantur Judæus, Catholicus & Ethnicus, hæc Judæicos istos Regum annales cum antiquissimis variarum gentium monumentis quam aptissime coherere, exemplis quibusdam declarat. Ita Chaldæos in suo Regum *Babylioniorum* mathematico canone nos docere ait, tempus Mardokempadi, seu Merodachi, Regis Babylonis, qui Ezechiz, Regi Judæ, legationem misit libro quarto Regum c. XX memoratam. Tempus etiam aperire Nabocolassari seu Nabuchodonosori, qui Judæos abduxit in servitutem Babylonicam, monumenta nedum Hebraica, verum etiam Chaldaica, quæ Berofus, Sacerdos Belsi excusserit apud Josephum l. X. Antiquit. c. II. & lib. I. contra Apionem. Eadem monumenta eundemque canonem manifestare quoque tempus Ilvarodami seu Evilmerodachi, qui Joachinum, Regem Juda, exemit vinculis. In antiquis firmis annalibus Tyriorum, quorum fragmentum eximium recitet Josephus lib. I. contra Apionem & lib. VIII. Antiquit. c. 2. memorari Solomonem

nem

nem Jerosolymorum regem : item templum ædificatum Jerosolymis duodecimo anno regni Hiromi, seu Hirami, Regis Tyri, qui juxta librum tertium Regum c. V. concessit Salomoni caesores lignorum ad templi ædificationem. In iisdem annalibus celebrari Ithobalum, Astartæ Sacerdotem, & Tyriorum, adeoque Sidoniorum, Regem, qui sit Echbaal, Rex Sidoniorum, cujus filiam Jezabelem in uxorem duxit Achab Rex Israel 3. Reg. 16, 31: Attenta æra Carthaginis, quam habemus ex Solino, c. XXVII. editionis Salmasianæ, eundem ab Hiromo numerum annorum colligi ex Tyriorum antiquitatibus, qui reperitur a Salomone in Regum libris. Inde quoque manifestum esse, tempus Ithobali esse tempus Echbaali, tempus Mardokempadi esse tempus Mero-dachi, tempus Nabocolassari esse tempus Nabuchodonosori, tempus Ilvarodami esse tempus Evilmerodachi. Adhæc Assaradinum, qui locum habet in mathematico Regum Babyloniorum canone, referre ætate Asor-haddanum, alias Asar-haddonem, illum Regem Assyriorum, qui de Babylone aliisque ditionis suæ locis adduxit, quos collocavit in civitatibus Samariæ pro filiis Israel 4. Reg. XVII, 24: Assarhaddonis hujus patrem ac decessorem Sennacheribum, qui juxta caput decimum octavum ejusdem libri, bello infestavit Judæam aliasque Asiæ regiones, exprimere sine dubio Sanacharibum, Regem Arabum & Assyriorum, quem adversus Ægyptum magnum movisse exercitum, testetur Herodotus l. 2. c. 141. Sed & Berosum, Chaldaicarum rerum scriptorem, Senacheribi meminisse, quod omnem Asiam & Ægyptum bello infestaverit; ut observet Josephus l. X. Antiquit. c. 1. Eundem auctorem l. 7. c. 6. exscribere præclarum de Regibus Syriæ fragmentum ex Nicolai Damasceni Historiarum libro quarto, in quo celebretur Adadus, Damasci & reliquæ Syriæ Rex, qui bello inter eum & Davidem, Judææ Regem, exorto, crebris præliis cum illo conflictatus, postremo apud Euphratem victus sit. Librum secundum Regum vocare eum Adar-ezerem seu Adad-ezerem regem Soba, sub cujus ditione erat Syria Damasci, cujusque mentio fit c. VIII. 3. Si antiquitates Ægyptiorum excutiantur, reges Ægypti memoratos in Judaicis Regum libris reperiri eo tempore, quo ponantur in istis an-

tiquitatibus. Quando in libris Regum inveniatur *Sesac*, alias *Sesac*, ea ratione, qua *Irenaeus Irenaeus* lit, in Dynastiis Aegyptiorum celebrari *Sesenehofin* seu *Sesoch-osen*. Quando in illis legatur *Necos*, in illis haberi *Necho*.

Reliquum est, ut de tertio Dialogo aliquid dicamus, in quo de Canone librorum Novi Testamenti breviter differitur, quem cum juxta receptam in ecclesia sententiam constituisset Catholicus, Hæreticus contra monet, istum multa probare, quæ Hæresis repudiaverit, multa rejicere, quæ illa susceperit. Nimirum Evangelium Matthæi, ceteris repudiatis, admisisse Cerinthum: sed mutilasse Ebionem: Manetem profus abjecisse. Evangelium Lucæ, ex quo selecta quædam exceperint Cerdo & Marcio, penitus respuisse Carpocratem: Evangelium Joannis sprevisse sectam Alogorum. Basilidem suum habuisse evangelium, habuisse Apellem, habuisse & Tatianum. Lectum fuisse, a Gnosticis evangelium secundum Philippum: ab Ebionitis & Enekratitibus, secundum Hebræos: a Manichæis, secundum Thomam. Nec defuisse, qui probaverint evangelia Petri, Andreæ, Bartholomæi, Judæ seu Thaddæi, Jacobi Junioris, Matthiæ, Barnabæ, Nicodemi; sicut & illa, quæ secundum Aegyptios fuerint & secundum duodecim Apostolos. Verum Catholicus verbis maxime Augustini, quæ libro 33. contra Faustum Manichæum, c. 6. leguntur, probat genuina esse evangelia aliaque Apostolorum scripta, quæ Ecclesia recipit, adulterina vero, quæ contra Ecclesiam ab hæreticis producta sunt. Veraces vero esse libros Evangeliorum, reliquosque novi fœderis, ipsis Judæi, Ethnici & Samaritani suffragiis confirmatur, & Judæus quidem inter alia ad celebrem istum Josephi locum provocat, qui l. XVIII. c. 4. Antiquit, extat, ubi ingenue narratur, venisse Christum prænunciatum a prophetis, nempe Jesum, qui plurimos & ex Judæis & ex Gentibus ad se pertraxerit. Cum tamen Politicus objiciat, plures hodie inficiari Josephum ista locutum esse, Catholicus omnem movet lapidem, ut germanum Josephi factum, esse præclarum illud de Christo testimonium evincat. Hoc ipsum enim ostendere ait, quotquot reperiantur Josephi codices sive typis, sive calamo exaratos, sive Græcos, sive Latinos, qui

omnes

omnes mire consentiant in retinendo hoc testimonio. Illius sinceritatem neminem veterum negasse, neminem ipsorum vocasse in controversiam, multos potius inter illos eosque gravissimos locum adeo celebrem laudasse, exscripsisse, ut Eusebium in tertio Demonstrationis Evangelicæ & in primo Historiæ Ecclesiasticæ libro cap. XI; ut S. Hieronymum in catalogo scriptorum ecclesiasticorum, agentem de Josepho; ut Isidorum Pelusiotam lib. 4. epist. 225; ut Sozomenum lib. I. c. I. quibus addi possit Georgius Cedrenus in Historiarum Compendio pag. 169, Nicephorus Callisti lib. I. c. 39. & Suidas in Lexico, verbo *Ιωσήφ*. Cum præterea idem ille Scriptor, aliis in locis minime dubiis & controversis, meminerit *Joannis Baptista & Jacobi fratris Jesu*, neminem recte dubitare posse, infert, dixisse eum testimonium de ipso Jesu, cujus nomen longe illustrius clariusque fuerit. Quamvis etiam facta Josephi ostendant, eum non habuisse pro Christo, quem Christum dixerit, quia non ad fidem Christi accesserit, non tamen ideo spuria & adulterina censenda esse verba, quæ in ejus scriptis eundem Christum declarent. Nam & Philosophos Gentiles *cum cognovissent Deum, non sicut Deum glorificasse, aut gratias egisse: sed evanuisse in cogitationibus suis, & observatum esse insipientes cor eorum*, Rom. I, 21. Evanuisse revera Josephum in cogitationibus suis, cum per turpissimam adfentationem accommodaverit Vespasiano jactata per id tempus de Messia totius orbis moderatore oracula lib. 7. de Bello Judaico cap. 31. Dum isto in loco dixerit, quod oraculum sacris repertum in literis prænuncium ejus, qui ex Judæa toti orbi imperaret, eo tempore *significaverit simul imperium Vespasiani, ostendisse Josephum, se soli Vespasiano non aptasse vaticinia Christi prænuntia, sed putasse illum orbis moderatorem, quem ex Judæa promittebant prædicta in sacris paginis Messiaæ tempora, esse Vespasianum, alias vero Messiaæ notas alteri a Vespasiano competere*. Cum enim cerneret, in his Messiaæ temporibus neminem ex Judæis obtinere temporarium ac terrenum orbis imperium, quale expectabatur a terrenis & carnalibus; oculos ipsum conjecisse in Vespasianum, creatum in Judæa orbis Romani Imperatorem. Rabbinos complures comminisci duos Messias, alter-

rum infelicem & ærumnis ac cruentæ morti devotum, alterum
 Israëliti regi vindicem, summam gesturum gloriam & disper-
 sos Israëlitas congregaturum, juxta doctrinam quam habeant,
 in libro sexto partis secundæ Thalmudis & in Beresith Rabba.
 Non ergo mirum esse si Josephus, raptus partim cæco adfenta-
 tionis impetu, partim terrena Judæi cupiuitate, duos quo-
 que admiseric, quibus aptaret res Mæliæ, alterum nempe Je-
 sum, addictum, ærumnosum & ignominiosæ mortis supplicio
 addictum; alterum, nempe Vespasianum, temporario ac terre-
 no orbis Romani imperio clarum. Nec incredibile esse, hunc
 scriptorem dixisse, Jesum fuisse mirabilium operum patrato-
 rem, & inde ejus supra homines excellentiam quandam agnovisse,
 nec tamen esse amplexum Christianam legem: quandoquidem
 Christus dixerit de Judæis, qui perspectis miraculis, quæ ipse
 patrauerat, nihil remittebant de sua pertinacia; *Si opem non
 fecisset in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent*, Joan.
 XV, 24. Quin & in libris veterum Hebræorum, maxime in
Avoda Zara Thalmudis Jerosolymitani, & in *Midusch Cobelet*
 tradi, haustus veneni & serpentium morsus nomine Jesu sanatos
 fuisse, nec tamen illos verpos credere in Jesum. Ipsos quoque
 Mahummedanos miraculis a Christo Jesu patris habere fidem,
 quamvis Christianam religionem adspernentur.

*DISSERTATIO IN HISTORIAM SACRAM
 prima mundi ætatis, habita per dialogos in Academia
 Divinarum literarum Seminarii Montis-Falisci. Autore
 F. GUILLELMO BONJOUR, Tolosano, Ordinis
 Eremitarum S. Augustini, & in Seminario Montis-
 Falisci divinarum literarum
 Professore.*

Apud Montem-Faliscum, 1705. Ex typographia Seminarii.
 Constat pl. 6. in 4.

Jussu Eminentissimi S. R. E. Cardinalis, Marci Antonii Barbadi-
 ci, antea laudati, in Academia divinarum literarum Montis-Fa-
 lisci habita fuit hæc quoque dissertatio, quæ perinde, uti illa,
 quam

quam modo recensuimus, dialogi in modum conscripta est ab Auctore doctissimo. Tribus autem absolvitur illa dialogis, in quibus inter se colloqui finguntur Hebraeus, Aegyptius, Phoenix, Graecus atque Latinus, quorum prior in primo & secundo dialogo nomen Hebraei, quam Christiani personam tuerit, quando quidem sibi de illis rebus agit, quae Christianis cum Hebraeis communes sunt; reliqui vero ex Aegyptiorum, Phoenicum, Graecorum & Latinorum monumentis diversa proferunt, ex quibus Cl. Auctoris ingenium non minus, quam eruditio varia, multaue lectio egregie elucescunt.

Primus dialogus ad tria Geneseos priora capita spectat, utpote in quo universa eorundem historia ex diversarum gentium placitis illustratur, plurimaeque ejusdem vestigia apud profanos scriptores occurrere ostenditur. Non licet nobis jam ea singillatim recensere, quae de rerum primordiis, de primis tenebris, luceque primigenae, de terra primum inani & vacua, de creationis opere, de septimo die, de Verbo Dei, quo omnia creata sunt, deque aliis rebus quamplurimis erudite disseruntur, saltem ex iis quaedam delibasse sufficiat, quae circa Protoplastos memorantur. Non ignorasse scilicet paganos, primum humani generis parentem de limo terrae fuisse formatum, ex Promethei atque Saturni fabulis imprimis probatur, praetereaque ostenditur, Ciliciae incolae ipsius quoque Adami nomen olim fuisse adsecutos, qui Saturnum *Adamum*, *Virum cineris & filium terra*, vocaverint, illoque nomine procul dubio Adamum inuenerint, cum mutatio litterarum M & N sit usitatissima. Equidem quod Promethei primi hominis formatoris fabulam attinet, illud valde Graeco obscurum esse videtur, quod Prometheus Japeti filius decantetur, cum tamen vix constet, quomodo ille Japeti filius dici queat, qui primum hominem produxerit. Verum Hebraeus contra excipit, causamque fabulae istius insulsiſſimae ex Genesi detegit. Docet nimirum Divinum istum librum c. X. v. 2. narrare, *Japhetum seu Japetum genuisse Jovan, a quo Joves, seu Graeci, ducunt originem.* Hebraicam vocem *יָפֶת* *Javen*, unde nomen invenerit is Japeti filius, significare *canum, lutum*, uti Psal. XL. v. 3. Quod ergo *Japetus* esset pater illius, qui

qui dicitur est lutum, & a quo Græci orti sunt, patrem Prometheus, hominum e luto formatoris, seu potius *Promethei luti*, Japetum gentiles homines finxisse. Hinc Paradisum, in quo Deus Adamum collocavit, sub Alcinoi horto latere exponitur, cum *Αλκίνο* sit כִּינֹן לִיִּן *El-Kinn*, hoc est *Deus Saturnus*, monente Phœnice; Græco autem atque Hebræo judice, Plato quoque de hoc horto locutus est, tum in Convivio, ubi fingit Porum in Veneris natalibus nectare ebrium, tum etiam in Politico, ubi de hominibus e terranatis loquitur. Non attingimus, quæ hac occasione de somno Adami, de priorum hominum nuditate, de serpente seductore, de arbore scientiæ, cujus symbolum arbor in Hesperidum hortis aurea mala proferens dicitur, de pomo, quod Eva Adamo dedit, erudite proferuntur, potius de ipsa Eva aliquid addimus. Hæc enim sub Rheæ & Pandoræ nominibus indicari dicitur, dum Hesiodus Pandoræ vocet mulierem, quæ vase hominibus curas graves importaverit, eosque orbaverit primigenio illo statu, in quo omnino absque malis, sine molestia & labore, sine senio vixissent. Cumque Græcus vix possit intelligere, cur Vulcanum jussu Jovis formasse hanc mulierem Gentiles finxerint, Hebræus iterum erroris hujus fontem ostendit. Monet enim *claudicationem* dici Hebraice *עֲלֵלָה* *isela*, voce quæ proprie *costam* significet; Vulcanum esse Hebraicum *שֶׁלֶחַ עֲנַס* *Helech-enas*, seu Chaldaicum *שֶׁלֶחַ עֲנַס* *Hulca-nas*, quod notet *portionem hominis*; jam in textu Hebraico Gen. II. v. 21. 22. legi vocabulum *עֲלֵלָה*, significans *costam*, quæ ergo ista hominis sit portio, unde mulier tracta fit. Pari ratione Hebræus Hesiodi fabulam explicat, qua dicitur, quod mulier a Jove data sit *ἀπὸ πυρός*, pro igni, & in ejus formationem *Ἡφαιστος*, seu Vulcanus, ignis pater, terram undæ miscere jussus fuerit. Observat enim eos, qui ista confinxerint, audivisse *costam*, ex qua formata est mulier, sumtam esse *מִן אָדָם*, *ex Adam*: mulierem vero vocatam esse: *אִשָּׁה מִן אֵשׁ* *Issia*, hoc est, *Virago, quoniam de Ish*, hoc est de Viro, *sumpta est*, Genes. II, v. 23. *Ignitum* Hebraice dici *אִשָּׁה* *Issæ*, seu *Issia*, eodem profus vocabulo, quo designatur *mulier*: ignem vero vocari *עֵשׂ* *Esh* seu

feu *Isb*, ut pronunciatum cum adfixis. Ex eadem radice Chaldaeos dicere ignem ܠܝܫܒ , *Effcia*, ܠܝܫܒܝܗ , ܠܝܫܒܝܗܝܢ *Eshb*, & igneum ܠܝܫܒܝܗܝܢ *Iffci*. Eosdem quoque vocare mulierem ܠܝܫܒܝܗܝܢ *Iffcia* & ܠܝܫܒܝܗܝܢ *Effeeth*, quæ vox emphaticè fiat ܠܝܫܒܝܗܝܢ *Eshb*. Ob hanc nominum allusionem, Hebræos passim dicere in suis scriptis, mulierem viro, virum mulieri ignem esse. *Vulcanum* ergo, ceu ignis patrem, fingi formatorem mulieris, quasi mulier, sumpta de viro, ex ignieducta sit. Hinc & Græco ejus nomine Ἰφαιστος , Dorice Ἰφαιστος , quod sit depromptum ex Chaldaico ܠܝܫܒܝܗܝܢ *Af-echb*, Syra pronunciatione *Af-eshb*, non tam patrem ignis significari, quam patrem mulieris. Quoniam autem cocta, ædificata in mulierem, sumpta sit ex *Adam*, qui nomen habet ab ܐܕܡ , sive a terra, commentos fuisse antiquos ait, *Vulcanum* terram aquæ miscuisse in formationem mulieris.

In dialogo secundo ea partim discutiuntur, quæ ad primam humani generis usque ad diluvium universale propagationem pertinent. Inter alia occurrit comparatio, quæ inter *Cainum*, Adami filium, & inter Græcorum *Caunum* vel *Cainum* eorundemque historiam, per sedecim partes ab Hebræo instituitur. Primo enim ille monet, *Cain* adhibita terminatione Græca esse & *Kawis* & *Kaveis* & *Kawis*. Secundo, *Cainum* esse *Caunum*; sicut ܘܕܦܢ *Pan*, (civitas in qua regnavit Adar Rex Edom, Gen. XXXVI, 39.) sit ܘܕܦܢ *Pai*, 1. Paral. I, 50. quia literæ *Jod* & *Vau* invicem facile commutentur. Tertio, usum evenire in lingua Hebraica, ut hasta dicatur ܝܦܝܢ *Cain*, & in pro-verbii consuetudinem venisse ܕܘܟܝܢܝܗܘܢ *Caini basam*. Quarto observat, quod Heva conceperit & pepererit Cain dicens; *possedi hominem per Deum*, Genes. IV, 1. In-textu vero Hebraico legi ܝܦܝܢ *est-Jabo*, vel *est-adonai*, hoc est a *Domina*, quod alio modo diceretur ܠܕܘܟܝܢܝܗܘܢ *meel*, hoc est, a *Deo*, juxta expressionem, quæ eodem in libro cap. XLIX. v. 25 reperitur; ܠܕܘܟܝܢܝܗܘܢ scilicet esse unum ex Hebraicis Dei nominibus. Ab *El* esse *Elatum*, a quo procreatus sit *Cainus*: a *Meel* esse *Mileum* seu *Melatum*, ex quo *Caunus* natus sit. Accedere addit, quod Hebraicum nomen ܠܝܫܒܝܗܝܢ *Eloab* Chal-

here, quæ Neptuni beneficio in virum, Caineum nomine, sit mutata. Decimo quarto, Hebræis vocantibus orbem matrem proclive fuisse celebrare antiquam civitatem *Hanoch* velut *Hano*chii seu *Hanchæi* matrem: *Ασπυλαλα* enim, Hebræus inquit, hoc est, *urbs antiqua*, ferebatur mater *Αναι*. Decimo quinto, *Hanochæum* *Cainitam* exhibere *Υπερήνωρα* fabulæ *Cadmææ*: *Αγκάϊον ὑπέρβιον* esse *Αγκάϊον ὑπερήνωρα*, sicut & *Αγκάϊον κορώνον*, *Coronum* vero filium esse *Cainei*. Decimo sexto, *Hanochæum*, filium agricolæ, facile in patris vestigia incurrisse: *Ancæum* fuisse *Φιλογέωργον* amantem agriculturæ.

Tertium dialogum quod attinet, veritas textus Hebraicæ, adversus calculos editionis LXX interpretum, in eo maxime, adstruitur. Et Latinus quidem agit causam editionis Latinæ vulgatæ in numeris annorum, quibus antediluviana mundi ætas definienda est, quique aliter in Græcis codicibus expressi sunt. Græcus titubanter & inconstanter loquitur de editione LXX interpretum, ob codicum instabilitatem. Hebræus vero veritatem Hebraicam planam facit. Exempli loco ea lectori exhibemus, quæ circa *Adami* annos differuntur. Ostendit nimirum, Græcus, juxta vulgatos editionis LXX codices, *vixisse Adamum triginta & ducentos annos; & genuisse ad figuram suam & ad imaginem suam: & vocasse nomen ejus Seth*. Sibi tamen non constare hanc lectionem, ulterius probatur. Nam juxta vetustum codicem, quem homilius D. Joannis Chrysofostomi super *Genesin* interferuit *Oecolampadius*, *vixisse Adamum triginta & trecentos annos, & genuisse secundum speciem suam, & adpellasse nomen ejus Seth*. Id ipsum Græce perhibere *Biblia* *Atalana*, *Theophilum* *Patriarcham* *Antiochenum* l. 3 ad *Autolycum*, eumque antiquitatum *Judaicarum* *Josephi* interpolatorem, cujus manuscriptum extat in *Bibliotheca Vaticana* n. 1304, sicut & in *Regia*, ad quam adpellat altera defensionum textus *Hebraicæ*, ab *Audacissimo* & *diligentissimo* facti hujus fontis *vin*dice *D. Joanne* *Martianzo* notita pridem elaborata. Inde factum esse, ut loco bis mille ducentorum quadraginta duorum

annorum, quos ab Adamo usque ad diluuium vulgo numerant Græci, alii colligant annos bis mille trecentos quadraginta duos, ut Johannes Antiochenus in excerptis Constantini a Valefio editis p. 780, & Suidas in *Ἐσπερῶν*. At rursus aliam varietatem occurrere in homilia vigesima D. Chrysofostomi super Genesin, juxta editionem tñm Basileensem anni Domini 1525, tum Parisiensem anni 1556, ubi LXX interpretum versio referat, quod vixerit Adam annis centum triginta & genuerit secundum speciem suam & secundum imaginem suam, & appellaverit nomen ejus Seth. Et fuisse ejus annos octingentos, & genuisse filios & filias. Et factos esse omnes dies Adam annos noningentos triginta, & mortuum esse. Sic, Græco judice, de summa bis mille ducentorum quadraginta & ultra annorum, qui vulgo colliguntur ab Adamo usque ad diluuium, detrahenda esset centuria. Id quod certe factum fuisse ait in veteri apud Clementem Alexandrinum supputatione I. i. Stromat. p. 337. Quin & plusquam ducentos annos desiderari in Pseudo-Methodii revelationibus, Græcos alioquin numeros secutis. Narrare enim, quod in *exploratione secundi millenarii factum sit d' levium aquarum*. Ceterum quinam sint patriarchæ, quorum annos his centenariis auctiores non invenit ille auctor, exploratum se habere idem Græcus negat. Putat tamen, forte pro ducentis & quinque annis τῶν τετρακοσίων, qui Setho communiter tribuuntur a Græcis, illum legisse centum quinque. Nihilominus, ait, hanc lectionem etiam receptam esse a custodibus & defensoribus versionis septuaginta, ut ab Egyptianis, qui in sua interpretatione Copto-Arabica manuscripta Bibliothecæ Vaticanæ adponant notam marginalem de ΧΕ-ΤΤΕ-ΝΡΟΜΠΙ, hoc est, centum quinque annis, quos juxta variam & discrepantem lectionem vixerit Sethus ante genitum Enosum. Eosdem numeros repræsentare Græcos codices manuscriptos Antiquitatum Josephi, Vaticanum & Romanum, ætæ memoratos, in quibus legatur Sethum genuisse Enosum *κατὰ τρεῖς αἰῶνας ἑκατὸν ἑννέα καὶ πενήντα*. Bratoræa eundem Vaticanum codicem annos Henochi *κατὰ τρεῖς αἰῶνας ἑκατὸν ἑννέα καὶ πενήντα* sic exprimit: *Μαδουρα δὲ Εὐροῦ*

ματὸς κατὰ τὸ αὐτῷ γεννηθῆναι πέντητον καὶ ἑξήκοντον
Mathusala autem Henochi filius, ipsi natus anno quinto & sexa-
gesimo, cum tamen Græca Chronologia statuat Henochum ge-
nuisse Mathusalam anno ætatis suæ centesimo & sexagesimo
quinto. Hæc ergo Græcus postquam protulit, & versionis LXX
interpretum inconstantiam adeo demonstravit, Latinus editio-
nem Latinam Vulgatam laudat, quæ constanter in omnibus co-
dicibus doceat, vixisse Adamum centum triginta annis, & genuis-
se Sethum: istum vixisse centum quinque annis, & genuisse Eno-
sum. Pari numerorum firmitate describere eandem ostendit
annos Enosi, Cainani, Mahalaclis, Jaredi, & Henochi, quem di-
cat genuisse Mathusalam, cum vixisset sexaginta quinque annis.
 Et cum reperiantur isti numeri in variantibus lectionibus Græcorum, nec ab illis diversi locum in ullo codicum editionis Latinæ vulgatæ habeant, nullius roboris sine dubio esse Græcos codices, qui Latinæ huic interpretationi refragentur, Latinus inde concludit. Quibus omnibus denique Hebræus ad sensum præbet, & Latinæ editionis calculos cum Hebræicis fontibus optime conspirare probat.

DEMONSTRATION OU PREUVES EVIDENTES
de la Verité & de la Sainteté de la Morale Chrétienne.

Premier Entretien: Par le R. P. Bernhard Lamy,
 Prêtre de l'Oratoire.

h. e.

DEMONSTRATIO EVIDENS VERITATIS
& Sanctitatis Ethicæ Christianæ. Dialogus primus, Au-
ctore R.P. BERNHARDO LAMY, Congregationis
Oratorii Sacerdote.

Rothomagi apud Nicolaum Boucher & Franciscum Vaultier,
 1706 in 12.

Constat plag. 13.

Tantam sibi famam scriptis Mathematicis, Philosophicis ac
 Theologicis apud eruditos acquisivit doctissimus Auctor.

ut non nisi optime limata ab ejus manu proficisci posse, persuasum habeant. Nec hanc expectationem fallat in opere, quod publicare coepit, & Dialogis integrum Scientiæ moralis sanctæ torpus complexurum, cujus partes ordinae naturali disponantur, probationes ex intimis animi sensibus petantur. Ea brevem totius Sciagraphiam. Dialogus primus evincit, felicitatem hominis consistere in possessione Dei, aut in spe certa ipsam olim possidendi. Secundus probat, hanc spem non cadere in eos, qui voluntati Divinæ conformiter non vivunt. Tertius recenset officia hominis erga Deum, nosmetipsos ac proximum. Quartus demonstrabit, hominem esse corruptum, adeoque aliter tractandum, quam si existeret sanctus, & nasceretur innocens; regulas Politicas non tollere, sed tantum occultare corruptionem ejus; opus ipsi esse Medico coelesti ad Deum reconciliandum. Ultimus denique de necessitate Mediatoris agat, & confirmabit, solam Scientiam Moralem in Evangelio propositam rationi esse conformem. Utitur autem paulo diffusioni scribendi genere, & allegatis ex Philosophis gentilibus, Poëtis ac Oratoribus, ut animus lectoris in meditatione eorum, quæ scribuntur, retineatur, nec veritatem paucis lineolis comprehensam statim rursus elabi patiatur. Principia demonstrationum moralium in ipsis hominum cordibus contineri asserit, ut ad eas capiendas norma opus sit, ut habeatur attentio ad ea, quæ in nobis & a nobis fiunt. Cæterum monet, etiam veritates revelatas esse demonstrabiles, demonstratione ad fidem sufficiente: demonstrandum enim, 1. Scripturam sacram esse librum Divinum, cujus auctoritati nos submittere debeamus, 2. nos credere, quod ipsa dicit. Hujus tamen demonstrationis paucos esse capaces.

Cap. I.

Hiscæ in genere præmonitis, non inutile fore arbitramur, si paulo pleniorẽ Dialogi primi delineationem in præsentẽ exhibeamus. Ante omnia igitur Scientiæ Moralis genuinam formare laborat notionem, habetque pro tali Scientia, quæ viam ad felicitatem perveniendi docere debet. Hujus notionis realitatem evicturus notat, per experientiam consistere, omnes hominum actiones eo tendere, ut satisfiat desiderio, quo ad felicitatem

citatem adspirant, plerisque licet non perpendentibus, quomo-
 do felices fieri possint. Hanc appetitum felicitatis esse a natu-
 ra, & veram felicitatem non nisi in eo consistere, quod illo fru-
 mur, propter quod reliqua habere volumus. Intelligit autem
 per naturam vel ipsum Conditorum, vel opus tale, quale a manu
 Conditoris venit. Probat ulterius, naturæ tribuendum, quod
 voluptatem amemus; dolorem fugiamus. Etenim voluptates
 pariter ac dolores a natura esse, cum lapida non ideo bene sa-
 pient, quod comedens vult, nec ignis ideo urat, quod manum
 ipsi injiciens eum urere vult. Hinc omnem voluptatem esse
 bonam, omnem dolorem malum, si in se consideretur; com-
 parative tamen bonum esse non nisi illud, quod est instar mediæ
 eam obtinendi voluptatem, quam per naturam desideramus;
 malum contra non nisi istud, quod est perpetua omnium volu-
 ptatum privatio. Quare voluptatem, quæ impedit, quo minus
 ad majorem perveniamus, esse malum quoddam, non bonum;
 contra dolores, qui nos a majoribus liberant, esse bonum quod-
 dam, non malum. Consentire cum his religionem Christia-
 nam. Christum enim nunquam voluptatem vocasse malam,
 nec dolorem bonum, nisi respectu voluptatis summæ. Veram
 itaque Philosophiam esse, non cum plebe sine regula querere
 voluptatem; sed juxta regulas Christi fugere voluptatem ma-
 joris mali causam, subire dolorem majoris boni causam. Ex
 eodem fundamento voluptates dividit in stables & transitorias.
 Stables sunt, quæ respiciunt finem nostrum: transitoria, quæ
 medium aliquod. Bonum illud, quod natura hominem desi-
 derare facit, æternum esse debere, infinitum ac immutabile con-
 tendit: omnes namque homines optare, ut voluptates ipsorum
 sint æternæ, infinitæ, immutabiles; contrarium expertos inquie-
 tos existere ac animo minime contento. Inde in varietate
 querere, quod non inveniunt in qualitate: nec placere quic-
 quam, nisi ut diffusum, varium, stabile, perdurans. Probare
 nititur porro, idem illud bonum esse debere verum, honestum,
 amabile & simul terribile, provocans tum ad actiones infan-
 tum, quos ingeniose naturæ Speculum appellat, tum omnis ge-
 neris hominum aulicorum, avarorum, ambulatorum, voluptuo-
 rum.

Cap. 2.

Cap. 3.

Cap. 4.

Cap. 5.

Scrum. Ex ipso infinito boni, cum ratione quantitatis, tum ratione durationis desiderio, quod non esse naturæ depravate ostendit, animæ immortalitatem deducit. Cum enim homo natura affectet felicitatem perpetuo duraturam, natura autem, testibus piscibus ad natandum, avibus ad volandum natis, omnia ita faciat, ut finem ab ea ipsis præscriptum consequi valeat; posita vero animæ mortalitate, homo nullius voluptatis sit capax, memoria mortis voluptatem turbante: evidens esse, animam hominis esse immortalem. Ulterius concludit, bonum æternum ac infinitum, quale appetit homo, reale quid esse debere, consequenter Deum existere.

Cap. 6.

Quantum vero in nobis sit desiderium bona possidendi nondum acquisita, tantum quoque in nobis esse metum naturæ perdendi jam acquisita. Timere nos, ne forte evadamus infelices. Hunc motum omnem Gentilium introduxisse religionem, ut adeo ipse paganismus, licet in se absurdissimus, metum Numinis vindicis in corde hominis existentem comprobet. Hinc recte nos argumentari, existere Deum, quia naturaliter timemus Deum judicem, naturæ, quæ nil frustra agit, non timere faciente, quod non est. Exinde, quod habeamus ideam cruciatuum æternorum concludit de novo, animam esse immortalem: & metui prædicto deberi ait, opinionem de inferno apud omnes gentes, saltem facilitatem credendi infernum. Ipsam autem metus istius universalitatem & in ipsis infantibus existentiam, de actionum honestate ac turpitudine nondum instructis, evincere, esse ipsam naturalem: ejus veto qualitates ostendere, judicem hunc esse ubique, omnia videre, esse potentem, esse æternum. Non posse excipi, religionem ac metum Deorum & inferorum esse figmentum Politicorum; metu enim tanquam medio ad compescendum populum eos uti non potuisse, nisi ipsum in hominibus observassent. Non aceto captari muscas. Numinis existentiam innotescere quoque affirmat ex contemplatione mundi. Dant enim in mundo corpora organica, h. e. partes innumeras figurarum differentium habentia; nequaquam autem concipi posse, quomodo juxta Epicuri principia ex fortuito atomorum concursu prædierint. Id asserere magis ridiculum esse, quam asse-

Cap. 7.

affluere, Parisiorum urbem cum suis aedificiis, palatiumque in
 cellis per fortuitum atomorum concussam produci potuisse, ut
 post Physicis principiis, legibus præcipue motus, profusè ad-
 versum. Cogitandum enim, mundum esse machinam, in qua
 tanquam partes, in se mutuo influentes & ad unam finem con-
 spirantes, connectuntur Sol, Luna, arbores, animalia, homi-
 nes, &c. & singulas partes majorem ad se invicem magisque
 necessariam habere relationem, quam domus Parisiorum. Non
 negari posse Dei existentiam ideo, quod non videtur: suffice-
 re ex cognitis continuo in nobis operantis actionibus eadem
 ratione, qua mentis nostræ existentia concluditur, ejus quoque
 existentiam concludi. Etenim vero Divina opera Numinis etiam
 eloqui attributa seu proprietates essentielles, nempe fuisse ante
 mundum; esse unum, quia nexus omnium mundi partium
 monstrat, quod is opus sit unius intelligentiæ; esse æternum;
 infinitum, immensum; incommutabilem, sapientem. Ex sapientia
 Dei deducit, factos nos esse propter Deum, & ad eum tendere
 desiderium nostrum, quod non nisi possessio ipsius explere va-
 leat. Incipimus autem sapientiam Dei; in operibus ejus maxi-
 mis minimis latentem, ægrotis explicat. Dei adeo possessio
 cum sola reddat hominem felicem, facile comprobatur, in terra
 non licere esse felicem, ubi nullam detur bonum purum sine
 admixtione mali, voluptates mutationi sint obnoxie, sequatur
 eas dolor, sequantur tædia. Mentem esse integro mundo va-
 stiore: quoniam igitur ipsam explere non posse. Certe si in
 corpore residet felicitas, multa animalia homine esse feliciora.
 Voluptates corporis ordinari erga res, quæ non sint ultimus
 hominis finis. Etenim si edendi, bibendi ac libidinis ergo pro-
 ductus fuisset homo, non opus ipsi fuisse mente intelligente, fa-
 sturamque naturam, ut bene sapiant, quæ matriunt, insipida
 sint superflua. Voluptates in his terminatas non esse stabiles
 istas, quas mens desiderat, causis earum transitoris, nec viribus
 organorum corporis infinitis existentibus, ut corpus adeo esse ne-
 queat infinite voluptatis sedes, multorum dolorum, mediocri-
 um vero motuum moderatorum capax. Proprium corpus nos
 miserum reddere posse, non felices: nec alienum nobis felicitat-

Cap. 8.

Cap. 9.

- Cap. 10.** tam potuit valeat. Hinc in specie monstrat, felices nos reddere non posse divitias, utpote annuifi voluptatibus corporis comparandis inservientes; que verum illud bonum non sint, ad quod tendit desiderium nostrum: nec scientiam, que voluptatem non producat, nisi dum acquiritur: nec gloriam, que in bona aliorum de nobis opinione consistens lubricum habeat fundamentum. Disputat contra Aristotelem, quod usum moderatum bonorum terrestrium nos felices reddere statuerit. Taxat eum, quod de summa felicitate agens nonnisi bona terrestria consideret: magis taxat Philosophos Christianos, quod inter beatitudinem naturalem & supernaturalem distinguant, cum Deus nos propter se fecerit, adeoque sit finis noster, & natura hominis ita facta, ut sine ejus possessione felix esse nequeat; quo insuis possessio ac fructio Dei dici debeat bonum naturale, ut ut supernaturalibus viribus unice acquiritur. Quare cum felix dicatur, qui possidet, quod optat, aut olim se possessurum certo sperat; beatitudinem, que in terra obtineri potest, pendere a spe certa aliquando possidendi Deum. Refutat Epicurum, qui vitam doloris expertam, & de futuro securam, pro felicitate habuerit. Invehitur in Stoicos patrimonium cum felicitate confundentes, juxta quorum principia felix sit, qui sibi imaginatur, se esse felicem. Quoniam igitur Philosophi veteres felicitatem quaesiverint vel in voluptatibus sensualibus, vel in usu eandem per virtutem normato, vel in absentia doloris, vel in indifferencia ad dolores ac voluptates a rebus externis pendentes, his omnibus autem fruens non certus sit, se post mortem forem felicem, non infelicem; neminem omnibus illis fruentem, in quibus felicitatem posuere Philosophi veteres, esse felicem, metu mortis felicitatem ejus turbante. Ex principiis Philosophiarum Cartesiarum evincit, Deum solum esse voluptatis Autorem, nec carnem, sed mentem ipsi vitam sentire, cujus unionis causa sit Deus. Inprimis prolixo deducit, perceptiones nostras, e. gr. imagines rerum visarum, non inesse objectis extra nos, sed in nobis existere, a Deo immediate productas, in quo omnia videmus. Inde infert, Deum, qui menti omnes suaves perceptiones presentes facere potest, objectis externis presentibus, simili-

liter-

hincque ingratas ac moleſtas, animam ipſi unitam infinita voluptate perfundere, ab ipſo autem ſeparatam doloribus inexplicabilibus afficere poſſe. Immo per experientiam probare nititur, Deum aliquando infinita voluptate perſaluſum eos, qui ipſum poſſidebunt. Homines enim perfectam amare pulchritudinem, quam quærentes non inveniunt. Ejus ideam, utitur, variam in diverſis hominibus, ob diverſam ingenii capacitatem, eundem tamen in omnibus ſortiri effectum, nempe ut homo non ſit contentus omni illo, quod ipſi præſens exhibetur, ob notatos in eo defectus. Et quia conſuſa iſta idea, ignorare homines, quamam in re invenire debeant ideam. Luſulentum tamen præbere hanc experientiam teſtimonium, quod facti ſumus ad Deum poſſidendum, & in poſſeſſione ejus ſumma voluptate perfruendum. Immo non placere in creaturis niſi imaginem, Divinam, quam creaturæ non minus referant, atque opera artis imaginem artificum. Ex quo principio eleganter rationem addit, cur placeat veritas magis rebus ſenſibilibus, utur de rebus abſtractis in Geometria concepta; cur tantopere placeant, quæ ad infinitum appropinquant; cur ſpernamus, quorum anguſtos ſtatim advertimus limites. Inprimis Symmetriæ aut Eurythmiæ potius Architectonica a priori reddit rationem. Cæterum non prorfus impoſſibile eſſe aſſerit concipere, quomodo anima cum Deo uniti, & per hanc unionem infinita voluptate perfundi poſſit. Cum enim veritas cognita homini voluptatem conciliet, facile concipi, hominem fore felicem, ſi Deus, prima veritas, ſe ipſi revelet: qua revelatione poſita, hominem Deum cogniturum & amaturum. Cognitionis ac amoris haberi conceptus: ergo nos concipere, nos fore unitos cum Deo per animæ noſtræ facultates eum in modum, quo amicum aliquem poſſidemus. Unionem cum Deo eſſe poſſibilem probat, quia anima noſtra ſine amore inquieta tædioque plena, nihil autem cordis noſtri capacitatem explere valet, ut ipſa amoris noſtri inconſtantia evincat, ſolum Deum cordi noſtro prorfus occupando ſufficere. Velle autem Deum ſe cum homine unire, ex deſideriis inſatiabilibus, ipſi juxta ſuperiora naturalibus, quæ fruſtra Deus feciſſe nequeat, comprobatur. Immo non concipi poſſe, Deum

Cap. 18.

Cap. 19.

Cap. 20.

Cap. 21.

nos tam miserabiles fecisse, cum major sit miseria, infinitam desiderare pulchritudinem nec invenire posse, quam perpetuo sitire, nec unde bibatur habere, Prolixè tamen deducit, beatitudinem in terra aliam obtineri non posse, quam quæ in spe possidendi Deum consistat, & Philosophorum Gentilium ab hac veritate aberrationes inculcat. Tandem denique adstruit, Evangelium Christi veram esse Philosophiam, cum is per discipulos suos & prophetas, veram felicitatem in spe omnia possidendi Deum-consistentem & viam ad eam ducentem docuerit, immo curtos reddiderit, spem non esse vanam, utpote promissionibus Divinis nitram, & miraculis confirmaverit, viam ab ipso monstratam esse veram. Accedere, quod Philosophia Christi in praxin deduci possit ab omnibus cujuscunque conditionis hominibus.

EPITOME TOTIUS MEDICINÆ, INSTITUTIONES, Chymiam ratiocalem, Compendiarium Pharsaceuticum atque Praxin Medicam succinctè complectens. Addita est in calce Theodori Zvingeri, Anat. & Botan. in Academ. Basl. Prof. Ordin. Dissertatio Medica de acquirenda vita longevitate.

Lugduni, apud Danielem Gayet, 1703, in 8.
Constat Alph. 2. & plag. 14.

Prefens Epitome Totius Medicinæ cum idem sit liber, qui Anno 1701 Londini impressus titulum gerit: *Michaëlis Estmülleri, in Academia Lipsiensi quondam Professoris celeberrimi, Opera omnia in Compendium redacta*; plura de illa jam addere superfedemus, imprimis cum ipsa B. Authoris Opera a Filio ipsius, Medicinæ in Academia nostra Professore hodie solertissimo, recognita sub prelo jam sudare noverimus: quid vero in addita Dissertatione Medica Zvingeri de acquirenda vitæ longevitate contineatur, brevibus sumus explanaturi, Triplex statuitur Authori Clarissimo vita hominis, prima in anima rationali, quæ in perpetuo cogitandi actu consistit; altera in homine, quæ nihil aliud est, quam unio corporis & mentis; tertia in corpore solo, quæ sita est in continuo pulsu cordis & arteriarum

silarum, indeque contingente affiduo partium fluidarum per solidas decursu; cum subsequencibus diversis actionibus corporis vitalibus. Vitam animæ quod spectat, immortalis eadem est, & ab interitu prorsus immunis; reliquæ autem duæ vitæ a se invicem quodammodo dependent. Cum autem major hominum pars ante senectutis annos hodie e vivis excedat, nec primorum parentum ætatem attingat, interea pauci reperiantur, qui longævitatē spernant, atque studio evitare contendunt, inquirendas sibi sinit causas tam primitivæ illius, tum hodiernæ vitæ diuturnitatis. Et quidam quod finalem causam attinger, videtur omnino Deus primævis hominibus longævioræ ætatem vel eapropter longius esse, ut tanto citius genus humanum in his terris multiplicaretur, dominiumque in cæteros mundi incolas exerceret; & ut quæ in paradiso facta est promissio a benignissimo Creatore, perfecta cognosci, longa contemplatione accurataque consideratione probe exponi, & penetrari, hinc posteritati tanto melius inculcari, imo inviolata semper, conservari, propagari, & a nocentissimis Satanz corruptelis tutâ præstari posset. Causam vero efficientem atque conservantem longævitatē duplicem statuit, communem vel generalem, unam, alteram specialem vel propriam. Communis est libertatis Dei voluntas & providentiæ, quæ quidem hos voluit majorem, alios minorem vitæ ætatem numerum attingere; specialem vero primorum patrum longævitatē causam non equidem in miraculo Divino, nec in solius naturæ viribus, nec in amore Dei extraordinario, nec in salubriori ante diluvium aëre & alimento, nec denique in ciborum crudorum usu, sed partim in naturæ bonitate, seu firma admodum constitutione, & soliditate in partibus corporis, partim in simplici vivendi ratione, diætæque cum perpetuo salubrium aquarum potu per omnia exacta querit. Hodiernæ vero longævitatē causa est partim firmior partium corporis constitutio vel a nativitate, acquisita, partim diætæ exacta simplicioreque vitæ cum passivum animi debito moderamine, partim aëris bonæ constitutione, partim vita pia & religiosa. Parvi autem æstimat Author noster ænos climactericos, rationibus superstitiosis fundatos.

Monita potius communicat, quæ pro vita proroganda observatu necessaria sunt. Commendat igitur justam dietam, quæ ad proli longævæ procreationem requiritur, legitimamque ad generationis opus præparationem, debitum gravidarum regimen, infantis recens nati congruentem nutritionem, ablationem & educationem bonam. Adultis & senibus ex fonte Diætetico suadet ætatis salubritatem, qua urbem Basileensem admodum se commendare deprecatur, ejusve correctionem, victus commodam rationem, quoad quantitatem, qualitatem & assumendi modum; legitimamque quoad reliquas sex res, a. n. diætas regimen. Ex fonte Pharmaceutico cum Panacea & Tincturæ auri non adeo universales sint, quæ promiscuè omnibus temperamentis conveniant, omnesque morbos tallant, his rejectis, quæ cholericis, melancholicis, sanguineis & phlegmaticis conducant, item quibus podagrici, nephritici, & stomacho debili laborantes, a morborum insultibus immunes se præfere, possint remediis, inculcat. Tandem ex fonte Chirurgico plethoricis venæ sectionem bis quotannis celebrandam, vel scarificationes, aut harum loco jejunia subinde instituenda imperat; clysmata lenientia & detergentia alvum segnem habentibus, & setaceum in nucha vel foveiculis in brachiis, cacochymicis commendat. Hujus dissertationis calci addita est brevis Consultationum Medicarum Idea.

*THOMÆ CRENI ANIMADVERSIO-
num Philologicarum & Historicarum.
Pars XIII. XIV. XV.*

Lugd. Batav. apud Matthiam ter Heyden & Abrah. van der Myn, 1705 & 1706. in 8. Plag. 40.

DUm recensendis majoribus Doctorum Virorum Operibus intenti sumus, inde minora, & quæ in tomos præsertim plures sigillatim editos dissecta sunt, manibus se nostris quasi etiam subducunt. Quod fatum & in Crenianis Animadversio- nibus experti sumus, quarum duodecim omnino partes jam antea his in Actis recensitas invenient Lectores. Sed præter has citius

clarius, quam nobis licuit advertere, tres novæ comparuerunt, ut est invicta prorsus diligentia Antonii celeberrimi, qui insuper eodem fere tempore doctam quoque de *furibus librorum* Dissertationem, & aliam de *singularibus Scriptorum*, in lucem publicam emisit, quin & primæ Exercitationi de *libris Scriptorum optimis*, a nobis A. 1704. p. 526. memoratæ, duas ejusdem argumenti superaddidit. Nos hac vice tribus istis Animadversionum partibus postremis junctim operam navabimus, ac e singulis nonnullos colligemus flosculos.

Pars decima tertia post præfationem, de *Mediis elegantiori literaturæ instructis* agentem, a *Perfii, Juvenalis & Sulpicia Satyris* differendi facit auspiciam, & quæ in codice, editionem eorum Parisiensem, A. 1785. curatam continentem, manu sua passim *Juvenalis* versibus alleverit *Petrus Scriberius*, prolixissime cum Lectoribus Philologiæ studio deditis communicat, neque tamen singula annotata absolvit liberalis in his erogandis Crenius, sed in parte sequenti demum notas residuas adjungit. Post sparsam in illo tomo plurima de Viris doctis judicium variorum recenset Noster, moresque singulares quorundam delineat. *Jacobum Andree* tot maledictis a non unis peti, dolet p. 69. Qua occasione apud aliquos *Daniel Heinsius* in favoris erga Pontificios suspensionem incidit? p. 98 declarat. *Tamasq. Faber* ut admodum in religione inconstans p. 101. s. sistitur. Quod *Benedictus Spinosa* non indignus Carolo Ludovico, Palatino Electori, visus fuerit cathedra Philosophica Heidelbergensi, p. 103 observatur. *Stephani Curcellæi*, scortatorii & combinarii amores p. 108. s. perstringuntur, verbis potissimum Marefii. Objectam *Chamiero* ambitionem p. 113. s. luxumque vestitus in *Petro Molino* p. 115. s. taxatum videas. *Johann. Knaxium*, Ecclesiæ Scoticæ instauratorem, pro impio, imo mago, venditari p. 119, & *Jul. Casarem Scaligerum* atheismi insimulatum p. 120 discimus. In *Henrico Lorio Glareano* morum austeritas p. 127 reprehenditur. *Amandus Polanus* multæ lectionis, at exigui judicii Vir constituitur p. 133. *Francisci Gomari* munia, ingenium, errores, scripta p. 141. s. recensentur. *Jac. Altingii* Eulii imputatur p. 189, quod Patris opera aliter curarint imprimi,

as ipse olim eadem conceperat. *Sannius Marcellus* p. 166 pro
 athenico & sarcastico venditur. *Johann Lippium ab Is. Cas
 faubono Maxaeris* vocari p. 183 obelo notatur. Quam dum
 fata ad infandum Georgii Calixti, *Statius Bufobornus*, titum quia
 impugnavit, expertus fuerit, p. 198. l. narratur. *Thomas Reinesius*
 p. 235 magna impotentia animi in veris celestis & fidelis
 doctrinae propugnatores invehus fuisse dicitur. Tacemus cu-
 riosae eruditionis specimina alia, puta, quae afferuntur de elo-
 quentia *Nesorea*, p. 40. de *asini mandibulo* in proverbium abeun-
 te p. 41. de *pinguitudine ingenii* Bototis tribui solita, p. 39. de
depositione Academica, p. 190. de *cereis Paschalis*, p. 234. l. de
Reformatorum Doctorum quorundam laudibus precipuis p. 169. l.
 de *Adami salute*, ejusque cum *singulis animalibus* suscepto ex va-
 ria aliquorum traditione coitu, p. 166 & p. 88. de *idolo Rinzum*,
 p. 251. de *purpuramento & eucausis*, deque *diplomatibus*, literis au-
 reis olim ornari suctis, p. 252. &c.

Pars decima quarta plurimis invehivis, notatisque variis
 erroribus ab Eruditis hominibus admissis, referta est. Post se-
 ctionem primam *notis M. S. Petri Scriverii de Juvenalem*, ut di-
 ximus jam ante, destinata, integra secunda eaque satis proba-
 xa sectio varia enarrat vitia, quae *adversus Grammatica Latina*
 regulas, Viri caetera doctissimi in scriptis suis commiserunt. Ali-
 bi minus recte dicta ab *Andrea Hyperio* percententur; alibi ali-
 is dica scribitur. Sed vides tamen intermixta passim notabi-
 liora alia, quem in censum retuleris *varia* variorum de *Caroli Pa-
 schalii Opere de Coronis* judicia, p. 84. l. & quae differantur de au-
 tore *Psalterii Mariani*, p. 89. de *Hannâ, Sanctae matris*, an in
 Θεοκρέως numerum referenda? p. 96. de *apocryphis olim*
in Ecclesia lectis, p. 107. l. de *censu pro foveribus antiquitas solito*,
 p. 122. l. deque ejusmodi pluribus. *Ciceronis* haud pauca
 loca exponuntur atque illustrantur p. 59. l. integro §. 6. quae
 morem & alibi jam tenere Clarissimo Autori placuit.

Pars denique decima quinta non solum lemmata haec-
 tenus allatis similia quamplurima complectitur, sed & (quod vi-
 num ex eadem praeter ceteris notatu itidem minime indignis, hec
 monere lubet,) observationes quasdam saevas haud ubique
 obvias

obvias sexto in inciso cumulat, e quibus has in gustum propinamus. Sicut nomen *Jude*, unde Judæi dicti, in Scriptura Veteris Testamenti admodum gratum & frequens fuerit, ob promissum e tribu Juda Messiam, idem tamen in Novo Testamento inter Christianos, ob proditorem Servatoris, fere inauditum & insuetum factum sit; ita nomen *Johannis* in Veteri Testamento rarum, in Novo usque adeo obvium & familiare redditum pronunciat, ut nullum fere nomen vulgarius deprehendatur, idque ob annunciationem primam gratiæ divinæ in Christo a Joanne Baptista factam. Si a Christo & Elifæo discefferis, nullum in Scriptura Sacra *Prophetam unum* observari ait, quamquam & illud Elifæi exemplum in controversiam vocetur. *Ternum* Deus quod damnaverit, in Sacris quidem legi observat, aut *mar* id accidisse, non item, sed hoc Deum tantum increpassse, imo & *mar* primo omnium Spiritum Sanctum speciali sua providentiâ adfuisse. In Veteris Testamenti locis, ubi *vita* Patriarcharum recenseantur & Sanctorum, imo & aliorum, semper, fere, quantum exegerint *annos*, quotquot confecerint annos, annotatum reperiri docet, at in N. T. non æque, quandoquidem haud congruum fuerit, Christianos longa annorum superbire serie, postquam ipse tam brevis in his terminis vitæ Christus esse voluerit. Paucos *ante suam natiuitatem nominibus suis insignitos* legi, omnesque, si Salomonem excipias, forte in honorem Jesu, primam in appellatione literam I habuisse ait, utpote *Johannem Baptistam, Isaacum, Ismaëlem, Josiam*. Nullo seculo plures vixisse celebres *Prophetas* inquit, quam cum piis regnarit *Ezechias*, & cum Judæi sub *Babyloniorum jure* ingemuerint. In Scriptura Canonica (ne *Sirach* forte objiciatur,) neminem Salomone acrius iniectum esse refert in *mulieres*, qui tamen ipse sibi ab iisdem provide satis haud caverit: econtra Christum amiciosem & benigniorem illis, familiariterque iisdem usum, multas earum convertisse addit.

FRAITÉ DE LA GENERATION ET
de la nourriture du fœtus.

T t t

h. e.

h. e.

*TRACTATUS DE GENERATIONE ET
nutritione fetus, Autore DANIELE TAUVRT, Aca-
demia Regia Scientiarum Socio & Doctore Medicina
in Facultate Parisina.*

Parisiis, apud Bartholomæum Girin, A. 1700. in 12.

Constat plag. 134.

Cum scripta Autoris quantivis pretii fiant ab eruditis, & reliqua in Aëtis nostris debita cum laude fuerint recensita; non possumus non, hujus quoque eruditi de argumento difficilimo Tractatus brevem eo magis exhibere delineationem, quod ultimum simul monusentum ille sit, quod Autor, A. 1701. trigesimo primo & dimidio ætatis anno phthisi extinctus, post se reliquit. Notamus igitur, scopum Autoris esse, refutare errores per aliquos Anatomicos instauratos. Quem in finem diversa examinavit animalia, ut in sententia sua confirmaretur. Et ideo exhibet descriptionem Anatomicam partium nonnullarum quorundam animalium, a nemine hæcenus datam, cum multis novis explicationibus. De generatione ex animalculis feminis virilis nihil habet, quia iisdem difficultatibus hoc systema obnoxium credit, quibus subjicitur reliquum quodcumque, immo naturæ legibus profus contrarium reputat, quæ admirandam affectans simplicitatem, nihil in operibus suis inutile ostendet. Accedere, quod multa animalcula, etiam in aliis liquidis, per microscopia detegantur, nulli tamen generationi inserviantibus. Nec huc facere, quod in lue Venerea animalcula sine pleraque emortua, quia ista nec in viris, nec in foeminis fecunditatem tollit.

Cap. I. in originem fetus inquirens, leges motus generationi explicandæ non sufficere monet, cum nondum constet de minimis partibus seu principiis nervorum, fibrarum musculorum, ossium, &c. Negat animam posse sibi formare corpus tanquam domicilium, cum hanc machinam propriis viribus nec movere quidem possit, multaque in corpore dentur & con-

cip-

tingant, quorum mens prorsus ignara. Negat primum hominem prima omnium subsequantium continuasse stamina, cum materia, in infinitum licet divisibilis, actualis divisio certos supponat terminos, adeoque habita attentione ad rationem forminae ad ovarium suum non diu progredi liceat, quia supponenda sit infinite parva staminum quantitas, nec, quinam liquores iis arrodendis & nutriendis inservire queant, appareat. Negat aërem esse receptaculum omnium staminum cum cibo assumendorum, & per poros in ovaria filtrandum, cum, ob parvitatem staminum, nulla comprehendatur introrum differentia, ut animalium ovaria non solum sua, sed & alterius speciei stamina recipere valeant, monstraque repugnent, tertiam inter duas alias speciem constituentia. Veriora igitur de origine fœtus traditurus, in generationem ovi, & ejus, quoad partes majores, structuram inquirat, de explicatione diversarum ovi partium simul differens, atque ostendens, quam multa & ardua hic adhuc ignorentur. Expendit divisionem animalium in ovipara & vivipara; subdivisiones item oviparorum & viviparorum: tandemque concludit, naturam uniformiter agentem, omnia generare ex ovo. Huic utrum ante fœcundationem, insit germen, nec ne, definita difficile pronunciat. Oppugnat tamen systema veterum de generatione ex commixtione seminis virilis ac fœminei, a recentiore quodam Autore innovatum: imprimis disputans contra diversas vias, quibus semen fœmineum, juxta *Laurentium, Riolanum, Plazzonum, Diemerbrackium, Galenum, Vartbonum, Kerkringium*, ex ovario ad uterum deferri debet. Cum vero probabilius esse statuatur systema ovorum, in eo est, ut evincat, tubas in fœminis oviductibus & testiculos ovarii respondere: id quod inter alia confirmat accurata descriptione partium genitalium in testudine fœmina, quæ, ut ut ova pariat, partes tamen habet genitales, partibus genitalibus canis vel felis non ab similes.

Cap. 2. modum expositurus, quo ovum ad uterum descendit, de ipsis ovulis differat. Vesiculas exiguas in testiculis ovula esse pronunciat, in eo ab hydatidibus testiculorum, non semper, nec in omnibus animalibus reperiendis, differentia,

quod ista facile, hæc difficulter ad ignem indurentur; hæc aliter, quam ista, cum testiculis connectantur; in his æque membrana externa facile separetur ab interna, in istis minime; has denique in plerisque animantibus deprehenderit molles ac transparentes, ista vero firma satis & minus pellucida. Ovulorum existentiam per observationes *Regneri de Graaf, Peyer, du Verney,* & proprias probat, & quomodo ab ovario separentur, testiculi que membranam perforant, exponit, id optime addisci motens secundo animalia vivipera aliquot a coitu diebus. In primis ostendit, quomodo ovum majus per foramen minus penetrare possit, per quod ipsi negandus videbatur egressus: ovum scilicet, dum prolongatur, crassitiem imminuit, & foramen ob membranæ tenacitatem dilatur. Hanc assertionem eleganti illustrat experimento. Nempe si ovum gallinaceum aceto immiscetur, ut testa mollescat, per foramen ipsò multo minus urgeri potest in vitrum, ex quo non patet per idem reditus, si affusa aqua testa rursus induretur. Addit, quomodo papillæ supra testiculis producantur, & cùm tales in oviparis non compareant. Ex ovario per tubas Fallopianas ad uterum deferri ovulum, probat per foetus interdum extra uterum conceptos, castum sui temporis commemorans de foetu intra abdomen concepto, placenta non utero, sed aliis ventris partibus alligata. Hunc vero casum rariorem pronunciat, non quod sæpius ex ovario in abdomen non cadant ovula, sed quod illuc cadentia non commo dum semper reperiant locum, ubi alligentur ac nutriantur. Provocat ulterius ad foetus in tubis repositos, quales ipsi *Vesalio & Volantio* retulerunt, ut ut systematis de constitutione seminum patroni. Ut vero explicare quodammodo posset, quomodo ex ovario in tubam delabatur ovulum, tubarum descriptionem tradit satis accuratam, & hominum cum quadrupedibus hac in parte convenientiam, cum volatilibus disconvenientiam edocet, addita harum differentiarum causa; a disparitate incessus quadrupedum & volatilium petita. Subjungit, quomodo tubæ per spiritum seminalem ad actionem determinantur, ut ovario applicatæ ovulum egrediens excipiant exceptumque ad uterum evolvent. Non autem crassam feminis substantiam, sed fo-

lam

lam spirituosorem conceptioni inservire, hinc evincit; quod multa animalia, utut concipiant, semen immixtum turpis ejiciant; - quod conceperint foeminae, utut penem in vaginam non immiserint, quia erant imperforatae; quod imprimis semen sine alteratione in utero testudinis recipi nequeat, cum per aliquod tempus in communi cavitate commoretur, ubi urina & materiae faecales exonerantur. Refutat tamen illorum sententiam, quicum *Stenope & Bartholinus* juniores, spiritum feminalem in tubas & ovaria non agere affirmant, antequam sanguini permixtus per circulationem eo deferatur; utut hujus hypotheseos patroni, per eam optime explicari posse varia foeminarum concipientium symptomata, contendant, qualia sunt vomitus, nausea, gustus depravatus &c. Ipse assentit, per tubas ad ovaria non per osificationem, sed infiltrationem, in uteri ac tubarum membranas deferri semen. Utut vero negat, per circulationem sanguinis ad ovarium delatum spiritum feminalem ovo fecundando sufficere; non tamen ideo negat, quandam ejus partem, sanguini permixti posse. Rationem denique reddit, cur tubae & oviductus ovario non cohaereant. Inde mutationes quae in utero exponit, & ex subitanea extensione, quae irritationem per spiritum feminalem producit, sequitur, pleraque accidentia conceptionem consequentia deducit, qualia sunt dolores, vomitus, nausea &c. Inprimis declarat, quomodo ovulum utero connectatur, chorda umbilicalis nascatur, ovulum nutritur, monstrata analogia inter ovulum & grana plantatum, notatis simul differentias, quae in brutis observantur, eandemque ratione subjuncta.

Cap. 3. membranas foetum involventes, cum chorda umbilicali & placenta uterina describit, multasque diversitates in diversis animalibus obvias, cum earundem rationibus tradit. Exponit connexionem chorii cum utero in equa, porca, porca fera, torpedine (qui est piscis quidam marinus) canem, marina, vipera; placentam uterinam foeminae, canis, felis, leporis, cuniculi, porculae Indicae, animalium ruminantium, delphini: membranam urinariam ruminantium cum ejus characteribus, speciatim in porcula Indica, equa, cuniculo, cane, fel-

MENSIS NOVEMBRIS A. M DCCVI. 179

GEORGII WOLFFGANGI WEDELII Compendium Praxeos Clinica Exemplaris, secundum ordinem Casuum Timai a Guldenklee.

Jenæ, sumptibus Johannis Bielkii, 1797. in 4.

Constat Alph. 1. plag. 8.

Quanquam variis hætenus scriptis Illustris WEDELIUS peritiam suam, qua in Arte Medica periter ac Chymica excellit, abunde testatus fuerit, sicque nomen suum ab oblivione vindicaverit; ulterius tamen fama suæ Philiatricumque commodis inhians, Praxin tandem Clinicam, ab omnibus Artem salutarem excolentibus diu expetitam, luci publicæ exponere decrevit. Per Praxin autem Clinicam intelligit exercitium erudiendi & exhauriendi signa & phænomena, ut suppositis causis ad illa producenda aptis, indicationes & indicata specificæ, individualiter hinc applicari possint debite. Ut ut vero ordinis ratio jubeat, Praxin Clinicam generalem præmittere speciali; at tamen facilius visum fuit Compendium hoc præmittere Praxeos Clinica Exemplaris, eidem scopo velificantis, alteri, volente Deo, brevi subsequatur. Potuisset certe Excell. WEDELIUS, ex sua Praxi XL annorum amplissima, casus atque exempla erigere, prout in Præfatione testatur; noluit tamen actura agere, sed cum Balthasar Timæus a Guldenklee ejusmodi casus dudum ediderit, ex universo ambitu occurrentium medico morborum, eosque non semel emanus fuerit Author Noster; horum responsionem edere aliam, & ordinem sequi visum fuit, ut & eodem commendaret, & sic breviori via sapientibus simplici styloque monstraret, quomodo copia rerum & verborum satisfacere agris, & hæc variare liceat.

ULRICI HUBERI JCTI, SUPREMÆ FRLforum Curia Ex-Senatoris, Prælectionum Juris Civilis Tomi III. secundum Institutiones & Digesta. Accedunt huic Editioni Novæ Additiones CHRISTIANI THOMASII, quibus Scholia ipsius contra Autorem defenduntur, ejusdemque nova Præfatio, & Differentia Juris
Com-

Communis & Saxonici, cura LUDERI MENCKENII JCS.
Lipsiæ, sumptibus Job. Frider. Gleditschii,

1707. in 4.

Constant Alph. 9. pl. 4.

Quæ Operum Juridicorum Celeberrima Huberi sit præstantia, quod inter Eruditos pretium, quæ imprimis Prælectionum ad Institutiones & Digesta toties editarum elegantia & utilitas, actum ageremus, si prolixius hic exponeremus. Non male igitur de Juris præstantia meritus est Bibliopola solertissimus, qui, quas diximus Prælectiones Huberianas, apud nos curavit recedendas. Sed cum partem Prælectionum primam, quæ ad Institutiones pertinet, in Actis A. M DC LXXXVIII. pag. 464, II & IIIam quæ Jus Pandectarum tradunt, A. M DC LXXXIX. pag. 302, & A. M DC LXXX. pag. 507. prolixius recensuerimus, nihil superest, quam parcis tremoneamus, quantum hæc præferuntur editioni. Accesserunt etiam ei novæ Additiones Dn. Thomasi, quibus Scholia sua contra Responsiones Huberi vindicavit, sæpius tamen suam reliquit & in Huberi sententiam transit, ut ipse in Præfatione fatetur, in qua similes rationes exponit, quibus olim ad edenda Scholia, & jam ad hæc Replicas edendas fieri adductis. Præterea hæc editio exhibet Differentias Juris Communis & Saxonici, secundum seriem Prælectionum ad Institutiones & Digesta, cura Dn. Menckenii, quæ cum in finem fuerant additæ, ut, qui in Saxonia Huberianis Prælectionibus uti cupiunt, in singulis titulis scire, quid usentur Leges Saxonice tum Communes, quam Electorales, instituerint, sine negotio possint cognoscere. Denique Indices Operis in meliorem redactos ordinem, ac mendas, quæ in priori editione occurrerant, summa cura sublatis esse, Lector Benevolus facile ex ipsa utriusque collatione intelliget.

LIBRI NOVI

Julii Pollucis Onomasticum Græce & Latine. Præter aliorum notas, suas etiam adjecere J. H. Ledetlinus & T. Hemsterhuis. Amstel. ex officina Wetsteniana, 1706. fol.

Description de la Virginie. A Amst. chez Th. Lombraill, 1707. 12.

ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsiæ

Calendis Decembris Anni M DCC VI.

Ferdinandi Christophori Harprehti Jcti, Sacri Casarei Palatii Comitis, diversorum Imperii Principum & Statuum Consilarii, in alma Tubinga Antecessoris & in Summo Württembergico Tribunali Assessoris, Responsorum Criminalium & Civilium Volumen secundum, tertium & quartum.

Tubingæ, impensis Augusti Metzleri,

A. 1701. 1702. 1706. in fol.

Constat volumen II. Alph. 3. plag. 12. III. Alph. 3. plag. 5.

IV. Alph. 3. plag. 7.

Primum Responsorum horum Volumen, a nobis, mense Junio 1701 pag. 277 *seqq.* relatum est. Secundum & Tertium hactenus curam nostram effugerunt, ut debito tempore non sint exhibita; hinc vel verbo eadem nunc indicare, e re esse videtur. Telam igitur semel inceptam, serie non interrupta, pertexit Illustris Autor; hinc in Volumine Secundo, agmen ducit Responsum decimum septimum, claudit vero quadragesimum octavum. Ab hoc Volumen Tertium, usque ad Responsum sexagesimum quintum extenditur. Inde Quartum, illudque novum, Volumen succedit, quod a sexagesimo sexto, usque ad septuagesimum septimum excurrit, adeoque duodecim Responsa complectitur. Responsum sexagesimum sextum, quod primum locum occupat, sollicitam de feudo meritorum remaneratorio, exhibet tractationem. Tum, juxta ordinem

dinem sequentium Responsorum agitur de renunciacione acquiritus conjugalis, constante adhuc matrimonio, facta. De actione spolii, an & quatenus illa in spoliatoris hæredes transeat. De fructibus sylvestribus, *mit Obs und Eichen*, utram vi juris venandi & forestæ, ad eum qui isto jure gaudet, an vero ad sylvæ proprietarium pertineant. De renunciacione filiarum nobilium, monasterium ingressarum. De læsione enormi, in feudi masculini venditione. De crimine incestus in linea recta, patris cum filia. De crimine falsificatæ monetæ. De jure perpetuæ relictionis prædiorum Würtembergensium, in forenses translatorum. De crimine vini, per lithargyrium, *Silberglätt oder Silber-Schaum*, adulterati. De transactione prætensivæ vi metuque extorta, ejusque rescissionem, ex hoc capite petita. De solutione & conditione indebiti, prolixè disputatur. Nos, speciminis loco, duorum Responsorum summam breviter exhibebimus. In Sexagesimo nono, ut antea indicatum, disquiritur: utrum fructus sylvestres, ad eum, qui regali venandi & forestæ jure gaudet, an vero, ad sylvæ proprietarium pertineant? Circa hanc controversiam præmonet Consultissimus Autor, eam ex statutis & consuetudinibus cujusvis loci, fere esse decidendam, cum ex solo jure naturali, aut jure Romano, vix decisio aliqua peti queat; statuta vero vel leges provinciales, sylvæ proprietario favere, auctoritate ordinationis forestalis Würtembergicæ, Bavaricæ, Brunsvicensis & Hohenloicæ, deinde ostendit. Quodsi autem leges ejusmodi provinciales seponamus, tam nihilominus, pro sylvæ proprietario, pronunciandum esse censet, cum utique fructus, tam pendentes, quam separati, in dubio, domino attribui debeant. Nec obest, quod fructus ejusmodi, feris, ne fame pereant, relinquendi, nec hæc, per glandis collectionem, fugandæ esse dicantur; nam hanc rationem proprietarium, a jure suo, non penitus excludere, sed hoc solum aliquo modo restringere, Noster docet, ac insuper, plurium Doctorum auctoritate, sententiam suam confirmat. Inerim alii fructus sylvestres ei, qui jure venandi & forestæ gaudet, adscribunt, quo nomine diversos Autores Noster laudat, sed eos hypothesi pendendum ad liquidum

deducta, verum in circulum potius recurrente, quod facultas decutiendi & legendi glandes, juri venandi cohaereat, niti, simul admonet, id adjiciens, sententiam illam, ex Gailio male intellecto, imo in editione anni 1616 etiam corrupto, fere habere originem, cum tamen Gailius sylvæ proprietario fructus sylvestres non plane abjudicet, sed eum, in præjudicium Domini forestalis, jus suum non nimis extendere debere, solum doceat, quæ sententia, uti rationi est consentanea, ita aliis Autoribus quoque probatur. Solidius quidem fundamentum sententiæ suæ dissentientes, in longæva consuetudine, quæ fructus sylvestres Domino forestali tribuat, reperisse existimant. Verum consuetudinem illam jactari quidem, sed non probari, Noster demonstrat; imo tantum abesse evincit, ut generali consuetudine sententia illa firmata sit, ut potius, in plerisque locis, contraria jura, vel scripta, vel non scripta, obtineant, Gailius etiam & Friderus, quorum autoritate dissentientes potissimum nituntur, consuetudinem talem minime asserant, sed Domino forestali fructus competere, si longæ consuetudine jus illud acquisiverit, solum doceant, inter quæ duo, magnam esse differentiam, nemo non videat. Denique in specie, in casu controverso, sylvæ proprietario jura omnia favere, Consultissimus Autor, additis nonnullis limitationibus, ostendit.

Ex doctrina Responsi septuagesimi septimi, mercator quidam decessit, vidua, quatuor filiis & tribus filiabus relictis. Post quatuor, a morte, annos, vidua negotiationem, quam hæcenus continuaverat, filiis cessit. Subducto calculo, unus ex filiis, per errorem, matri fortem mille imperialium indebite assignat, eidemque per duos annos, fortis illius, in negotiatione relicta, usuras præstat. Tum moritur filius, qui errorem commiserat: superstitibus fratres, rationibus denuo dispunctis, illum deprehendunt, sed dum verentur, ne reverentiam matri debitam lædant, aut hæc etiam, repetitione indebiti, ad iram provocata, fortem ex negotiatione tollat, vel ex nimio animi motu, morbum contrahat, aut plane moriatur, errorem commissum illi non indicant, sed potius, per quatuordecim annos, forti indebitæ usuras constanter adjiciunt. Interim filii mercatores botis labuntur, ac ma-

ter, quod sibi deberi existimabat, exigit, sed filii, indicato errore, ut mater tam sortis, quam usurarum Indebite assignatarum, deductionem patiat, petunt. Quæsitum ergo fuit, an & quousque jus vel retinendi, vel repetendi, filiis hic competat? Quoad ipsam sortem, res satis certa Consultissimo Autori videtur, quod ejus intuitu, conditio indebiti locum habeat, cum omnia ejus requisita, solutio scilicet vel promissio, error facti ac indebitum, hic concurrant. Et licet de filii nunc defuncti intentione, utrum ille ex errore, an potius sciens prudensque, atque ita animo donandi, matri sortem illam assignaverit, liquido constare non videatur, attamen Noster censet, ex indebito, quod rationibus subductis satis apparebat, errorem merito præsumi, cum nemo suum, sine justa ratione, præsumatur, jactare. Idem dicendum de usuris biennii, quas filius errans matri concesserat, cum enim hoc, ex eodem errore, quo fors illi assignata, factum sit, ideo earum vel repetendarum, vel retinendarum jus recte asseritur. Major difficultas subesse videtur, quoad reliquorum annorum usuras. Cum enim has, cognito errore, ceteri filii matri præstiterint, ideo eas donasse censei possunt: verum ex scientia, hoc in casu, animum donandi asseri non posse, Noster existimat, cum ille rationibus fortioribus, a reverentia filiali, & metu incommodorum, quæ negata præstatione, vel in matrem, vel negotiationem, redundare possissent, desumptis, excludatur, hinc illarum etiam usurarum intuitu, conditionem indebiti locum habere concludit.

REMARKS ON SEVERAL PARTS
of Italy, &c.

h. c.

OBSERVATIONES CIRCA DIVERSAS
Italica partes, annis 1701, 1702. & 1703
subnata.

Londini, apud Jacobum Tonson, 1705, in 8.
Constat Alph. l. plag. II.

Quam

Quamvis Autor harum observationum Doctissimus nomen suum titulo libri haut præfixerit, dedicatio tamen, quæ ad Illustr. Virum *Jo. Sommers* directa est, satis edocet, deberi hocce elegantissimi ingenii monumentum *Jo. Addisonio*, qui hætenus poemate in Victoriam Hochstadiensem, aliisque carminibus, Musis & Apolline faventibus, in lingua vernacula conscriptis, magnam nominis celebritatem inter suos adeptus est. Noverat ille, præter Italiam, theatrum istud & naturæ, & antiquitatis, & artium, & rerumpublicarum diversarum splendissimum, in toto fere terrarum orbe vix regionem inveniri, quæ iis, qui peregrinationis studio tenentur, majorem quam illa vel jucunditatem vel utilitatem promitteret. Hinc & ipse eo non tantum iter ingressus est, sed etiam operæ pretium se facturum recte existimavit, si ea, quæ circa diversas, quas perlustravit, Italiæ partes observaverat, cum erudito orbe communicaret, præloque publice subjeceret. Qua in re exemplis ipsi ac scriptis præiverunt cives ejus clarissimi, *Burnetius*, Sarisberienis hodie Episcopus, eorum quæ ad religionem in Italia florentem & rerumpublicarum instituta spectant, imprimis studiosus; *Lassellius* in consignandis scriptoribus, qui diversa Italiæ loca illustrarunt, maxime assiduus; *Rajus* ob rerum naturalium scrutinium percelebris; ac denique *Missonius*, qui uti ad generalem Italiæ notitiam acquirendam plurimum adjumenti adfert, ita studium, quod in adumbrando regionum locorumque situ adhibuit, feliciter admodum ipsi cessit. Hos ergo imitatus Noster has observationes edidit, in quibus, uti plurima ab aliis prætermittenda studiose attigit, ita alibi jam memorata raro adduxit, quin ulterius illustrentur clariusque exponantur. Id quod summa non modo styli elegantia, verum etiam tanta varietate factum est, ut modo naturæ arcana scite recludi, modo rerumpublicarum fundamenta & imperantium artes accurate exponi, modo antiquitatis monumenta præclare exhiberi, modo quæ ad Historiam, Geographiam & rem litterariam spectant, erudite explicari, non sine voluptate lectores sentiant. Tanta scilicet rerum pulcherrimarum seges hic efflorescit, ut facile prolixiorum libri recensionem exhibere possemus, nisi instituti nostri ratio

tio brevitatis nos admoneret, cui obsequentes pauca saltem, ex iis commemorabimus, quæ ad antiquitatis notitiam & elegantiores litteras imprimis pertinent.

p. 142.

Dum arcuum istorum meminit, quibus tanquam egregijs antiquitatis monumentis Ariminum, Fanum & Ancona hodie celebrantur, eos quidem a plerisque triumphales appellari, Ad-disonius monet, Romanos tamen olim inter eos fornices, qui honoris tantum causa Imperatoribus fuerunt extructi, & eos, qui victoriæ cujusdam monumentum statuebantur, & triumphalium nomine tantum digni sint, discrimen quoddam fecisse, adserere non dubitat. Ita Arcum, qui Anconam ornat, gratitudinis documentum existere erga Trajanum, quod urbem portu clausisset, reliquosque duos parem forte in finem fuisse erectos, verosimile sibi videri ait; laudatque proinde veterum Romanorum sapientiam, qui ut Imperatores suos ad studium salutis publicæ quasi stimulis eo magis excitarent, ob res pacis tempore laudabiliter gestas, eosdem ipsis honores tribuere consueverint, quos alias ob laudem bello promeritam iisdem deferre solebant. Quam in rem duos nummos memorat, quorum unus Galbæ imaginem arcumque cum inscriptione, XXX. REMISSA. S. C. refert; alter ob munificentiam portu Anconæ extructo comprobata, Trajani memoriæ dicatus portum cum navigio & catena cinctum exhibet, istis adscriptis verbis: S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI. S. C. Et quamvis Doctiss. Fabrettus posteriorem huncce nummum ad aliam occasionem referre maluerit, Bellorum tamen in additionibus suis ad Angelonium satis ad ea, quæ objiciat, respondisse Autor monet. Capreas, insulam prope Neapolin, Tiberii secessu olim nobilitatam, describens, sæpius antiquos nummos ex terra ibi erui observat, inter quos non raro occurrant illi, qui Spiritibus Tiberianis accensiti, ex una parte lascivam quandam imaginem, ab iis inventam, quos monstriosi concubitus repertores vocat Suetonius, referunt, ex altera vero parte litteras numerales expriment, quales numerum XX exhibentes se oculis usurpasse Noster testatur. Quin illi genuinæ sint antiquitatis, non dubitat, eosque ut nummos tertix magnitudinis describit; fa-

tetur

p. 263.

tetur tamen, nec in Suetonio, quem Patinus nummis illustravit, se ea, quæ speraverat, de iis invenisse, nec alios sibi notos esse, qui de antiquis id genus nummis aliquid commentati sint, quamvis sciamus, Illustrissimum Virum, Ezechiel. Spanhemium in laudatissimo opere de Ufu & præstantia Numismatum antiquorum, non contemenda de iis alicubi protulisse, neque minus Baudelotium de Dairval in libro *de l'Utilité des Voyages* P. II p. 685, & Cl. Eucharium Göttlieb Rinckium in opere eruditissimo, quod sub tit. *de Veteris Numismatis potentia & qualitate lucubratiō, occasione Rubricæ Codicis de eodem argumento; sive Cognitiō totius rei nummaria*, Lips. 1701 in 4 edidit, Cap. 3 pag. 21 mentionem eorum injecisse. Cum vero illi, quorum sententiam circa istos nummos indagare penitus Autori licuit, eos convitii causa eumque in finem cufos esse existimaverint, ut Tiberii spurcissimæ libidines risui omnium publice exponerentur, ipse quidem aliter sentit, eam imprimis ob rationem, quod nummis alios exagitandi consuetudo non antiquitatem, sed novitatem potius sapiat. Equidem non diffitetur, occurrere duo alia numismata, quæ huic sententiæ repugnare videantur, illud scilicet Marci Aurelii, quod repræsentat Venerem, quæ blanditiis suis Martem a bello retinere studet, cum inscriptione: VENERI VICTRICI; & præterea illud aureum Galieni, quod in Galliarum Regis Nummophylacii adservatur inscribiturque: GALLIENÆ AUGUSTÆ, PAX UBIQUE. Prius enim a plerisque ad Faustinam, quod Gladiatorum nimium indulserit, acerbè adplicari, imprimis cum Venus eam facie referre videatur; altero vero Galieno probrum objici, probabile videri, utpote cujus tempore gravissimis motibus Imperium fuerit concussum, nec pacis tranquillitate gloriari adeo potuerit. Verum enim vero uti Addisonius sibi persuaderi non patitur, urbis Romanæ Patres eo audaciæ esse progressos, ut Faustinam, Aurelii uxorem, & matrem Commodi, quam dein Dearum numero adscripserint, publice traduxerint, vel Imperatorem ipsum offenderint, quem milites pariter atque populus habuerit charissimum, ita tantam Galieni stupiditatem animique securitatem fuisse docet, ut merito credi possit, ipsius

auto-

autoritate nummum, quem memoravimus, fuisse excusum. Quodsi mos, publicis nummis alios exagitandi, inter Romanos obtinuisset, quin ingens ejusmodi nummorum numerus ad nos pervenisset, non dubitat, cum certe sapius diversis uno tempore imperium fuerit oblatum, qui se invicem vehementissime insectabantur, prætereaque Imperatores tales non raro habuerint successores, cum quibus summæ inimicitiz ipsis intercesserint. Quæ cum ita sint, tantum abesse censet, ut nummi isti obscœnis Philenidis schematibus insigniti ab alijs, ut Tiberio convicium facerent, efficti fuerint, ut potius ille ipse Imperator ad propagandam nefandæ societatis memoriam eosdem excudi curaverit; id quod eo magis extra omnem dubitationis aleam positum esse arbitratur, quoniam adhuc hodie eo in loco inveniantur, in quo impurissimis istis voluptatibus Tiberius maxime se dederit.

p. 291.

Neque vero illa nobis prætermittenda penitus esse videntur, quæ ad illustranda quædam veterum autorum loca, Addisonius in medium producit. Ita de veteri Antio loquens, Fortunæ templo urbem illam olim celebrem fuisse notat, omnesque consentire ait, cultum ibi duabus Deabus fuisse exhibitum, quas Suetonius *Fortunas Antiates*, Martialis vero *Sorores Antii* adpellet. Quosdam in ea versari sententia addit, duas istas Deas duas Nemeses significasse, quarum una bonis bona, altera malis mala retribuatur; Fabretum vero innixum prisco cuidam monumento ex Antii ruderibus eruto verbisque notato, FORTUNÆ FELICI, in eam propendere sententiam, quæ duarum Fortunarum nomine aut istam, quæ prosperitatem concedit, aut istam, quæ afflictiones mortalibus infert, generatim iudicari vult. Interim duplex illud Deæ officium Horatii Odæ XXXV Lib. I, quæ ad *Divam gratum qua regis Antium* directa est, magnam accendere lucem observat. Uti enim Poeta preces ad Fortunam mittat, ut Cæsaris armis adesse hostesque profligare velit, ita utramque Dearum officii sui commoneferi, & quantum Odæ tetrastichon, quod *clavorum imbalium, cuneorum, ancorum liquidique plumbi*, rerum in puniendis reis adhiberi solitarum, mentionem facit, hac explicatione
recepta

recepta longe rectius intelligi ait, quam si communem interpretum sententiam quis sequatur. Ex variis antiquitatis monumentis, quibus Roma hodie se offert, statuarum maxime se-
 captum fuisse adpectu fatetur, earumque ope diversa Poetarum loca elegantiae ac luci suae felicissime restitui posse, eo certius colligit, quo minus dubitandum sit, quin veteres illi scriptores ad eas saepius imagines respexerint, quae sua aetate celeberrimae omnium conspectui fuerunt expositae. Id, ne frustra
 dixisse videatur, exemplis diversis comprobatur, & primo quidem Juvenalis locum ex lib. I. Sat. 6, v. 15. ubi Jovis barbati meminit, eleganter illustrat, quaeritque annon istis hominibus sensus verborum istorum longe melius, quam nobis, constare poterit, qui quotidie plures Jovis barbati statuas coram cernebant, quales & hodie Romae superstant. Hinc ex Satyra Juvenalis tertia lib. I. v. 88. descriptionem adulatoris attingit, qui *longum invalidi collum cervicibus aequat Herculis, Antaeum procul a sellare tenentis*, eaque alludi putat ad nobiles quasdam Antaei atque Herculis statuas, in publico quodam forte loco prope Romam positas; qua de causa non modo ad nummos provocat imagines ejusmodi representantes, sed etiam Propertium lib. 3. Carm. I. statuarum hujus generis expressam mentionem fecisse, memorat. Porro cum Poetae Latini colli brachiorumque aptam compositionem inter summam pulchritudinis signa referre saepe soleant, quod Horatii Oda XIII. lib. I. confirmat, id ut rectius intelligatur, observandum esse ait, in antiquis Romanorum statuis istas humani corporis partes, perinde uti faciem ac manus, nudas semper oculis omnium fuisse expositas. Omittimus ea, quae ad declaranda pari ratione alia quaedam Poetarum loca adducuntur, illudque saltem addimus, in eo singularem diligentiam Autorem comprobasse, quod congestis sedulo variis Poetarum descriptionibus, eas rebus in itinere sibi obviam factis, eleganter adplicuerit, Anglicisque versibus tanta suavitatem expresserit, ut quanta carminis facultate possit
 leat, vel exinde facile intelligatur.

p. 303.

p. 305.

p. 306.

p. 308.

JOHANNIS NICOLAI, ANTIQUITATUM
 Professoris, Tractatus de Synedria Ægyptiorum, illo-
 rumque Legibus insignioribus.

Lugduni Batavorum, apud Henricum de Swart, 1706. in 8.
 Plag. 18.

IN eleganti hoc, quod de Synedrio Ægyptiorum agit, opuscu-
 llo, ad septem negotium omne capita redigitur. In primo,
 quod de Synedrii Ægyptiaci existentia inscribitur, ad varia alia-
 rum Gentium, Ebrææ potissimum atque Græcæ, Antor Sy-
 nedria excurrrens, apud Ebræos tria tantum, apud Ægyptios ve-
 ro triginta, pro Nomorum, in quos Ægyptum Strabo dispecit,
 numero olim floruisse adstruit. Viros, qui Judiciis istiusmodi
 præficiendi erant, ex civitatibus clarioribus, quales Heliopolis,
 Memphis atque Thebæ erant, optimos electos fuisse, caput II
 nos edocet. Hi ut ex Mercurii instituto, Sacerdotio insigni fun-
 gebantur, & secundum honoris dignitatisque gradum post Re-
 gem tenebant, ita, ut prudentia & virtus eosdem summopere
 commendarent, necessum erat. Diversos istorum ordines capi-
 te III. recenset, in quo primus locus assignatur Cantoribus, qui
 Jubia ex Legum Mercurii digestis circa Deorum hymnos & lau-
 des exorta solvere, & vitæ regiz rationes ad supremarum Men-
 tium ideas disponere debebant; secundus Horoscopis, quos
 quatuor Mercurii de Astrologia libros alto pectore imbibisse,
 & exactam temporum distributionem in Deorum cultu pera-
 gendam observare oportebat; tertius Hierogrammatistis, quo-
 rum erat, ut Hieroglyphicâ, Cosmographiam, Geographiam,
 ordinem Solis, Lunæ & quinque Planetarum, Chorographiam
 Ægypti, Nili item & omnis sacri apparatus, accurate cognitam
 haberent atque perspectam; quartus Stolistis, ab amictu, ut
 probabilis habet ratio, & quod longis stolis induti incedere
 consueverint, ita dictis, quibus, ut sacrificia opportuno tempore
 ordinarent, & *μοσχοφραγιστὰ* h. e. omnia ea, quæ Apides
 sive Vitulos, qua consignandos qua mactandos concernebant,
 sollicitè curarent, incumberebat; quintus idemque ultimus Pro-
 phetis, quos, ut de rerum in Comitibus agitatarum eventibus, si-
 nitros

nistros per auguria cæterasque divinationum species a prosperis discernendo judicarent, lex obligabat. Omnes hæctenus memorati Sacerdotum ordines, pro Nomorum totius Ægypti numero, juxta C. IV. triginta Viros ambitu suo complectebantur, ubi & de totius Collegii Præside sigillatim adnotat Autor, quod communes reliquos Assessores, prudentes, ut jam monuimus, & virtuosos, ætate non minus quam doctrina & morum gravitate antecellere debuerit. Victum & amictum similem omnibus itidem non obtigisse, ista, quæ C. V. proponuntur, luculenter satis demonstrant, siquidem non victus tantum, quem Reges in univèrsium omnibus suppeditabant, lautior Sacerdoti summo cedebat, sed &, quantum ad amictum attinet, multum splendidior, dum communes Judices, eo, quod & ipsi Ægypti Sacerdotes essent, vestibus lineis sive candidis linteaminibus obtegerentur, Summus vero, ut reliqua tateamnis ornamenta, *ἡ δὲ τῶν πολυελεῶν ἄβαν*, signatam e pretiosis lapidibus, cui VERITAS nomen erat, ex aurea catena de collo dependens præ se ferret. Imaginis hujus, quæ fatidica erat, occasione Autor CL. Marsham, Speneri, & quæ idem cum his Duum-Viris cornu hac in parte inslant, Martini utriusque, patris & filii, errorem, quasi scilicet Urim & Tummim ejusdem, cum dicta Ægyptiorum imagine fatidica, indolis & naturæ fuerint, imò suam ista ab hæc originem repetiverint, rationibus & Clarissimorum Virorum, Meyeri, Witsii, Tillii, Van der Wayen, Hilleri, Othonis, Ribeudealdi &c. testimoniis in medium propositis cursum refutat. Modum in Synedrio agendi ductu C. IV huc fere rediit, ut cunctis legibus, quæ octo libris continebantur, in conspectum productis, disceptatio de Justo & Injusto, ad quam tres minimum personæ concurrebant, duæ, quæ inter se disceptarent, Actor puta & Reus, & una, quæ litem dirimeret, i. e. Judex, instituebatur. Accusatione juxta methodum, quam S. III. hujus Cap. depingit, rite peracta, Reo ad singula, vel exceptione, vel negatione, vel diminutione, iterata, si rei id exigebat necessitas, vice rescribere permissum fuit, atque sic tandem, postquam communes Judices de controversia quæsierant, Princeps signo veritatis in partem verioreni verso, sententiam

ferebat. His ita præmissis, C. VII. eodemque ultimo in antiquas Ægyptiorum Leges, de quibus in Synedrio agendum erat, & quarum septendecim in univèrsùm enumerantur, ordine suo Autor fufius inquit, omniumque ratione ac ampliori explicatione adducta, & accurata inprimis cum Legibus Civilibus collatione, quæ si non unicus, primarius saltem fcriptionis univèrfæ scopus est, instituta, coronam operi imponit, similem Legum Mofaicarum in Institutiones Justiniani, in Codicem item & Decalogum, ubi haud ingrata Eruditis hæc fuiffe cognoverit, operam promittens.

NICOLAI PARTHENII GIANNETTASII
Neapolitani, Societatis Jeshu, VER HER-
CULANUM.

Neapoli, ex officina Jacobi Raillard, 1704. in 8.
Constat. plag. 19.

Elegantiffimum opus ab Auctore *Ver Herculanum* inscribitur, propterea quod erudita colloquia contineat, quæ in locis Herculi facris, Herculanio fcilicet oppido; ab Hercule a debellatis Hispaniis in ea loca victore invecfo olim condito, inter ipsum Auctorem & Mecœnatem quendam, nec non alios amicos instituta fuerunt. In iis autem colloquiis doctiffimi Auctoris ingenium, quod erudito orbi non prima vice probat, denuo mirum in modum elucefcit, utpote quod utile dulci miscendo, sine dubio omne punctum tulerit. Commifcitur longum peregrinantis iter, ac inter eas ingeniofiffimas fabellas, puriffimo ftyle depictas & expreffas, Hiftorici, Phyfici, Philologi, imo & Mathematici invenient, quo fe delectent & proficiant. Giannettasius enim, libro VI Nauticorum, navigationis cujufdam in Ægyptum mentionem fecerat; hujus itineris hiftoriam audire gemit Mecœnas, quem Auctor invifit; cui defiderio velificaturus prolixam hac de re narrationem aggreditur, quæ cum multa curiofa contineat, haud abs re fore putamus nonnulla, quæ in primis memoratu digna sunt, in medium afferre. Post varia igitur pericula, in itinere feliciter fuperata, primum Alexandriam fe perveniffe Auctor ait, & ibi
Nihum

Nilam fluvium oculis usurpasse, quem non septem; ut priscais temporibus, sed quinque in mare ostiis se exonerare observat. Occasione vero a Nilo arrepta disquirat, undenam fontes fluviique oriantur, tantaque perennitate fluant? Ac primo vetustissimam eorum opinionem adducit, qui acceptam e caelo tum pluvii tum nivibus aquam per fontes remitti, atque una ex hac oriri fluvios arbitrantur; cui sententiae aliquam verisimilitudinem conciliari exinde, quod iis in locis, atque ea anni tempestate, qua frequentiores imbres effusioresque decidunt, frequentiores etiam fontes atque uberiores scateant. Contra vero iis in locis, ubi aut nullae, aut rarissimae sint pluviae, vel nullos vel paucissimos esse fontes, atque hos plerumque deficere. Praeterea cum aquae tum pluvii tum nivibus mirum in modum in fluminibus crescant, tumidaeque ea reddant, ac veluti alant, neminem inficias ire posse, generari ex iisdem flumina, quibus mox quodammodo nutriantur atque auferantur. Et quamvis obijci queat, non altius pedes decem humidam se subter humum aquam insinuare, istud tamen nondum sufficere ad sententiam illam evertendam; magnis enim in montibus vastas inesse lacunas, imo & montium ferme omnium sinus in immensos fornices amplissimasque cavernas concameratos, in quas ex altissimis jugis pluviales aquae decurrentes confluant universae, excipi autem illuc per rupium rimas commissurasque, per quas sua se levitate insinuant atque intrudant, mox vero per rimas alias ex lacunis illis erumpentes scaturire, fluviosque progignere. Quamvis vero haec ita sese habeant, Auctor tamen sibi persuadere non potest, universos amnes ex solis pluvii procreari, cum non sit probabile, tot ac tam vastis fluminibus, ac nunquam intermisso cursu fluentibus, tantum ex unis duntaxat pluvii aquae suppeditari, praecipue cum plurimi sint & magni fluvii, quorum fontes non e montibus, sed ex campestribus exiliunt, in planitie vero adunari tantum aquae non possit, quando haec ad duodecim vix pedes descendat. Hinc ad eos devenit, quorum dux est Aristoteles, qui concreto ex aere in aquam converso oriri amnes ac fluere opinati sunt: quemadmodum enim pluviae in aere ex coaecto vi frigoris vapore producantur, inque

subjectas mox terras aërii quasi amnes delabantur: ita etiam intra montium viscera ex eadem causa, quam efficientem vocant, eundem in aquam aërem immutari, perque rimas deinde hiatusque rupium erumpere; factoque vi alveo per lata camporum spatia vallesque decurrere. Et quamvis plurimi hujus ætatis Physici negent, præ frigore densari aërem, inque aquam abire, cum alias totus hyeme circa terras aër concreveret, inque aquam converteretur: esse tamen rationem Auctor ait, quæ pro ista coactione pugnet. Si quis enim stillatoriam ultrinam viderit, in ea miro artis magisterio, e variis herbarum generibus, vinoque atque aliis humoribus, aqueos igneosque rores educi deprehenderit. Jam vero, quod in hac industria fit artis, fieri etiam in montibus a natura posse. Quæ enim causæ illius extillationis sint, easdem in efficiendis fontibus inesse. Etenim concava rupium operculi præ se vicem gerere, quæ quoniam suapte natura frigida sint, idonea quam maxime sint ad aërem in aquam transmutandum: infra lacunas stagnare, & his subter inclusos ignes calore suo sensim aquas attenuare, inque vapores solvere: eos mox in rupium fornices incurstantes, illico præ illarum frigore concrevere, inque aquarum guttas abire, extillare, fluere, atque jam fluvios præterlabentes immurmurare. Nec impossibile videri, in tot montium vastissimis visceribus tantum extillare humorem densato ex aëre posse, ut affatim pabula rivis fontibusque suppeditentur, si modo cogitemus, id quod Cardanus refert, quendam nimirum ægrum singulis diebus sex & triginta urinæ libras reddidisse, cum vix septem quæ edendo qua potando consumisset, idque per sexaginta solidos dies, quo tempore ex subducta summa confectum, M DCCXL lotii libras supra potum cibumque effudisse. Unde Physici concluderint, aërem arteriis reliquoque corpore contentum in aquam coactum, novoque nunquam deficiente propter animantis respirationem, novam semper aquam concrevisse. Illud quoque memoris traditum esse Auctor ait; Virginem quandam ex iis, quæ se Deo manciparunt, tantum præ vigiliis, jejuniis assidue rerum divinarum meditatione ignem in se excitasse, ut tota ardere videretur; ad eum autem ingentem calorem

remit-

remittendum copiosissimum naturam aërem attraxisse, qui mox visceribus concretus, inque aquam mutatus, tanta per vesicam copia egressus fuerit, ut multis hebdomadis singulis diebus CC libras urinæ emitteret. Verum non obstantibus hisce demonstrationibus, Auctor nullam esse collationem tantulæ urinæ cum immensa illa aquarum mole, quam universa flumina continuo evolvunt, existimat, ac proinde hoc fieri non posse, Geometrica demonstratione conficit. Ut verò tandem de hoc argumento aliquid certi statuatur, ab Oceano aquarum omnium parente inexhaustoque fonte oriri amnes, ex S. Scriptura demonstratur. Qui vero fiat, ut aqua suapte natura gravis sese altius attollat, inque editissima montium juga, ex quibus plerumque fontes scatent, insiliat, post varias sententias, quas recensere longum foret, excussas, incompertum esse ostendit. Post prolixum hunc discursum de fluviis eorumque ortu absolutum, Historiam itineris sui Auctos continuat, & quæ ipsi Alexandria Babyloniam profecto contigerint, apud Mecœnatem exponit. In iis, quæ de indole Crocodili ejusdemque usu in Medicina afferuntur, in primis notatu digna sunt, nec non ea, quæ de Nili incremento & vera causa, itidemque de ejusdem fluvii fontibus & a quibus isti detecti fuerint, fuse disputantur. Babylonia in Arabiam. Auctor profectus est, cujus itineris historiam jam libro secundo Veris Herculani exponit, & quæ in montibus Sina atque Horebo ipsi visa fuerint, prolixè satis enarrat. Reliqua quæ in hoc libro continentur, reditum Autoris ex Arabia depingunt, ubi variæ eæque jucundæ admodum narrationes, more fabularum Romanensium propositæ, insperguntur, quibus sub finem libri descriptio Ægyptiarum Pyramidum subjungitur, ubi describit, & a quibus positæ, & quam mira structura ædificatæ fuerint. Libro denique tertio, capite I. reditum suum in Italiam, quæque in eo acciderint, exponit. Cap. II. Galli cujusdam Ode in Philippum Ducem Andegavensem, cum Rex Hispaniarum a suis renunciatus esset, nec non elegantissimum Auctoris carmen seculare Innocentio XII dictum recitatur. Cap. III. multa de Vesuvio disquiruntur, cunctaque illius incendia breviter recensentur. Cap. IV. & V. magnificentissimæ villæ Magni Ducis

cis Etruria, quæ non longe a Florentia in colle, quem Pratolinum Thusci dicunt, sita est, accurata & elegantissima descriptio legitur. Cap. VI. quæ in Magnete vis sit, qua ferrum alligat, quæque Sympathia atque Antipathia, pluribus disputatur. Capite denique ultimo occasione ignis speculo excitati quaeritur, an a Prometheo id primum tentatum fuerit, quod fabulam ejus innuere Auctori verosimile videtur, & an revera, & quibus speculis Romanas naves Archimedes incenderit? Quod ad veritatem hujus historiarum attinet, de ea, neminem dubitare posse, Auctor existimat, cum Proclus etiam insignis machinator, Archimede vero multo inferior, Zonara teste, feratur speculis hujusmodi, sub Anastasio Cæsaris tempora, ingentem Barbarorum classem, quæ circa Byzantium erat, incendisse. Quibusnam vero speculis tantum opus confici potuerit, in sequentibus disputat, ac Zetzem quidem tradidisse ait, id Archimedem speculo sexangulo plurimisque e regione aliis illi adjunctis effecisse; alios vero existimare, ab Archimede illud speculis aut globosis aut concavis perpetratum esse, quod posterius tamen ex Auctoris sententia nullo modo fieri potuit, propterea quod hujusmodi specula, sive e crystallo fingantur, sive e chalybe, vix tantæ molis elaborari possint, ut ultra triginta passus, quantum Romanorum navigia a muris abfuisse probabile sit, cum alias extra ictum sagittarum non fuissent, acceptos a Sole radios repercutiant, inque cavum conspiciant. Ac proinde in eorum concedit sententiam, qui duobus id ab illustri Sene speculis, parabolico, ut ajunt, cavo, & tubulo ejusdem formæ, non minus ingeniose quam feliciter tentatum effectumque fuisse existimarunt, quam opinionem Auctor in sequentibus magis explicat atque fusius deducit.

DEMONSTRATION OU PREUVES EVIDENTES de la Verité & de la Sainteté de la Morale Chretienne. Second Entretien.

h. c.

DEMONSTRATIO VERITATIS ET SANCTITATIS

Étatis Ethica Christiana. Dialogus Secundus. Auctore
R. P. BERNHARDO LAMY, Congregationis
Oratoria Sacerdotis.

Rothomagi, apud Nicolaum Boucher & Franciscum Vaultier, 1706. in 12.

Constat plag. 16.

Cum in Dialogo primo ostenderit Autor, omnes homines naturaliter desiderare felicitatem, veramque vitæ hujus felicitatem in spe certa possidendi olim Deum consistere; in secundo ulterius disquirat, qualis esse debeat homo, ut felicitatis istius compos fieri queat. Utut autem ex principiis unice rationis rigorosas neccat. & sublimes demonstrationes; a devotione tamen Christiana haud quaquam abest, utpote persuasus, corpus *Theologia Moralis* affabre constructum excellentissimum esse *Philosophia Moralis* systema, & *Philosophiam Moralem* melioris notæ præstantissimum esse devotionis librum, ratione, & Scriptura idem docentibus, cum utraque sit eadem ejusdem. Numinis vox, ista quidem interius, hæc exterius homini loquentis. Summa eorum, quæ in Dialogo secundo proponuntur, huc redit. Quoniam in Dialogo primo demonstravit, omnia Cap. 1. agere Deum perfectionibus suis convenienter; fieri quoque non posse concludit, quin regulis sapientiæ suæ conformiter cum homine se communicet. Juxta has itaque actiones suas dirigere, adeoque vitam voluntati Numinis congruam vivere debere, quicunque certam Deo olim fruendi spem habere gessit. Enim Cap. 2. vero monstraturus, quomodo per principia rationis nobis innotescat Numinis voluntas, a prima rerum origine omnia repetit. Ex admirabili nimirum omnium, non modo in corporibus organicis, membrorum, singularumque in membris singulis partium, sed universorum in stupenda machina mundi corporum nexu evincit; mundum hunc, quæque in ipso continentur, omnia esse propter finem aliquem facta, adeo ab ente sapiente. Ubi prolixè disputat contra *Spinosam*, quod Deum cum creaturis confundat, & finem in operibus suis intendere neget, qui nostro ævo multos assecras nactus. Veritas ista maximi in Cap. 3.

Yyy

mo-

- moralibus momenti: rebus enim externis non utendum, secundum intentionem Dei, si per earum productionem finem nullum intendisse ponatur. Quare accuratius discutiendum sibi fimit, quod Deus res omnes ex nihilo creaverit, multus simul inrefellendis iis, qui cum *Aristotele & Spinoza* æternitatem mundi defendunt: & ex *Malebranchii Dialogis Metaphysicis*, ipsis Viri ingeniosissimi verbis demonstrat, condidisse Deum hoc universum propter gloriam suam; condidisse homines, ut ejus faciant voluntatem; præcipue autem respexisse ad Hominem-Deum,
- Cap. 4. Jesum Christum. Omnia in mundo a Deo quia sunt, Deus autem mali autor non est, dubium oriri poterat, unde sint tot mala? *Manicheorum* igitur destruit opinionem, duo principia coæterna & mutuz dependentiæ prorsus expertia, quorum unum sit malorum omnium, alterum bonorum omnium causa, stantentium. Ab eodem principio pendere omnia probat, quod effectus naturales omnes, sive boni, sive mali, homini juxta eandem motus legem contingunt, diversitate effectus non a difformitate legum motus, sed combinatione causarum differenti pendente. Addit, quod in Dialogo primo probatum, unum Deum & voluptatis & doloris esse autorem: addit rationes alias, quibus luculenter comprobat, duo contraria principia locum reperire non posse, cum in excessu noceat voluptas, a nocuo hominem retrahat dolor. Disputat inprimis contra *Belium in Dictionario Critico* afferentem, systema de duobus principiis omnes tollere circa malorum originem difficultates. Mala physica mutationi Telluris, per diluvium factæ, forte deberi; moralia ab hominis voluntate unice proficisci contendit, invehens tum in *Socinianos*, perversum arbitrii usum a Deo prævisum fuisse negantes; tum in *Spinosam*, homini libertatem denegantem, ac fluentem inde actionum imputationem evertentem.
- Cap. 6. Omnibus in eo convenientibus, rerum bonitatem per earum cum finibus earundem convenientiam constitui, nil bonum, nil justum esse infert, nisi propter exactam cum regulis sapientiæ Divinæ, h. e. voluntate Numinis, conformitatem: peccatum contra esse, quicquid contra finem a Deo stabilitum, consequenter contra ordinem & voluntatem ejus sit, ut adeo in sola hominis volun-

voluntate, in rebus naturalibus reliquis nequaquam inveniat locum. Peccatum a Deo puniri ostendit. Pœnæ instar habendos esse dolores, quos per abusum rerum externarum sibi conciliat peccator. Deo tamen generalem voluptatis legem, in gratiam peccantium non abrogante, æternum miseros fore, quotquot in tempore voluptatibus abutuntur: cujus pœnæ indicia sint inquietudinis animi peccatorum sibi conscii. Refutat objectiones *Epicuræorum ac Libertinorum* nostri temporis. Non tamen ideo hominem a Deo factum probat, ut sit miser, cum is proprium odisse nequeat opus, immo odisse gratis justitiæ ipsius repugnet. Omnibus vero propter Deum factis, non potuisse non ipsum quoque hominem propter Deum produci: nec hinc sufficere, ut anima hominis sit naturaliter imago Dei, intelligentiam, libertatem ac spiritualitatem Divinam repræsentans, verum insuper requiri, ut in moribus quoque suis sit imago Dei. Hominem adeo necessario assimilari debere Deo, per Divinarum perfectionum imitationem: quem in finem ea sit ipsi concessa natura, ut ex istiusmodi actionibus, quibus Deo assimilatur, voluptatem capiat, aliisque æstimum inde statuatur. Imago hæc in ipsum ut caderet, libertate instructum esse, h. e. vi sequendi vel declinandi impressiones naturales, versus Deum nos ferentes. Non igitur eidem obstare generale boni infiniti desiderium, unde desideria nostra omnia reliqua, motusque omnes particulares pendent, quia ad nihil in particulari nos determinat, quin quilibet potius determinat istud, prout hac vel ista re ipsi satisfieri judicat. A Deo nempe esse motus animi; sed eorundem determinationem libertati nostræ deberi. Egrege insuper docet, quod homo liber solus Deum honorare queat; creaturæ autem, ex necessitate perfectiones Divinas referentes, & voluntatem ejus exequentes, ipsi quidem honori sint, nequaquam tamen eundem honorent. Competere homini libertatem, per experientiam probat, hoc inter alia utens argumento, quod, licet idem felicitatis desiderium generale in omnibus reperiat, non tamen omnes idem appetant & averfentur, quemadmodum animantia ex necessitate agentia omnia idem appetunt, e. gr. porci glandes, equi avenam. Monet præterea,

Cap. 8.

Cap. 9.

Cap. 10.

Cap. 11.

- si libertas in indifferentia ad agendum & non agendum consistere dicatur, non indifferentiam passivam, quæ tantum recipi facit impressiones mutari nescias, (quo in sensu materia dicitur indifferens ad motum & quietem) sed activam, qua præsentem animam ad eligendum medium aliquod beatitudinis ipsi arridens se determinare valet, intelligendam esse. Cum ista, non hac consistere dubia & ancipitem animi statum ab ignorantia profecta: liberum contra non magis esse, quam qui rationi obsequitur, affectibus semel indulgentes machinarum instar posthac agere. Mox ulterius deducit, quamam libertati essentialia sint, inter quæ præcipue refert potentiam super ideis nostris reflectendi, & mentem nostram ad objectum aliquod contemplandum applicandi, prout visum fuerit. Licet vero nil appetat voluntas, nisi ab intellectu cognitum, & necessario appetat, quod tanquam necessario bonum ab intellectu cognoscitur: liberam tamen idcirco manere animam, quia voluntas mentem ab objecto hoc ad aliud, vel a rationibus propositis ad alias contrarias avocare potest. Hinc rationem reddit, cur tam differentia in theoria & praxi formemus judicia, & ortum erroris a libertate mentis monstrat. Libertatem solam esse causam, cur actiones nostræ nobis imputentur, vel ad præmium, si voluntati Numinis conformes, vel ad poenam, si difformes, atque a libertatis abusu maxima universum proficisci cum edocuisset, contra eos subtiliter disputat, qui omnes hominis operationes mechanicas esse, adeoque ex necessitate fieri arbitrantur, invictis comprobans argumentis, bonitatem, malitiam, justitiam, injustitiam, non a sola opinione; nec leges a sola hominum conventionem, propter pravam earundem utilitatem pendere, absurdis indicatis consequentiis, ex perversa hac doctrina fluentibus. Monstraturus jam, quomodo in justis atque injustis cognitionem deveniatur, *Lockium* arguit, principia moralitatis conata negantem; concedens tamen, quod eo in sensu, quo ipse illa oppugnat, recte eadem oppugnet. Exemplis vero ostendit, veritates quaslibet ab homine quolibet statim admitti, modo clare ac distincte percipiuntur: immo quemlibet veritatem cognoscere, a se ipso & in se ipso, haud tamen semper veritatem omnem
- pet-

percipi, quod mens versus eam non vertatur. Quemadmodum enim Regem nosse dicendus fit, qui interrogatus, qualis Rex sit, objecta oculis ipsius imagine ejus, respondet, hanc esse Regis effigiem; ita & veritatem ex se nosse dicendum esse, qui propositam statim agnoscit. Unde concludit, dari in mente, lumen aliquod internum, intellectum illuminans, & commendat methodum, qua in *Platone* instruendo usus est *Socrates*, in *Adeo* dato juvene *Augustinus*, per interrogationes ordine institutas procedente. Quale sit illud lumen ut appareat, veritatis & regularum sapientiae, juxta quas homo actiones suas dirigere tenetur, quæque legum naturalium nomine veniunt, affectiones expendit, æternitatem nempe, immutabilitatem, infinitatem, independentiam a loco & tempore, atque prolixè confirmat, leges naturales omnibus esse præsentem, a quibusdam tamen oppugnari & non considerari, quia perversam hominum vivendi libidinem non ferunt. Cæterum Lumen hoc Rationem vocat: quare cum proprietates ejus sint Divinæ, Rationem, quatenus est lumen aliquod, ipsum Deum esse contendit. Immo prolixè adstruit, esse Sapientiam Verbi æterni, seu Filium Dei, ut adeo is luceat in omnibus hominibus. Qua occasione, ex constantia præsertim rationis omni loco & tempore in omnibus hominibus, materialitatem animæ refellit: refellere etiam conatur, rationem hominibus omnibus communem non esse participationem aut effectum tantum rationis Divinæ. Quamvis vero ratio illa communis sit ipsa ratio Divina nobis unita, hanc tamen unionem non reddere hominem felicem, sed in diversis subjectis diversos sortiri effectus, Deo in aliis præsentem tanquam fonte dolorum, in aliis tanquam fonte felicitatis. Non obstare huic sententiæ affirmat concionatorum in rationem debachationes, cum ipsi rationem accipiant pro eo, quod non est, lumen illud vere augustum confundentes cum lumine, quod mens per suas experientias & proprias reflexiones acquirere valet, seu cum mente ipsa & ejus cognitione, vocem nempe rationis cum voce passionum ac præjudiciorum. Ex hoc rationis conceptu derivat obligationem obsequendi rationi; immo & conscientiae, (quæ est cognitio ejus, quod dicitur ratio)

Cap. 17.

Cap. 18.

Cap. 19.

Cap. 20.

Cap. 21.

Cap. 22.

non tamen nisi verè : ubi obiter, sed solide ostendit, qui se decipiunt, non eadem evidentiâ cognoscere, qua illi cognoscunt, qui se non decipiunt, utpote aliquid supponentes tanquam evidenter cognitum, quod hac ratione cognitum non fuit.

- Cap. 23. Multis etiam declarat, eum, qui se ipsum decipit, quod non satis examinavit, quid dicitur ratio, per hoc non excusari, quod opinionem approbationibus suis non destitutam sequatur.
- Cap. 24. Monstrata obligatione obsequendi rationi, quid illa dicitur, edocet, omnes nempe nostras facultates, passiones & actiones ad Deum referendas esse. Intellectus itaque rectitudinem consistere in attentione Divinæ Sapientiæ intus loquenti præbenda : rectitudinem voluntatis in concordiâ motuum liberorum cum motu naturali, quo erga Deum ferimur. Motus illos particulares passiones vocat, quorum differentiam a diverso respectu, quem habent vel ad bonum, quod appetitur, vel ad malum, quod fugitur, desumit. Ne vero circa actionum omnium ac passionum ad Deum directionem ulla remaneat obscuritas, duplicem actionis cujuslibet dari observat finem, alterum proximum, qui intellectui actionem consideranti primæ statim fronte se offert; alterum ultimum, ad quem is assurgere debet, ut actio secundum rationem fiat. Ad Deum igitur referri actionem, si vel effectus ejus immediatus est gloria Dei, vel actio, quem Dei gloria necessario subsequitur. Non tamen ideo necessarium esse monet, ut patrans quamlibet actionem, gloriam Dei actu cogitet: quemadmodum enim mater propter infantes laboret, etiam cum de iis non cogitat, ita etiam hominem actiones suas ad Deum dirigere posse, prævia tali intentione alio tempore, etiam cum de Deo minime cogitat, amore Dei actiones omnes sanctificante. Denique quid virtus sit, quid vitium, & quantus virtutum ac vitiorum numerus, exponit. Virtutem nempe esse vim, ait, dirigendi actiones cum facilitate secundum rationem. Vitium contra impotentiam dirigendi actiones secundum rationem, ex crebro patris actionibus malis ortam. Virtutum differentias a differentiis officiorum; illarum definitiones a definitionibus horum petendas esse inculcat, virtutemque non nisi in Christiano reperire locum, evincit.

ERRA-

ERRATA. Mensis Junii Anno 1706.

Pag. 256 lin. 5 pro JOANNE lege JACOBO. p. 258 l. 29
 pro GL lege SL. p. 260 l. 19 deletur, *Curva quasita, hoc est.*
 p. 261 l. 16 lege erit. Ibid. l. 26 pro nupere lege nuper. Ibid.
 l. 32 pro unum lege primum. p. 262 l. 17 pro (PN—ER) lege
 (PN+ER.) p. 263 l. 2 pro $\frac{n. n-1. n-2 \quad n-2 \quad 3}{1. 2. 3} a \quad b$ lege $\frac{n. n-1. n-2 \quad n-2 \quad 3}{1. 2. 3} a \quad b$
 & pro $\frac{n. n-1. n-2. n-3. n-4. n-5. n-6 \quad n-6 \quad 7}{1. 2. 3. 4. 5. 6. 7} a \quad b$ lege $\frac{n. n-1. n-2. n-3. n-4. n-5. n-6 \quad n-6 \quad 7}{1. 2. 3. 4. 5. 6. 7} a \quad b$.

INDEX AUCTORUM,

quorum Libri aut Inventa hoc Volumine
 recensentur.

I. Libri Theologici & ad Historiam Ecclesiasticam spectantes.

- A** Nonymi *Dictionarium Sacrum seu omnium Religionum, Ju-
 daicarum, Gentilium, Christianorum & Mahometana-
 norum.* 139
- Appiani (Pauli Antonii) *Vita S. Emidii, Episcopi Asculani & Mar-
 tyris.* 174
- Basnagii (Samuelis) *Annales Politico-Ecclesiastici.* 73. 128. 241
- Basnagii *Historia Veteris & Novi Testamenti iconis suis exornata.* 305
- Bonjour (Guillelmi) *Triduana de Canone Librorum Sacrorum.*
Concertatio, acta in Seminario Montis-Falisci. 497
- - - *Dissertatio in Historiam Sacram prima Mundi Etatis,
 habita per Dialogos in Academia Divinarum Litera-
 rum Montis-Falisci.* 504
- Bonucci (Antonii Maria) *Vindicia aequissimi decreti Alexandri
 VIII P. M. adversus propositiones XXXI in eo da-
 mnatas.* 178
- Buddei (Jo. Francisci) *Exercitatio de Prærogativis Fidelium No-
 vi Testamenti præ Fidelibus Veteris Testamenti.* 123
- Cock-

- Cockburn (*Johannis*) *Inquisitio Natura, Necessitatis, ac Evidentia Christiana Fidei.* 228
- Corradini (*Petri Marcellini*) *Vetus Latium Profanum & Sacrum.* 310
- Cypriani (*Ernesti Salomonis*) *Vita & Philosophia Thomae Campanella.* 141
- Dorschei (*Joh. Georgii*) *in IV Evangelistas Commentarius.* 274
- Du Pin (*Lud. Ellies*) *Gerfoniana.* 289. 291
- Dubourdieu (*Jo.*) *Dissertatio Historico - Critica super Martyrio Legionis Thebaorum.* 308
- S. Eusebii Hieronymi *Operum Tomus III, studio Joannis Martiniay.* 417
- Franckii (*Christophori*) *Demonstratio Deitatis Christi, qua simul Jona Schlichtingii a Bakowicz Exceptionibus occurritur.* 233
- Fraffen (*Claudii*) *Disquisitiones Biblica in universum Pentateuchum.* 379
- Gerfonii (*Joannis*) *Opera omnia, novo ordine digesta & in V Tomos distributa, opera & studio M. Ludovici Ellies Du Pin.* 289
- Gisbert (*Johannis*) *Anti-Probabilismus.* 373
- Glaffii (*Salomonis*) *Philologia & Logica Sacra.* 47
- S. Gregorii *Papa I cognomento Magni Opera omnia, illustrata studio & labore Monachorum Ordinis S. Benedicti e Congr. S. Mauri.* 385
- Hottingeri (*Jo. Jacobi*) *De Penitentia Primava, nec non Romana Ecclesie.* 409
- Jaworowsky (*Stephani*) *Signa Adventus Anti-Christi & Finis Mundi.* 92
- Laderchii (*Jacobi*) *Dissertatio Historica de Sacris Basilicis SS. Martyrum Marcellini Presbyteri & Petri Exorcista de Urbe.* 281
- Lamy (*Bernardi*) *Demonstratio evidens Veritatis & Sanctitatis Esica Christiana. Dialogus primus.* 511
- - - *Dialogus secundus.* 546

Marckii

	<i>Imperatoribus Romano-Germanicis sine pravo Pontificum assensu competentis.</i>	348
Harprechtii	(Ferdinandi Christophori) <i>Responsorum Criminalium & Civilium Volumen II. III. & IV.</i>	531
Huberi (Ulrici)	<i>Praelectionum Juris Civilis Tomi III, cum novis Additionibus Christiani Thomafii, & Lüderi Menckenii Differentiis Juris Communis & Saxonici.</i>	529
Menckenii (Lüderi)	<i>Differentia Juris Communis & Saxonici.</i>	529
Nicolai (Johannis)	<i>Tractatus de Synedrio Aegyptiorum, illorumque Legibus insignioribus.</i>	540
Reigeri (Jo. Frid.)	<i>Theatrum Juridicum Theoretico - Practicum.</i>	232
Simonis (Dionysii)	<i>Præcepta Juris Canonici Gallia.</i>	165
Thomafii (Christiani)	<i>Fundamenta Juris Naturæ & Gentium, ex sensu communi deducta.</i>	236
- - -	<i>Additiones ad Huberi Praelectiones Juris Civilis.</i>	530
De Toullieu (Petri)	<i>Dissertationum Juridicarum Trias.</i>	114

III. Libri Medici & Physici.

A	<i>Academix Naturæ Curiosorum Miscellanea Curiosa, sive Ephemeridum Medico-Physicarum Germanicarum Decuria III Annus IX & X.</i>	453
	<i>Anonymorum Historia Morborum, qui annis 1699 sqq. Uratislavia grassati sunt. Accedit Tractatus de Experientia.</i>	287
- - -	<i>Observationes Practicæ de Hydrops Pectoris.</i>	329
Beckeri (Jo. Conradi)	<i>Paradoxum Medico-Legale, de submersorum morte sine pota aqua.</i>	168
Bidloo (Nicolai)	<i>Descriptio Monstri humani bicipitis.</i>	39
Clerici, Arabiatri Regii,	<i>Apparatus commodus in usum juniorum Chirurgorum adornatus.</i>	158
Dolzi (Johannis)	<i>Tractatus de Furia Podagra lacte vitæ & mitigata.</i>	124
Etmülleri (Michælis)	<i>Epitome totius Medicinæ.</i>	518

- Fonte-

INDEX AUCTORUM.

557

Fontenellii <i>Historia Academia Regia Scientiarum Anni 1701.</i>	263
- - - - - <i>Anni 1702.</i>	315
- - - - - <i>Anni 1703.</i>	368
- - - - - <i>Anni 1704.</i>	439
Franci de Franckenau (Georgii Friderici) <i>Anastomosis resecta.</i>	395
Heyne (Jo. Christ.) <i>Tentamen Chirurgico-Medicum de precipuis Offiis Morbis.</i>	56
Jordani (Vitalis) <i>ad Hyacinthum Epistola.</i>	314
Keil (Jo.) <i>Introductio ad veram Physicam.</i>	140
Lemery (Ludovici) <i>Tractatus de Alimentis. Editio secunda.</i>	160
Pacchioni (Antonii) <i>de Glandulis Conglobatis Dura Menyn- giana, indeque ortis Lymphaticis ad Piam Menyn- gem productis.</i>	117
Retiti (J. L.) <i>Ars medendi Morbis Offiis.</i>	156
Portii (Luca Antonii) <i>de Motu corporum nonnulla, & de nonnul- tis Fontibus naturalibus.</i>	312
Rumphii (Georgii Everhardi) <i>Museum Amboinum, Descriptionem variorum Piscium Maris Amboinici, ut & Mineralium nonnullorum, Lapidum &c. comprehendens.</i>	49
Ruyfchii (Friderici) <i>Thesaurus Anatomicus Quintus & Sextus.</i>	145
Snellen (Henrici) <i>Theoria Mechanica Physico-Medica Delinea- tio.</i>	5
Tauvry (Damielis) <i>Tractatus de Generatione & Nutritione Fa- tus.</i>	524
Thomson (Alexandri) <i>Dissertationes Medicae.</i>	147
Wedelii (Georgii Wolffgangi) <i>Compendium Praxeos Clinicae Exem- plaris.</i>	529
Zwingeri (Theodori) <i>Dissertatio Medica de acquirenda vita lon- gavitate.</i>	518

IV. Libri Mathematici.

A Nonymi <i>Eclipsis Solis d. 12 Maji a. 1706 in diversis Germania locis observata.</i>	335
Bonjour (Guilhelmi) <i>Calendarium Romanum Chronologorum.</i>	cau-
	Z 11 2

	<i>Imperatoribus Romano-Germanicis sine praevio Pontificum assensu competentis.</i>	348
Harprehti	(<i>Ferdinandi Christophori</i>) <i>Responsorum Criminalium & Civilium Volumen II. III. & IV.</i>	531
Huberi	(<i>Ulrici</i>) <i>Praelectionum Juris Civilis Tomi III, cum novis Additionibus Christiani Thomafii, & Lüderi Menckenii Differentiis Juris Communis & Saxonici.</i>	529
Menckenii	(<i>Lüderi</i>) <i>Differentia Juris Communis & Saxonici.</i>	529
Nicolai	(<i>Johannis</i>) <i>Tractatus de Synedrio Aegyptiorum, illorumque Legibus insignioribus.</i>	540
Reigeri	(<i>Jo. Frid.</i>) <i>Theatrum Juridicum Theoretico - Practicum.</i>	232
Simonis	(<i>Dionysii</i>) <i>Praecepta Juris Canonici Gallia.</i>	165
Thomafii	(<i>Christiani</i>) <i>Fundamenta Juris Naturae & Gentium, ex sensu communi deducta.</i>	236
- - -	<i>Additiones ad Huberi Praelectiones Juris Civilis.</i>	530
De Toullieu	(<i>Petri</i>) <i>Dissertationum Juridicarum Trias.</i>	114

III. Libri Medici & Physici.

A	<i>Academiae Naturae Curiosorum Miscellanea Curiosa, sive Ephemeridum Medico-Physicarum Germanicarum Decuria III Annus IX & X.</i>	453
Anonymorum	<i>Historia Morborum, qui annis 1699 sqq. Uratislavia grassati sunt. Accedit Tractatus de Experimentia.</i>	287
- - -	<i>Observationes Practicae de Hydrope Pectoris.</i>	329
Beckeri	(<i>Jo. Conradi</i>) <i>Paradoxum Medico-Legale, de submersorum morte sine pota aqua.</i>	168
Bidloo	(<i>Nicolai</i>) <i>Descriptio Monstri humani bicipitis.</i>	39
Clerici	<i>Archiatri Regii, Apparatus commodus in usum juniorum Chirurgorum adornatus.</i>	158
Dolzi	(<i>Johannis</i>) <i>Tractatus de Furia Podagrae lacte vitulae & mitigata.</i>	124
Emüllerii	(<i>Michaëlis</i>) <i>Epitome totius Medicinae.</i>	518

Fonte-

INDEX AUCTORUM.

	557
Fontenellii <i>Historia Academia Regia Scientiarum Anni 1701.</i>	263
- - - - - <i>Anni 1702.</i>	315
- - - - - <i>Anni 1703.</i>	363
- - - - - <i>Anni 1704.</i>	439
Franci de Franckenau (Georgii Friderici) <i>Anastomosis reteſta.</i>	395
Heyne (Jo. Chriſt.) <i>Tentamen Chirurgico-Medicum de præcipuis Offium Morbis.</i>	56
Jordani (Vitalis) <i>ad Hyacinthum Epiftola.</i>	314
Keil (Jo.) <i>Introductio ad verum Phyſicam.</i>	149
Lemery (Ludovici) <i>Tractatus de Alimentis. Editio ſecunda.</i>	160
Pacchioni (Antonii) <i>de Glandulis Conglobatis Dura Menyngis humana, indeque ortis Lymphaticis ad Piam Menyngem productis.</i>	117
Reti (J. L.) <i>Ars medendi Morbis Offium.</i>	156
Portii (Luca Antonii) <i>de Motu corporum nonnulla, & de nonnullis Fontibus naturalibus.</i>	312
Rumphii (Georgii Everhardi) <i>Muſeum Amboinum, Descriptionem variorum Piſcium Maris Amboinici, ut & Mineralium nonnullorum, Lapidum &c. comprehendens.</i>	49
Ruyſchii (Friderici) <i>Theſaurus Anatomicus Quintus & Sextus.</i>	145
Snellen (Henrici) <i>Theoria Mechanica Phyſico-Medica Delineata.</i>	5
Tauvry (Dimitri) <i>Tractatus de Generatione & Nutritione Fa-tus.</i>	524
Thomſon (Alexandri) <i>Differtationes Medicae.</i>	143
Wedelii (Georgii Wolffgangi) <i>Compendium Praxeos Clinicae Exemplaris.</i>	529
Zwingeri (Theodori) <i>Differtatio Medica de acquirenda vite longevitate.</i>	518

IV. Libri Mathematici.

A Nonymi <i>Eclipsis Solis d. 12 Maji a. 1706 in diverſis Germania locis obſervata.</i>	335
Bonjour (Guillelmi) <i>Calendarium Romanum Chronologorum.</i>	648-

- causa constructum ad Novilunium civilia sine Tabulis
Astronomicis inveniendae.* 200
- De Coehorn (Minnonis, Baronis) *Nova Methodus muniendi loca-
tam humilia & humida, quam sicca & elevata.* 495
- Fontenellii *Historia Academiae Regiae Scientiarum Anni 1701.* 263
- - - - - *Anni 1702.* 317
- - - - - *Anni 1703.* 363
- - - - - *Anni 1704.* 439
- Gooden (Jacobi) *Trigonometria Plana & Sphaerica.* 301
- Goulonii *Commentarii de Praxi Militari Offensiva & Defen-
siva.* 235
- Grandi (Guidonis) *Geometrica Demonstratio Theorematum Hugenianorum circa Logisticam seu Logarithmicam Li-
nearum.* 149
- Hermanni (Johannis) *Disquisitio Dioptrica de Curvatura Radio-
rum Visuorum Atmosphaeram Injicientium &c.* 256
- Intieri (Bartholomaei) *Apolloniis ac Sereñus promotus.* 271
- - - *Ad nova Arcana Geometrica detegenda aditus.* 272
- S. Juliani *Architecturae Militaris.* 15
- - - *Fabrica Vulcani, seu Apparatus Machinarum Bellica-
rum.* 431
- Leibnitii (Godfridi Wilhelmi) *De Linea super Linea Incessu, ejus-
que tribus speciebus, motu radente, motu provelativo
& composito ex ambobus.* 10
- - - *Epistola pro Hypothese Physica Motus Planetarii hinc Actio-
olim inserta.* 446
- Manfredii (Eustachii) *Epistola ad Dominicum Quartaionium,
qua Anonymi assertiones XVI pro Reformatione Ca-
lendarii ab illo impugnata vindicantur.* 123
- Newtoni (Isaaci) *Optica, sive Tractatus de Reflectionibus, Refra-
ctionibus, Inflexionibus & Coloribus Luminis.* 59
- Wurtzelbauer (Jo. Philippi) *Synodi Telesuricae, Luna & Solis ar-
tissima Observatio habita Norimberge A. 1706. d. 12
Majj.* 371

V. Libri Historici, Geographici &c.

- A** Nonymi Vita & Obitus Viri Celeberrimi Jacobi Bernoulli. 48.
 Anonymi Vita & Obitus Viri Celeberrimi Jo. Christophori Wagenseilii. 45.
 Anonymi Explicatio Historica monumenti Alia Lalia Crispis. 88.
 Anonymi Lexicon Reale Status & Novellarum. 91.
 Anonymi Lexicon Universale Historicum, Geographicum, Chronologicum ac Pœticum. 139.
 Anonymi Collectanea Genealogico-Historica ex Archivo Inelytorum Austria Inferioris Statuum &c. 186.
 Anonymi Othavia, Fabula Romanensis, Pars tertia. 333.
 Anonymi Refutatio protixa Epistola de presenti statu Moscovia. 412.
 Addisonii (Job.) Observationes circa diversas Italia partes A. 1701, 1702, 1703 subnata. 334.
 Aneillonii (Caroli) Historia Vita Solimanni II Imperatoris Turcici. 206.
 Anckelmanni (Theodori) Inscriptiones Hamburgenses. 378.
 Arisii (Francisci) Cremona Literata. 134.
 Arndii (Caroli) Bibliotheca Politico-Heraldica selecta. 189.
 Baruffaldi (Hieronymi) Commentarius in Inscriptionem conditam in memoriam Antonii Muse Brasavoli. 70.
 Basnagii (Samuelis) Annales Politico-Ecclesiastici. 73. 128. 241.
 Batelli (Jo. Christoph.) Dissertatio de Sarcophago marmoreo Probi Anicii & Proba Falconia in templo Vaticano. 202.
 Cæsaris (C. Julii) Commentarii de Bello Gallico & Civili, ex editione Christophori Cellarii. 54.
 Calvoli (Jo. Cinelli) Bibliotheca Volantis Pluteus X. 67.
 Cellarii (Christophori) Commentarii C. Julii Cæsaris de Bello Gallico & Civili illustrati. 55.
 - - - Notitia Orbis Antiqui, sive Geographia Plenioris, Tomus alter, Asiam & Africam Antiquam exponens. 113.
 Conradi (Job. Henrici) Silesia Togata. 350.

Comatii (Jo. Baptista) <i>Oratio Panegyrica in Leopoldum Casarem.</i>	478
Corradini (Petri Marcellini) <i>Vetus Latium Profanum & Sacrum.</i>	310
Cortreji (Adami) <i>Observata Historico-Politica ad Artic. IV. Pacificationis Rixwicensis.</i>	30
Crenii (Thoma) <i>Animadversionum Philologicarum & Historicarum Pars XIII. XIV. XV.</i>	520
Dionysii <i>Orbis Terra Descriptio, ex editione G. H. Erfini.</i>	25
Dubourdieu (Jo.) <i>Dissertatio Historico-Critica super Martyrio Legionis Thebaeorum.</i>	308
Fontaine (Andrea) <i>Numismata Anglo-Saxonica atque Anglo-Danica.</i>	109
Gandolfi (Dominici Antonii) <i>de Ducentis Augustinianis Scriptoribus ex illis, qui obierunt post magnam Unionem Ordinis Eremitici usque ad finem Tridentini Concilii.</i>	323
Germon (Bartholomaei) <i>de Veteribus Regum Francorum Diplomatis & Arte discernendi antiqua Diplomata vera a falsis.</i>	284
<i>De Grimaret Vita Molieri.</i>	83
Gros de Boze <i>Dissertatio de Cultu, quem Veteres Dea Samitati exhibuerunt, cui juncta sunt Numismata &c.</i>	153
Guemerii (Jo. Francisci) <i>Delinatio Montis Carolini, a Metropoli Hasso-Cassellana uno circiter milliari distantis.</i>	462
Hlckesii (Georgii) <i>Linguarum veterum Septentrionalium Thesaurus.</i>	97. 193. 197
Janfonii (Theodori ab Atmeloveen) <i>Fastorum Romanorum Consularium Libri II.</i>	353
Junckeri (Christiani) <i>Memoria D. Mart. Lutheri Nummis aureis argenteisque decorata.</i>	337
Kederi (Nicolai) <i>Nummi diversi Sueco-Danici ex Argento praefantissimi.</i>	120
Lambecii (Petri) <i>Originum Rerumque Hamburgensium Libri II.</i>	378
Lindenbrogii (Erpoli) <i>Scriptores Septentrionales.</i>	378
Lucæ (Pauli) <i>Itineris in Orientem suscepti Historia.</i>	118
	Pagi

Pagi (Antonii) <i>Critica Historico - Chronologica in Annales Baronii</i>	
Tom. I.	110
Tom. II.	337
Tom. III.	435
Pataroli (Laurentii) <i>Series Augustorum, Augustarum, Caesarum</i> <i>& Tyrannorum omnium, a Julio Casare ad Leopoldum</i> <i>cum eorundem imaginibus.</i>	136
Pedrusii (Pauli) <i>Cæsares argentei a Julio Casare ad Trajanum</i> <i>usque, collecti in Museo Farnesiano & evulgati cum</i> <i>conveniente iis interpretatione. Tomus II.</i>	427
Richardi <i>Comparatio Ximenii Hispani cum Richelio Gallo Cardi-</i> <i>nale.</i>	85
De la Roche <i>Vita Illustrissimi Ottonis Honorii S. R. I. Comitis de</i> <i>Abensberg & Traun &c.</i>	491
Stieffii (Christiani) <i>Relatio de presenti Statu Imperii Moscovi-</i> <i>tici.</i>	415
Tenzelii (Wilb. Ernesti) <i>Nummophylacium Saxonicum. Pars II. Li-</i> <i>nea Albertina.</i>	19
<i>Pars II Linea Ernestina.</i>	302
Vairæ (Antonii) <i>Dissertatio Historica de Prærogativa Occumetica</i> <i>Nomenclationis & Potestatis Romani Pontificis a Con-</i> <i>stantinopolitanis Præsulibus usurpata.</i>	354
Ursini (Georgii Henrici) <i>Animadversiones in Dionysii Descriptio-</i> <i>nem Orbis Terræ.</i>	25
Wanleji (Humphredi) <i>Librorum Veterum Septentrionalium Ca-</i> <i>talogus Historico-Criticus.</i>	193

VI. Libri Philosophici & Philolo- gici miscellanei.

A Nacreon Tejus, Poëta Lyricus, dimidia fere parte <i>antiquæ &c</i> <i>studio Josua Barnes.</i>	457
Barnes (Josua) <i>Anacreon emendatus, pristino nitore numerisque</i> <i>suis restitutus &c.</i>	457
Crenii (Thoma) <i>Animadversionum Philologicarum & Historica-</i> <i>rum Pars XIII. XIV. XV.</i>	520

Fon-

- Fontanini (*Justi*) *Vindicia antiquorum Diplomatum, adversus Bartholomaeum Germon.* 422
- Francii (*Petri*) *Posthuma, quibus accedunt Erasmorum ad eum Epistola.* 209
- Gellii (*Auli*) *Noctium Atticarum Libri XX, cum notis Job. FridERICI & Jacobi Gronoviorum.* 246
- Germon (*Bartholomaei*) *De Veteribus Regum Francorum Diplomathis, & Arte discernendi antiqua Diplomata vera a falsis.* 284
- Giannettasii (*Nicolai Parthenii*) *Ver Herculaneum.* 542
- Gronoviorum (*Johannis FridERICI & Jacobi*) *notae perpetuae in Auli Gellii Noctes Atticas.* 246
- Gronovii (*Jacobi*) *Origenis Philosophumena notis illustrata.* 405
- Guidi (*Alexandri*) *Carmina.* 68
- Hickesii (*Georgii*) *Linguarum Veterum Septentrionalium Tbesaurus Grammatico-Criticus & Archaeologicus.* 97. 193
- Kusteri (*Ludolphi*) *Suidas.* 1
- Löscheri (*Val. Ern.*) *De Causis Linguae Ebraeae Libri III.* 400
- Mabillon (*Job.*) *Librorum de Re Diplomatica Supplementum.* 358
- Origenis *Philosophumena cum notis Jac. Gronovii & Job. Christophori Wolfii.* 405
- Pitisci (*Samuelis*) *Lexicon Latino-Belgicum.* 137
- Planeri (*Jo. Andreæ*) *de Epistola Enthyematica sive Extemporali Libri III.* 454
- Suidæ *Lexicon Graece & Latine.* 1
- Trevisani (*Bernardi*) *Meditationes Philosophicae, imprimis de Dei Existentia & Providentia, Animaeque immortalitate.* 249
- Victoriae (*Vincentii*) *Observationes in librum, qui Felsina Pistoria inscribitur, ad defendendum Raphaelem Urbinatem, Caruccios, horumque Scholam.* 171
- Wagenfeilii (*Job. Christophori*) *de Educatione Principis, qui litterarum studia prorsus averfatur.* 117
- Wanloji (*Humphredii*) *Librorum Veterum Septentrionalium Catalogus Historico-Criticus.* 193
- Wolfii (*Jo. Christophori*) *Origenis Philosophumena notis illustrata.* 405

INDEX RERUM NOTABILIORUM IN HOC VOLUMINE OBVIARUM.

<p>A Brahami uxorem suam pro sorore haberi cupientis fa- ctum. 484</p> <p>Abcessus ossium. 58</p> <p>De Absolutione opposita Papista- rum & Evangelicorum. 412</p> <p>Academix Imperfectorum, Indi- positorum, & Intricatorum, Roma fundator, & Academi- corum scripta. 72</p> <p>Acathisti Festum apud Gracos unde? 435</p> <p>Acephali quinam tempore con- uoverisa Nestoriana? 343</p> <p>Accemeti qui? 345</p> <p>Adam fueritne Gigantea proce- ritatis? 38. sq.</p> <p>Egyptiorum olim Synedria qua- lia? 540</p> <p>Egyptus Africa vindicata. 116</p> <p>Elia Lælia Crispis &c. nom In- scriptio explicata. 88</p> <p>Enigmatis Elia Lælia Crispis va- ria interpretationes. 88. sq.</p> <p>Equationum construendarum ad 5 vel 6 dimensionem assurgentium regula Carthesiana facilior. 273</p> <p>Æquilibrii centri libra longitudine infinita inventio. 153</p>	<p>Æquinoctii vernalis 1703 observa- tio. 370</p> <p>- - - anticipatio annalis quanta? 370</p> <p>Aeris rationes. 62. sq.</p> <p>- - vapores vibrationes pendu- lorum variant. 371</p> <p>Affricus partium in machinis ope Analyseos & Geometria ad ac- curatum calculum revocandus. 446</p> <p>Africa nova Descriptio. 116</p> <p>Ahasverus Esthera maritus quis fuerit ex Persia Regibus? 306</p> <p>Alarum vis precipua in fortali- tatis defendendis. 496</p> <p>probe tegendarum necessi- tas & rationes. 496</p> <p>Alcoranus num creatus an increa- tus dicendus sit ex mente Mo- hammedanorum? 163</p> <p>Alexander ab Alexandro nota- tus. 311</p> <p>Allatius (Leo) emendatus. 3</p> <p>T& Atlelujah ortus ususque in Ecclesia. 243</p> <p>De Alliaco. V. Petri de Alliaco.</p> <p>Allodium vocis etymologia. 104</p> <p>Altingius (Jac.) notatus. 35. 36. 37</p> <p style="text-align: center;">A a a</p> <p style="text-align: right;">Am-</p>
---	--

- Amboinicum Museum. 49
 Ambra nigra vel marina vel terrena est. 54
 alba est sperma ceti. 54
 Ambra varia genera. 53
 grysea nota bonitatis. 53
 Ammianus Marcellinus notatus, 206
 Anacreontica, seu ad imitationem Anacreontis composita carmina. 460
 Anacreontis fragmenta studiose collecta. 458
 Opera notis elegantissimis illustrata. 458. sq.
 Vita. 461
 Analyseos & Geometria ope affricus partium in machinis ad accuratum calculum revocandus. 446
 Analysis infinitorum defensiva. 267
 Leibnitiana vindicata. 444
 infinitesimalis Leibnitiana a Jac. Bernoullio exculta. 44
 Anastomoseos usus. 399
 Anastomosis quid? 396
 arterias inter & venas datur. 396
 Aneurisma ut curandum? 159
 In Anglia olim usitata lingua Britannico-Saxonica, Dano-Saxonica, Normanno-Saxonica. 98. 99
 Anglo-Saxonum lingua a diversis exculta, nuper Grammaticis regulis attemperata. 97
 Anicetus num Polycarpo honoris causa concesserit Eucharistia consecrationem? 129
 Animæ immortalitas asserta, demonstrata ex hominis desiderio infiniti boni. 514
 Animi morbi ut curandi? 144
 Annales Politico-Ecclesiastici Samuelis Basnagii. 73. 128. 242
 Annales P. Ant. Pagi. 110. 337. 433
 Anni tropici quantitas apparens & media quanta? 370
 Anseatici federis Etymologia novæ. 98
 De Anti-Christi signis liber Stephani Jaworowski. 92. sq.
 Antiochena Ecclesia num a Petro fundata? 77
 M. Antonii Imp. fastus unde? 430
 Apocalypsis Johannis Apostoli Commentario illustrata. 27. sq.
 Apollinaris, hereseos auctor, num fuerit Episcopus? 241
 Apostolicorum Nuntiorum origo. 344
 Aqua non ingreditur submersorum pulmones. 169
 non descendit ad submersorum ventriculum & intestina. 170
 Aquæ benedicta veteris & nova discrimen. 129
 Aquæ, vitri, æris, colorum rationes. 62. sq.
 Aqua-

Aquarum mineralium gradus & origo.	143	caloris sanguinis non est proportionabilis.	366
Arabica lingua neglectus causa, cur Mohammedana religio falsa multa adscribantur?	162	Arteriarum intercostalium exortus.	146
Arbor Vita in Paradiso qua? Scientia boni & mali in Paradiso qualis?	33	Arthritis cur pedes & manus potissimum occupet?	127
Arcadum Academia in Italia illustrata.	69	Ascitis vera species.	367
Archicapellanorum apud Francos olim dignitas.	437	Asia nova Descriptio Geographica.	114. sq.
Archimedes an & quibus speculis Romanas naves incenderit?	546	Athei descripti & oppugnati.	305
Architectura militaris muniendarum urbium cujuscunque situs & figura.	16. sq. indices mutabilis.	Atheos contra qua methodo procedendum?	229
Archivi S. Dionysiani in Gallia auctoritas suspecta.	286	Atheromata pilosa.	146
Arcus olim apud Romanos alii triumphales, alii honoris tantum causa Imperatoribus consecrati.	536	Attractiones gravitatis in qua ratione?	450
Argentum & aurum ab igne Solari volatilia redduntur.	316	Attritio ex metu gebenna profeta num bona?	178. 179
Aristotelis de origine fontium & fluviorum sententia sub examen vocata.	543. sq.	Augustini auctoritas nam postponenda auctoritati Pontificis?	178. 181
Arithmetica binaria Dn. Leibnitii.	369	Epistol. Chronotaxis.	337
Arteriarum pulsuum numerus graduum	369	Augustinianorum Scriptorum Historia.	324
	referendis	Augustorum, Augustarum, Caesarum & Tyrannorum Historia.	136
	mysteriis Sinensibus clavis.	Auli Gellii Noctium Atticarum fata.	246. sq.
		Auri in foco lentis detenti phenomena.	316
		ab igne Solari resoluti ratio,	317
		fulminantis compositio, actio etiam sursum versus.	452
		Aurum ab igne Solari volatile redditur.	316
		Aaaa 2	Au-

<i>Aurum ad ignem Solarem liquatum difficilius liquatur ad culinarem.</i>	316	<i>Bestia gemina Apocal. XIII typus Imperii Romani, non Papalis, sed Gentilis.</i>	29
<i>Austriacarum provinciarum Hereditaria Officia.</i>	188. sq.	<i>Bezoar Lapis genuinus unde dignoscatur.</i>	54
<i>Austriæ Inferioris Illustrissimæ familiarum Genealogia.</i>	186. sq.	<i>Biblicum Dictionarium magnum.</i>	381
<i>Insignia passim illustrata.</i>	186	<i>Bibliotheca Politico-Heraldica.</i>	189
<i>Autographorum antiquorum veritas quam difficulter probetur.</i>	285	<i>Biceps monstrum humanum.</i>	39
B <i>Aglivus notatus.</i>	5	<i>Binominum exempla.</i>	426
B <i>Baptismo Christi num major efficacia, quam Johannis?</i>	76	<i>Boethii adversa fata atque mors.</i>	245
<i>Ad Baptismum num requiratur intentio Ministri?</i>	178. 180	<i>Du Bois (Ludovicus) notatus.</i>	166
<i>De Barbaro (Hermolao) notabilia.</i>	325	<i>Bombaram jaciendarum praxis.</i>	453
<i>Barnes (Josua) libri editi & edendi.</i>	462	<i>Boni qua vera natura?</i>	253. 254
<i>In Barometris Mercurius a calore alteratur.</i>	439	<i>Bonomienses pictores ab aliorum calumnia vindicati.</i>	172
<i>Barometrum Compositum.</i>	440	<i>Borellus notatus.</i>	153
<i>Baronius refutatus. 73. sq. 110. sq. 132. 337. 432. sq. 437. sq.</i>		<i>Borracis analysis chymica.</i>	368
<i>Basileensis urbis salubritas.</i>	520	<i>Borrax sal falsum est.</i>	368
<i>Basilii M. Vita.</i>	241	<i>Brachium luxatum mediante machina nova ut restituendum?</i>	157
<i>Belgica muniendi ratio defectibus laborans.</i>	496	<i>Brandolini (Aurelii) Elogium.</i>	324
<i>Belisarius num excæcatus & ad summam paupertatem redactus fuerit?</i>	347	<i>Brajavoli (Antonii Musæ) Elogium, publicæ Inscriptionis in Universitate Ferrarienti celebratum.</i>	70
<i>Bernoulli (Jacobi) Vita & Obiit.</i>	41. sq.	<i>Buchananus refutatus.</i>	363
		<i>Burmannus notatus.</i>	35. 36
		C <i>Affée us christatam arceat?</i>	161
		<i>C. J. Casanis Commentarii de Bello</i>	

<i>Bello Gallico & Crivili, Notis &</i>	<i>mensibus habitis.</i>	426
<i>Novis Tabulis Geographis illustrati.</i>	<i>Cananæ nomen num Judæis pro-</i>	
55	<i>stitutam designavit?</i>	66
<i>Cæfarius, Gregorii Nazianzeni</i>	<i>Cancer spinosus in insulis Mo-</i>	
<i>frater, num auctor Dialogo-</i>	<i>lucis.</i>	50
<i>rum, qui illi vulgo tribuuntur?</i>	<i>descriptus.</i>	51
241	<i>De Canone Librorum sacrora-</i>	
<i>Cainum inter & Græcorum Cau-</i>	<i>concertatio.</i>	497. 507
<i>nam seu Cainum compara-</i>	<i>Canonici Juris Gallie Institutio-</i>	
<i>tio.</i>	<i>nes.</i>	165
507	<i>Caput Medusæ Amboinicum.</i>	51
<i>Calculi intra vesica tunicas subsi-</i>	<i>Caraccii fratres, (Annibal & Au-</i>	
<i>stentes.</i>	<i>gustinus) atique Raphaelis</i>	
317	<i>Urbinitis in arte pictoria di-</i>	
<i>vesica a renibus primor-</i>	<i>scipali defensi.</i>	172
<i>dia ducunt.</i>	<i>Carasse Bombarum genus im-</i>	
317	<i>probatum.</i>	453
<i>Calculorum intra vesica tunicas</i>	<i>Cartes ostium quid?</i>	58
<i>subsistentium cura.</i>	<i>Carinæ quo loco in urbe Roma</i>	
317	<i>fuerint?</i>	283
<i>Calendarium Romanum ad No-</i>	<i>Caroli M. diploma, qua cogno-</i>	
<i>viliunia civilia facilius inveni-</i>	<i>men hoc, post mortem nempe</i>	
<i>enda.</i>	<i>illi tributum, præferunt, falsa</i>	
200		438
<i>Astronomicum per-</i>	<i>Cartesius notatus.</i>	274. 313
<i>petuum Noviluniarum medio-</i>	<i>Castoris Anatomia.</i>	440
<i>rum.</i>	<i>Centonis ex Virgilianis Carmi-</i>	
200	<i>nibus concinnati, qui in Biblio-</i>	
<i>Calepini (Ambrosii) Eklogium.</i>	<i>theca Patrum editus habetur,</i>	
324	<i>quis auctor fuerit?</i>	206
<i>Calibra tormentorum major esse</i>	<i>Centri æquilibrii libra longitudi-</i>	
<i>debet diametro globi.</i>	<i>ne infinita inventio.</i>	153
453	<i>Centrifugus conatus Planeta du-</i>	
<i>Calore & frigore Mercurii gra-</i>	<i>plex.</i>	447
<i>vitas specifica variabilis.</i>	<i>Ceparum anatome.</i>	161
439	<i>Ceraunia in nubibus gignitur.</i>	53
<i>Camdenus (Guilielmus) notatus.</i>		
199		
<i>Cameroniani in Scotia qui?</i>		
140		
<i>Campanellæ (Thomæ) Vita &</i>		
<i>Philosophia.</i>		
142		
<i>Camphoræ Mompeliensium vi-</i>		
<i>res.</i>		
369		
<i>Campus Marius, postea Majus,</i>		
<i>dicitur a Francie Comitibus illis</i>		

<i>Ceraunæ metallica descriptio.</i>	53	<i>Test. non expromissor, sed tantum fidejussor fuerit?</i>	228
<i>Cerebelli tuberositates in Castore.</i>	440	<i>De Chrysolthomo varia.</i>	338. 339.
<i>Cerebri substantia medullaris in fœtu deficiens.</i>	265		340
<i>anfractus nulli sunt in Castore.</i>	440	<i>In Cicadâ Musarum amor.</i>	458
<i>Anatome H. Ridley.</i>	456	<i>Glavium quatuor genera, que juxta Judæos Deus sibi reservaverit?</i>	383
<i>Chalcedonenſis Synodi Historia.</i>	244	<i>De Clemangis seu Clamengi (Nicolai) Elogium.</i>	298
<i>Chiffletius (Petrus Franciscus) notatus.</i>	309	<i>Clementis XI Rom. Pont. Collecta, & orationes alia in terre motibus dicenda.</i>	392
<i>Chirurgicus apparatus.</i>	158	<i>Clerici Militis exempla in Cardinalibus Ximeno & Richelio.</i>	86. 87
<i>Chorii anatome.</i>	146	<i>Clerus Occidentis num olim barbatus inceſſerit?</i>	78
<i>Christi nativitas explicata.</i>	75	<i>Coccejus notatus.</i>	35. 36. 228
<i>natalis annus XLI Julianus, dies vero incognitus.</i>	75	<i>Cochlearum univalvium turbinatarum genera.</i>	52
<i>merito vindicata hominum salus.</i>	79. ſq.	<i>sexus differens.</i>	53
<i>mortem num Mohammedes negaverit?</i>	164	<i>Cœhorniana ratio fortaliorum oppugnandarum præstantior minusque sumptuosa, quam Gallica.</i>	497
<i>qualis apparet in Sarcophago Probi Anicii, imago explicata.</i>	204	<i>Cœlicolæ inter Christianos & Judæos medii.</i>	243
<i>Divinitas adversus Jonam Schlichtingium vindicata.</i>	233	<i>Ad S. Cœnam num non admittendus, nisi in quo sit amor Dei purissimus?</i>	178. 181
<i>Christiani I Electoris Saxonia Numismata.</i>	19. ſq.	<i>Cognomina quando in Angliâ in usu esse cœperint?</i>	106
<i>Christiani II Electoris Saxonia Numismata.</i>	21	<i>Colocynthis analysis Chymica.</i>	266
<i>vindicata.</i>	22	<i>Extractum.</i>	266
<i>Christianorum N. T. ob prærogativas præ Fidelibus V. T. officia.</i>	227		Colo-
<i>Christus num ratione patrum V. et.</i>			

Colores <i>diversi a radiis luminis Solaris natura diversa.</i>	60	Constantinus Copronymus, <i>Callinus etiam dictus.</i>	437
<i>Iridis quomodo produantur?</i>	62	Consultationum <i>Medicarum Idea.</i>	520
<i>prismatum ope quomodo producantur?</i>	62	Consulum Romanorum <i>nomina suppleta & emendata.</i>	353
Colorum <i>theoria.</i>	61. sq.	Corporis <i>humani principia.</i>	5
<i>aqua, vitri, aëris rationes.</i>	62. sq.	Costæ <i>superiores ad superiora, inferiores versus inferiora vergunt.</i>	146
Columna <i>nubis & ignis Exod. XIII miraculosa.</i>	484	Creaturæ <i>præter hominem reliqua non tam honorant Deum, quam honori Deo sunt.</i>	549
Comatii (<i>Jo. Baptistæ</i>) <i>scripta.</i>	478	Cremonæ <i>urbis antiquitas & nobilitas.</i>	134
Cometæ <i>anni 1698 & 1702 observationes.</i>	320	<i>Literatorum Historia.</i>	135
Conchylia <i>intra marmora.</i>	367	Curvarum <i>variarum, earumque spatiorum ratio.</i>	151
Conchyliorum <i>Amboinicum varia genera.</i>	52	<i>plurimarum Tangentes, Quadraturas & rectificationes inveniendi methodus.</i>	267
Concordata <i>Nationis Gallicæ unde orta?</i>	166	Czaris, <i>Magni Moscorum Ducis hodierni, elogium.</i>	413
Conicarum <i>sectionum novæ constructiones.</i>	271	D anielis <i>LXX Hebdomades, anni non Solares, sed Lunares.</i>	133
Conradi (<i>Johannis Henrici</i>) <i>Vita.</i>	351	Dano-Saxonica <i>lingua in Angliæ usus.</i>	38. sq.
Consilium <i>num æque ac Lex vim habeat obligandi?</i>	238	Decimarum <i>jus quale?</i>	133
Constantiensis <i>Concilii Historia.</i>	296	Dei <i>imaginem num fas sit effingere?</i>	178, 180
Constantinopolitana <i>Synodus A. 381 a quo coacta, & quot Canonnes in ea conditi?</i>	242	<i>existentia demonstrata.</i>	237.
Constantinopolitanorum <i>Præsulum machinationes in vindicanda sibi prærogativa Oecumenica nomenclationis & potestatis.</i>	354	<i>possessio ac fructio certo futuræ</i>	249. 251. 514. 515

- tura summum hominis bonum.* Dorichei (Jo. Georgii) opera
516. 547 *posthuma qui ediderint?* 274
- Dei providentia demonstrata. 249 *Operum*
251. sq. *accuratus catalogus.* 276
- Dentium incisivorum bases & ra-
dices in Castore. 441 *Du Boscii (Petri) Elogium.* III
- Deorum Dearumque num fas sit
in carminibus meminisse Poëta
Christiano? III *Ducati, moneta genus, unde*
dicti? 21
- Diodorus Tarsensis num Nesto-
rianiſmi auctor fuerit? 242 *Duodocim juratorum Judicium*
quando in Anglia invaluerit?
106. 107
- S. Dionysiani in Gallia Archivi
diplomata vindicata. 359 *Du Pin (Ludovici Ellies) in Joan-*
nem Gersonium merita. 290. sq.
- Dionysius *παριουσιεύς* Oxy-
mérys auctor qua aetate vixe-
rit? 25 *Durae Menyngis glandula conglu-*
bata. 217
- Diplomata Anglo-Saxonum ru-
bris aureisve literis resplenden-
tia falsitatis damnantur. 108 *Ebraeae Lingua indoles & digni-*
tas. 400
antiquitas. 401
- antiqua adversus Bar-*
tholomaeum Germanium defen-
sa. 422. sq. *Ebrazarum Grammaticarum &*
Lexicorum Historia. 402
literarum, punctorum,
vocalium, accentuum &c. no-
titia. 403
- quomodo exa-
minanda? 198 *Ebraismi Historia ab origine ad*
nostra usque tempora. 401. sq.
refractio ut a variis
tentata? 402
- genuina a falsis discer-
nendi ars Mabilloiana explo-
sa. 284 *Ebrietatem ut arceat Caffee.* 161
- Diplomatum antiquorum stylus
barbarus num falsitatem pro-
bet, an sinceritatem? 424. 425 *Ecclesiae futura felicitas in Regno*
mille annorum. 29
- rite dis-*
cernendorum Ars a Mabillo-
nio confirmata. 358 *Ecclesiae num nudo triginta anno-*
rum lapsu ab exhibendis posses-
sionis suae juribus immunes red-
dantur? 423
- Disciplina Arcani in Ecclesia
quando cessaverit? 434 *Pro Eclipsibus observandis vi-*
trum utile, quomodo aptandum,
inboque applicandum? 268
- Dodwellus notatus. 78. 130 *Eclipsis*

Eclipsis Luna a Penumbra Telluris observata.	320	Evangeliorum Gothicorum versionis auctor num Ulphila?	98
Eclipsis Solaris a. 1706, 12 Maji observationes.	335	Evolutarum radios inveniendi methodus.	267
Lunaris anni 1703 phaenomena notabilia.	444	S. Eusebii Hieronymi Opera, ab Erasmo & Mariano recognita, unde corrupta fuerint?	418
Eden quid in Historia Mosaica?	82	Eusebius quam anni formam, Julianam, an Antiochenam, in Chronologia secutus fuerit?	74
Eginhartus illustratus.	102	Eutychianæ controversia Historica.	344
Ellipsium infimicarum in plano descriptio.	273	Excommunicatio Judaica fueritne pena Ecclesiastica an Politica?	132
Eloquentiæ studium Theologis imprimis commendatum.	211	Christiana dif- fert a Judaica, quia est Ecclesiastica.	132
Embryonum caput & artus quando conspici possint?	147	quam habeat efficaciam?	132
S. Emidii Episcopi Asculani & Martyris Vita.	174	Experientia quid?	288
De Enocho traditiones Mohammedanorum.	164	Experimenta colorum.	62
Epaactæ Claviana notata.	124	F aber (Tanquillus) notus.	457. 460
Epicuri dogmum.	384	Fabularum veterum occasio ex Sacris.	506
ex fortuito atomorum concursu mundum ortum, sententia explosa.	514	Facultatis mera res quid propria?	116
Epidemica Germania historia annorum 1699 usque 1705.	465	Farnesiani Theauri numismata quadam argentea Caesarum illustrata.	429. sq.
Epilepsia a fascino.	496	Fasti Consulares Romani.	353
Epistolarum per Enthymemata scribendarum ratio.	453	Fechtii (Joannis) in B. Dorstheim merito.	276
Erasmi Hieronymi editio representensa.	418. 419	de Sabbatho sententia.	277
Ethicæ Christiana veritas & sanctitas asserta.	511. sqq.	Bbbb	Felici-
Eva num eodem die cum Adamo creata?	34		
Eva vestigia in fabulis veterum.	506		

Felicitatis appetitus omni homini naturalis.	512	serra certo modo elevatis. 364
Ferrariensium Poetarum Historia.	68	Formatio corporis humani non dependet ab anima. 524
Ferrerus (Carolus Hiacyntus) notatus.	309	Foro Julii unde Austria nomen adhaerit? 424
Fidei Christiana auctoritas asserta.	228	In Fortalitiis defendendis alarum vis praecipua. 496
Fidem inter & justitiam perpetua relatio.	230	Fortalitiarum oppugnandarum ratio Caborniana praestantior minusque sumptuosa, quam Gallica. 497
Fides quibus Autoribus habenda?	288	Fortunae Antiatas qua? 538
Florentinos scriptores illustraturus Jo. Cinelli facta.	68	Franciae antiquorum gentis Merovingica Regum Diplomata vindicata. 360
Fluviorum origo examinata.	543	Francii (Petri) Vita. 210
Foederum Dei cum hominibus ratio & diversa genera. 123. sq.		Franco-Theotiscæ antiquæ lingua Institutiones Grammaticæ. 102
Foedus Dei cum Adamo Paradisiacum.	35	Freind (Johannes) notatus. 7
Foeminarum curiositas falsè a Catharina Polonia Regina reprehensa.	188	A frigore & calore Mercurii gravitas specifica variabilis. 439
Foetus sexus quando dignosci possit?	147	De Fulminatrici Legione commenta. 130
monstruosus.	265	Fungorum Anatomia. 161
rudimenta in ovulo ovario coherente conspecta.	265	G allia etiam Transalpina olim in Austriam & Neustriam a Longobardis divisa. 424
nutritio.	528	Galliae Regis in Ecclesiasticis magna auctoritas. 167
per solum funiculum umbilicalem nutriris potest.	367	Gallica fortalitiarum oppugnandarum ratio sumptuosior, minusque praestans, quam Caborniana. 497
Fontes intermittentes.	314	Gangrensis Synodus A. 369. 241
non oriuntur ex aquis pluvialibus.	364	Gartnerus notatus. 344
Fontium origo examinata.	365.	
origo est ex vaporibus ex	543	

Gelafius

Gelasius num auctor fuerit librorum de duabus Naturis in Christo, & Historia Eutychianistarum Breviculi? 346	Globi diametro major esse debet calibra tormentorum. 453
Gellius (Aulus) notatus. 312	Glückii (Ernesti) Vita & Obitus. 96
Genealogia Statuum Austria Inferioris. 186	Gothis num ante Ulfilam Scripturarum in lingua vernacula usus non fuerit? 242
Generatio non fit ex animalculis. 524	Grævii (Jo. Georgii) Elogium. 112
Gennadius emendatus. 341	Grammaticæ Anglo - Saxonica Institutiones Hickefiana multis accessionibus aucta. 98
Gentilium antiquissima monumenta ut cum libris sacris Regum consentiant? 500. sq.	Franco - Theotisca Institutiones. 102
Geographica Tabula nova Cælariana. 114. sq.	Gravitas Mercurii specifica a calore & frigore variabilis. 439
Geometriæ ope affrietus partium in Machinis ad accuratum calculum revocandus. 446	Gravitatis absolute ad relativam corporis super plano inclinato diversa ratio. 314
Geometrice proportionalium terminorum aggregata. 151	attractiones in qua ratione? 450
Rumphii (Georgii Everhardi) in Historiam Naturalem merita. 49	Gregorii Papa de Cura Pastoralis liber ab Alfredo Rege in Saxoniam linguam conversus. 195
Germonius (Bartholomæus) refutatus. 423	Magni operum editiones varia, & recentissima imprimis. 385. sq.
Gersonii (Joannis) fata. 297	Vita triplex. 393
Opera quoties conjunctim vel sigillatim prodierint? 290	Gregorius Magnus num auctor Expositionum in VII Psalmos Parisienses? 347
doctrina. 301	num auctor Expositionum in Librum I Regum & Canticum Canticorum? 392
Giannettasii (Nicolai Parthenii) Carmen seculare Innocentio X dictum. 545	Grimaret Auctor Vita Molerii. 82
Gihon ac Pison fluvii Paradisi. 33	
Glandulæ pincalis officula. 146	

- Gronoviorum, patris & filiorum, in Auli Gellii Noctes Atticas merita. 246
- Grotius notatus. 500
- Gryphii (Christiani) Vita & Elogium. 239
- Guarinus notatus. 153
- Guidi (Alexandri) Poeta Itali Elogium. 68
- Gussanvillæus Operum Gregorii M. editor notatus. 386. 390
- H**æreditatem adeundi junum ullo tempore expreret? 117
- Hæreticorum Ecclesia olim Judaica catalogus. 384
- De Halremunde Comitum Germania familia. 71
- Harduinus notatus. 75. 77. 198
- Hebrææ. Vide Ebrææ.
- Hebraici V. T. textus contra versionem LXX Interpretum veritas asserta. 509
- Heraldicæ rei Scriptores. 191
- Herennii Modestini liber περὶ Ἐυσημασίχων Commentario illustratus. 475
- Elogium. 476
- Herodes fueritne Gentilis aut Profelytus? 74
- Herodiani qui? 76
- Heurematica quid sit? 476
- Hieronymi nimius in virginitatem affectus. 338
- In Hieronymi Operibus edendis olim lapsus baud pauci admif-
- fi. 418. sq.
- Hieronymianæ adversus Clericum vindicia. 421
- Hieronymus quo ordine in adorandis in Prophetas Commentariis processerit? 420
- Hillus (Guilielmus) emendatus. 26
- Hire. V. La Hire.
- Historia Paradisi illustrata. 31. sq.
- schismatis in Ecclesia oborti ex contentione inter Romanos & Constantinopolitanos Prasules, de prerogativa Oecumenica potestatis. 354. sq.
- Hominis ac reliquorum animalium diversa natura. 237
- actiones omnes & passionnes quomodo ad Deum referende? 552
- Hominum facies cur adeo dissimiles? 237
- Homo assimilandus Deo per perfectionum Divinarum imitationem. 549
- Horatius illustratus. 561. 538
- Horologia oscillatoria, mensuram temporis justius ipso Solis motu exhibentia. 141
- Horologiorum oscillatoriorum cautiones. 370
- Hotomannus notatus. 116
- Hottingerus notatus. 164
- Huetii erga dissentientes circa Religionem moderatus animus. 114
- Huge-

Hugeniana theoremata Logarithmica linea demonstrata.	excuset a peccato?	178. 179
"	Illuminationes objectorum in	
"	qua ratione?	450
Luminis unda quomodo construenda?	Imago Dei in quo consistere?	35
Humida & sicca, humilitas & elevata loca munitendi ratio.	De Imitatione Christi libri quibus auctor fuerit?	299. 19.
Hydrophobia ex ira.	Immortalitas anima humana asserita.	251
Hydropis pectoris causa.	Imperatores Romano-Germanici	
"	cura.	330
Hymnis Deos celebrare inter precipua Græcorum certamina.	Patroni quidem, & Advocati Ecclesie, at nulla obedientia Pontificibus subiecti.	349
"		459
Hyperbolæ quadratura per Trigoniam.	Imputatio actionum moralium num tollatur, licet quis voluntati libertatem deneger?	238
Hyperbolarum infinitarum in plano descriptio.	Inæctus linea super lineam triplex explicatus.	10
Hyperbolici spatii quadratura.	Per Indulgentias Pontificias sublatas Pœnitentia publica in Ecclesia usus.	411
"		152
Jacobi Patriarcha familia, quæ cum eo in Ægyptum descendit, quot fuerit personarum?	Infidelium omnia opera num sint peccaminosa, quia ex fide non procedunt?	178. 179
"		64. 19.
Jansenii & ejus sequacium propositiones XXXI ab Alexandro VIII damnata.	Infinitorum analysi defensa.	267
"	Inflammationem ossa patiuntur.	57
Jejuniorum in Ecclesia usus subinde immutatus.	Inflammationis officium cura.	57
"		411
Jejunium Quadragesimale cum Antepasthali non commiscendum.	Inghiramius notatus.	312
"	Intestini ilei portio sphaecelo corrupta & deperdita, salva agra vita.	265
Ignatii Epistola spuria.	jejuni glandule.	145
Ignis Solaris a culinari differentia.	Intestinatorum tunica cellulosa.	146
"		317
Ignorantia invincibilis, num rationem voluntarii tollat, an	Johannes VIII num Papissa dictus?	438
"		438

Johannes Sarisburiensis notatus.		<i>cris pena Ecclesiastica an Poli-</i>	
	394	<i>tica?</i>	132
<i>Ad Johannis Parvi causam. spe-</i>		Judaicorum <i>Annalium in Libris</i>	
<i>tantia Acta junctim edita.</i>	190. 301	<i>Regum cum antiquissimis va-</i>	
		<i>riarum Gentium monumentis</i>	
Josephi <i>de Christo testimonium.</i>	502	<i>convenientia.</i>	500
<i>vindictam.</i>		Judas <i>proditor num ab Euchari-</i>	
Josephus <i>excusatus.</i>	32	<i>stia usu exclusus fuerit?</i>	77
<i>cum Tacito conciliatus.</i>		Junii (Adriani) <i>Elogium.</i>	210
	112	Junius (Franc.) <i>notatus.</i>	99
<i>explicatus ac defensus.</i>		<i>laudatus.</i>	109
	307	Juris <i>Publici Corpus magnum ab</i>	
<i>cur omnia de Christo</i>		<i>Adamo Cortrejo edendum.</i>	30
<i>accommodaverit Vespasiano?</i>		<i>Naturalis adaequatum fun-</i>	
	503	<i>damentum.</i>	238
<i>cur agnitis Christi vi-</i>		<i>Communis & Saxonici Dif-</i>	
<i>raculis Christianam tamen re-</i>		<i>ferentia.</i>	530
<i>ligionem non fuerit ample-</i>		Jurisprudentiae <i>Systema novum.</i>	
<i>xus?</i>	504		232
Jovis <i>& Luna occultatio observa-</i>		<i>Divina Thomasia-</i>	
<i>ta.</i>	445	<i>na emendatio.</i>	236. 19.
<i>Saturni & Mercurii luminis</i>		Jus <i>Naturale etiam respectu Dei</i>	
<i>comparatio.</i>	445	<i>immutabile.</i>	238
Iridis <i>colores quomodo producun-</i>		Justini <i>Apologia secunda non Au-</i>	
<i>tur?</i>	62	<i>tonino Pio, sed Marco Aurelio</i>	
Irregularia <i>loca muniendi me-</i>		<i>oblata.</i>	129
<i>thodus nova.</i>	18	Juvenalis <i>illustratus.</i>	539
Isidori <i>Hispalensis Fragmentum.</i>		L <i>Abbeus notatus.</i>	325
<i>in linguam Theoticam conver-</i>		<i>Lacte podagrae vitæ.</i>	124
<i>sium.</i>	327. 19.	Lactis <i>cura in podagrae us institu-</i>	
Islandica <i>Grammatica Ronolphi</i>		<i>enda?</i>	125
<i>Jona illustrata.</i>	104	<i>substantia qua?</i>	127
Itineris <i>longitudinem rotarum.</i>		<i>usus.</i>	127
<i>conversiones non satis fide men-</i>		<i>usus in arthritide recidivas</i>	
<i>surant.</i>	12	<i>non infert.</i>	127
Judaica <i>excommunicatio num fu-</i>		<i>ventriculi debilitatem</i>	
		<i>& par-</i>	

<i>Et partium languorem non inducit.</i>	127	Lexici realis nova editio laudanda.	92
La Hire circa rationes densitatum aeris notatus.	257	Lexicon Belgicum novum.	136
La Hire Tabula observationibus Astronomicis probata.	320	omnium Religionum.	139
Lambergii Comites, olim Rittersbergii.	188	Libertas hominis asserta & explicata.	549. sq.
Lampiacena Synodus A. 1764 num orthodoxa?	241	Librae aequilibris centri longitudine infinita inventio.	153
Lamy (Bernardi) Introductio ad Scripturam S.	382	Librorum veterum Septentrionalium, qui in Anglia bibliothecis asservantur, catalogus.	193
In Lapidibus pisces exsiccati.	367	Regum in Scriptura S. convenientia cum antiquissimis variarum gentium monumentis.	500. sq.
Lapidis Philosophici possessoris cuiusdam fatum.	185	Lineae super Lineam incessus triplex explicatus.	10
Lardum marinum quid?	53	Logarithmica Theorematum Hugenianna demonstrata.	149
Latii Veteris descriptio.	310	in spiralem contracta spatium non est dimidium explicata.	151
Lazius notatus.	422	Trochoidis genesis.	12
Legionis Thebaorum martyrium explosum.	308	Locustae fuerint an coturnices, quibus Israelita in deserto cibabantur?	307
Leibnitianae analyseos praestantia vindicata.	442	Logarithmi novi Arithmetica binaria.	369
hypotheseos Planetaria insignis commoditas.	446	Logarithmicae Spiritalis insignes proprietates.	44
ratio uberius explicata.	446. sq.	Lineae Theorematum Hugenianna demonstrata.	149
In Leopoldum Casarem Oratio Panegyrica.	478	in spiralem contracta spatium non est dimidium explicata.	151
Lex cum Societas 69 ff. pro Socio, illustrata.	115	Logica Sacrae Saec. Glassii.	48
Africani Frater a Fratre, 38. ff. de Condict. indebiti illustrata.	116		
50. ff. de acqu. vel omitt. haered. illustrata.	476. sq.		

- Lumen corporum specularium, triplex refractivum, reflexivum & quaque versum diffusum, huiusque experimentum.* 63
- Luminis unda Hugeniæa quomodo construenda?* 261
tractus in Cæto & Eridano observatus, pro cauda Cometae habitus. 319
tractus paulo ante Solis ortum ad Horizontem ortivum perpendicularis observatus. 320
Samrni, Jovis & Mercurii comparatio. 445
- A Luna Jovis occultatio observata* 445
- Lunæ eclipsis a Penumbra Telluris observata.* 320
anni 1703 phænomena notabilia. 444
- Lupus, sermonis A. 1009 ad Anglos habitus Auctor, quis fuerit?* 195
- Lutheri (Martini) memoria nummis aureis & argenteis decorata.* 331
- M***Abillonii Regula Diplomatum veterum genuinorum a spuris discernendorum sub consensum vocata.* 198. 199
explosa. 284
de Re Diplomatica Libri ab Auctore ipso partim confirmati, partim emendati. 360. 361
- Machinarum bellicarum apparatus.* 451
In Machinis partium affrius ope Analyseos & Geometrie ad accuratum calculum revocandus. 446
- Macularum Solarium observationibus confirmatus Solis motus vertiginis.* 320
- Magi num tres fuerint, qui post Christam natum in Judæam venerunt?* 75
- Magliabechii (Antonii) Elogium.* 327
- Maimburgius (Ludovicus) refutatus.* 357
- Mala, qua humanum genus premunt, num tollant providentiam divinam?* 251. seq.
- Malum proprie quid?* 513
- Marcellini Presbyteri & Petri Exorcista, S.S. Martyrum, Basilicarum, tum olim in via Laticiana, tum intra urbis Romanæ couditarum descriptio.* 281. seq.
- B. Mariae num virginitalis votum suscepit?* 75
Virgo num immaculata? 181
- Mariana Hispanicarum rerum scriptor notatus.* 436
- Mariani editio Hieronymi reprensiva.* 418. 419
- Marlboroughii Ducis victoria ad agrum Blindheimensem carmi-*

<i>carmine a Josua Barnes celebrata.</i>	460	<i>lore & frigore variabilis.</i>	439
Martialium medicamentorum usus.	144	Mercurii, Jovis & Saturni Luminis comparatio.	445
Martini Rom. Pont. A. 655. defuncti fata.	434	Sub Merovingis & Carolovingis Gallorum Regibus scripta autographa num ad nostra tempora servari potuerint?	285
Martyrii Legionis Thebaorum veritas sub examen vocata.	308	Μεσοτερύσεως η quale olim Festum?	435
Materia quid?	5	Messias duos, miserum alterum, alterum victorem, commentum Rabbini.	503
S. Maximi Monobelitarum adversarii fata.	434	Methodus nova muniendi loca irregularia.	18
Mechanica Medicina theoria delineata & emendata.	5	generalis inveniendarum Tangentium.	150
Medicinz Theoria mechanica delineata & emendata.	5	inveniendi radios Evolutarum, Tangentes, Quadraturas & rectificationes plurimarum curvarum.	267
Medullæ ossium usus.	161	generalis describendi Parabolas.	272, 274
Membranarum in vasīs differentia.	399	Mischna quod Judæis, id Mohammedanis Summa.	164
fetus descriptio.	527	Mohammedani num statuant, unumquemque in sua Religione salvari posse?	165
Mensa Iliaca, celebre cimelium hodieque Augustæ Taurinorum superstes.	121	Mohammedica Religio a calumniis quorundam vindicata.	162
Menstruus fluxus a fermento dependet.	7	Molerii (Jo. Baptiste Poquelin) Comici Galli vita.	82
sanguis per glandularum vaginalium vesicularium vascula excretoria excernitur.	8	Monotheletarum hæresis quando orta?	347-sq.
cur ante pubertatis annos non prorumpat?	8	Monstrum humanum biceps.	39
cur supprimatur in vetulis?	9	Montium glacialium Helvetiorum	
Merckliniana memoria.	456		
Mercurialium effracia unde?	144		
Mercurii gravitas specifica a ca-			

- rum descriptio.* 456
 Morales *propositiones XXXI* Jan-
senistarum ab Alexandro VIII
damnata. 178
 Morgengaba *pretium in mane*
dicta. 427
 Morinus (Stephanus) *refutatus.*
 401. 403
 Mors, *quam Protoplastis Deus*
minatus est, qualis? 39
 Mortariorum *effectus.* 453
 Mosaica *Historia Paganis etiam*
cognita. 505
cum antiquissimis
Gentilium fabulis comparata.
 505. sq.
 Mosaicorum *librorum antiquitas*
asserta. 498
Divinitas.
 499
 Moscoviz *præsens status.* 413. 416
 Moscua *urbs pro Babylone Anti-*
Christi sede maligne vendi-
tata. 93
 Moses *cum Stephano conciliatus*
circa familiam Jacobi, qua
cum eo in Ægyptum descendit.
 64. sq.
 Mosckoe - Strom seu *Maal-*
Strom descriptio. 456
 Motus *projectorum ut contin-*
gat? 141
corporum determinatio. 312
super plano in-
clinato ratio nova. 313
Sphæra & partium ejus. 312
- Motuum *Terra Theoria nova.*
 365
 Movendi *corporis velocitas ut*
invenienda? 141
 Mulieres *Genuenses ad sacrum*
bellum in Palaestinam olim pro-
fectæ. 119
 Musæum *Amboinicum.* 49
 Musicæ *Systema novam.* 270
 Mutus *a natiuitate, sub eo statu*
cogitationum de Deo, expers.
 366
- N** Arthex *qua pars Templi?*
 131
 Nasi *meatadem o ris cavum, nunc*
geminus, nunc simplex est. 146
glandula ex mero arteria-
rum contextu resurgens. 146
 Nathanael *Apostolus Bartholo-*
maus. 76
 Nazæorum *Heræsis.* 128
 Nestorianæ *controverfæ historia.*
 342. 343
 Nestorius *num duas in Christo*
personas statuerit? 244
 Newtoni *Optica.* 59. sq.
 S. Nicetas & *Nicae male, etiam*
in Martyrologiis, distincti. 337
 Nili *ostia hodie quinque.* 543
 Novariense *Musæum a Lazaro Au-*
gustino Cotta expectandum. 68
 Numismata *Domus Saxonica li-*
nea Albertina. 19
linea Ernestina. 302
Anglo-Saxonica &
Anglo-Danica Andrea Foun-
taine.

<i>saine.</i>	109	Oecuménici Episcopi titulum qua
Numismata ad cultum Dea Sani-		contentione alter pra altero si-
tatis pertinentia illustrata.	154. sq.	bi vindicarint, Romanus &
		Constantinopolitanus Praesu-
antiqua Suecica illu-		les? 354. sq.
strata.	120. sq.	Olaus Suecia Rex unde Skaut-
aurea argenteaque		kongr cognominatus? 122 (122)
in memoriam Martini Lutheri		Onuphrius Pavvinius notat. 154
aliorumque cusa.	331	Opii effectus unde deducendi? 144
Argentea Farnesiani		Optica Newtoni. 59. sq.
thesauri.	427. sq.	Opus ex solo intuitu caelestis glo-
Nummi Spintrii Tiberiani qui?		ria obtinenda profectum, num-
	536. sq.	peccaminosum? 178. 179
Nummis alios exagitare num-		In Orientem facti itineris Pauli
olim apud Romanos moris fue-		Luca Descriptio. 181
rit?	537	Os occipitis postica capitis regio-
Nutritio qui fiat?	398	ni instar lamina impositum in
O bjectorum illuminationes		Castore. • 440
in qua ratione?	450	Oscillatoria horologia, mensu-
Observationes Cometa anni 1698		ram temporis justius ipso Solis
& 1702.	320	motu exhibentia. 141
Eclipsis Solaris an-		Oscillatoriorum horologiorum
no 1706, 12 Maji.	335	cautiones. 370
Occultatio Jovis a Luna obser-		Ossa patiuntur inflammationē. 57
vata.	445	spiritibus acidis & oleis a-
Oceanus fontium & fluviorum		cribus tractari non debent. 58
parens.	545	tarsi in unum coalita & in
Octaviae, Fabula Romanensis, E-		substantiam molliorem muta-
logium.	334	ta. 146
Oculi tunica uvca non habet fi-		Ossis sacri vertebra cavitate ca-
bras circulares.	441	rent. 146
Oecolampadii in honorem cu-		Ossium morbi. 56
sum numisma.	333	generatio. 56
Oeconomia, formula fidei in		textura. 57. 162
gratiam Monosheletarum com-		inflammationis cura. 97
posita.	436	abscessus. 58
		Cccc 2 Ossium

Offitium <i>caries</i> quid?	58	Parabolas <i>describendi</i> generalis	
<i>morborum cura.</i>	156	<i>methodus.</i>	272. 274
<i>nutritio.</i>	161	Paradisi <i>Historia illustrata.</i>	31. sq.
Ovula <i>ut ab hydatidibus testiculo-</i>		<i>situs.</i>	32. 38
<i>rum differant?</i>	525	Num Πάρισις <i>solum, non ἀΨε-</i>	
Ovuli <i>muliebris anatomie.</i>	147	<i>σις peccatorum in Veteri Te-</i>	
Ovulorum <i>humanorum descri-</i>		<i>stamento obtinuerit?</i>	228
<i>ptio.</i>	525	S. Paterii <i>Expositio Veteris & No-</i>	
Ovulum <i>non totum sed conten-</i>		<i>vi Testamenti nunc demum in-</i>	
<i>tum ejus ad uterum defertur.</i>		<i>tegra edita.</i>	395
<i>non continet prima om-</i>	147	Patinus <i>notatus.</i>	154
<i>nium subsequantium stami-</i>		Pauli <i>effigies cur ad dextram Pe-</i>	
<i>na.</i>	525	<i>tri subinde collocata deprehen-</i>	
<i>ut ab ovario separetur?</i>		<i>datur?</i>	204. sq.
<i>per tubas Fallopianas ad</i>	526	Paulinus <i>quo sensu Romam ap-</i>	
<i>uterum defertur.</i>	526	<i>pellaverit Babylonem?</i>	338
		Pearsonii (Joannis) <i>Nota in Le-</i>	
		<i>xicon Suide.</i>	2
		Pro Peccato <i>originis num homo</i>	
		<i>per totam vitam agere debeat</i>	
		<i>penitentiam?</i>	178. 180
P agi (Antonius) <i>notatus.</i>	133	Pelagii <i>diversi non inter se con-</i>	
Pagi (Antonii) <i>Vita & Elogi-</i>		<i>fundendi.</i>	339
<i>um.</i>	110. sq.	Pelagius <i>haereticus ab aliis ejus-</i>	
Pagi (Franciscus) <i>quid praestiterit</i>		<i>dem nominis distinctus.</i>	243
<i>in Critica Historico-Chronolo-</i>		Pendulorum <i>phenomena qua-</i>	
<i>gica patris Antonii?</i>	112	<i>dam.</i>	370
Palamedes <i>belli Trojani scri-</i>		Pensionum <i>Ecclesiasticarum ori-</i>	
<i>ptor.</i>	3	<i>go.</i>	344
Pallii <i>dignitas.</i>	204. 205	A Penumbra <i>Telluris observata</i>	
Palpebras <i>tres habet Castor.</i>	441	<i>eclipsis Luna.</i>	320
Panvinus (Onuphrius) <i>notatus.</i>		Perorando <i>exercitationis exem-</i>	
<i>laudatus.</i>	311	<i>plum.</i>	211
<i>326</i>		Petavius <i>notatus.</i>	243
Papias <i>num pro discipulo Johan-</i>		Petri de Alliaco <i>Vita.</i>	297
<i>nis & Martyre agnoscendus?</i>	129	Petrus <i>num Romam venerit?</i>	78
		<i>Philip-</i>	

Philippus IV <i>Rex Hispania loquendi mire parcus.</i>	121	fuerit?	409
Philosophumena, <i>quae Origenis sub nomine circumferuntur, quem auctorem habuerint?</i>	407	Poetarum <i>Ferrariensium Hispania.</i>	68
Phosphorus <i>barometri Bernoulliani ventilatus.</i>	263	Poeticæ <i>olim Anglo-Saxonica quæ ratio?</i>	100
<i>Ad Physicam veram Introductio.</i>	140	Poesis <i>Germanica a neglectu mensura syllabarum vindicata.</i>	103
Pictor <i>excellens quis?</i>	173	Polycarpi <i>ad Philippenses Epistola probata.</i>	128
Pignoribus <i>luendi jus num sit mera facultatis?</i>	116	Polypus <i>cordis.</i>	441
Pisanæ <i>Concilii tempore schismatis Historia.</i>	295	Pontificatus <i>in Ecclesia Romana anni quo tempore non a die consecrationis Episcopalis, sed electionis caperint numerari?</i>	
Pisces <i>exsiccati in lapidibus.</i>	367		113
Pison & <i>Gibon fluvii Paradisi.</i>	33	Pontificiæ <i>Sedis Avenionem translatio causa magni illius in Ecclesia schismatis.</i>	291
Placæus <i>(Josua) notatus.</i>	37	Portiones <i>quid?</i>	5
Planetariæ <i>hypotheseos Leibnitiana insignis commoditas.</i>	446	Portus <i>(Æmilii) notatus.</i>	1
	sq.	Præadamitæ <i>refutati.</i>	34
<i>uberius explicata.</i>	446. sq.	Præceos <i>Clinicæ Exemplaris Compendium.</i>	529
Planetæ <i>centrifugus conatus duplex.</i>	447	Precum <i>Primariarum jus Imperatoribus sine prævio consensu Pontificum vindicatum.</i>	348
Platonica <i>dogmata cum Mosaicis comparata.</i>	498	Presbyterianorum <i>hæresis num conficta fuerit, an vere existerit?</i>	346
Pluviz <i>num sufficient ad generanda omnia fluvia?</i>	543	Princeps <i>litterarum studia aversatus quomodo dextre institui possit?</i>	117. sq.
Ex <i>Pluvialibus aquis fontium origo impossibilis.</i>	364	Principia <i>Chymica quid, & quæ?</i>	318
Podagra <i>lacte victa.</i>	124	Prismatum <i>ope colores quomodo</i>	
Podagræ <i>causæ.</i>	126		
Ex <i>Pœnitentia male sacramentum factum.</i>	412		
Pœnitentiæ <i>qualis disciplina in Ecclesia primitiva Christiana</i>			

- producantur?* 62
 Probabilissimus in *Morali Doctrina cum studio examinatus.* 373.376
 a Scholis Societatis Jesu nec primum inventus, nec adoptatus. 374
 Probabilitatis legis cum probabilitate libertatis varius concursus. 374
 Problemata primi Mobilis. 323
 Problematis de inventione angulorum trianguli Spherici datus tribus lateribus facili solutio. 322
 De Prometheo fabula unde orta? 505
 Prosper Aquitanicus fueritne Episcopus? 345
 Protevangelium contra Socinianos vindicatum. 37
 Protoplastorum peccatum. 36
 Prusteus (Jacobus) notatus. 247
 Publicani apud Judaeos num fuerint Ethnici? 76
 Pulsuum arteria numerus gradus caloris sanguinis non est proportionalis. 366
 Pulveris pyrii materia, preparatio, bonitas, proprietates, vires. 451
 effectus. 316
 fulminantis compositio, actio etiam sursum versus. 452
 Pupillae dilatatio & contractio unde? 441
 Pyrorum *anatomie.* 161
Quadratura hyperbole per *Trajectoriam.* 150
 Quadraturas plurimarum Curvarum inveniendi methodus. 267
Radii Solaris luminis natura diversa. 60. sq.
 Radiorum Solis diversa reflexibilitas & refrangibilitas. 61
 visuorum atmosphaeram trajicientium curvatura. 256. sq.
 Raphael Urbinas a criminationibus aliorum vindicatus. 172
 Rationi obsequendi qua in homine obligatio? 551. 552
 Rationis cum Scriptura convenientia. 547
 in homine vis. 551
 Rebhanii (Nicolai) Historia Ecclesiastica Iesenacensis manuscripta. 303
 Redemptor humani generis necessario Θεάνθρωπος. 80. 81
 Reflexibilitas & refrangibilitas radiorum Solis diversa. 61
 Reflexionis causa. 63
 Refractionum Astronomicarum difficultas. 256
 Refrangibilitas & reflexibilitas radiorum Solis diversa. 61
 Reinesius notatus. 446
 Reifeliana Memoria. 456
 Renaldinus notatus. 153
 Renum vervecinorum figura. 148
 Ribium *anatomie.* 161
 Riche-

Richelius Cardinalis comparatus cum Cardinali Ximeno. 85	Sacramentorum Liber, qui inter Gregorii M. Opera exstat, varii auctoribus debetur. 391
Romanenses Fabula unde dicta? 333	Sadducaei num Moſis tantum libros ſuſceperint? 76
Romani Pontificis in Gallia auctoritas valde circumſcripta. 167	Salia in corpore peccantia ne corrigenda? 7
<i>ſupra Concilia</i>	Salis Theoria. 318
<i>auctoritas aſſerta. 181</i>	<i>acidi natura. 318</i>
Romanis Pontificibus Oecumeneſis nomenclationis & poteſtatis prerogativa a Conſtantinopolitaniſ dubia reddita. 354	<i>urinoſi natura. 318</i>
Rotarum converſiones longitudinem itineris non ſatis fide menſurant. 12	Salivales glandula Caſtoris. 441
Rudolfinarum Tabularum errores circa motum Saturni eorumque cauſa & correctio. 444. ſeq.	Salium fixorum volatiliſatio. 318
Rufinus, Origenis ſectator, Siricio Papa probatus. 338	Saltationum diverſa genera characteribus delineari cepta. 119
Runarum in Anglia olim uſus. 194	Salus unice per Chriſtum obtinenda. 79 ſeq.
<i>in Septentrione interitus 123</i>	Samaritarum hodierni Pentateuchi ſumma antiquitas. 499
Runica litteratura exculta. 104	Sancti num colendi? 178. 180
Rysvicenſis Pacificationis Articulus illuſtratus. 30	Sanctis quatis cultus praſtari in Eccleſia Romana ſoleat, illuſtri exemplo oſtenſum. 175. ſq.
S Abæorum antiquitas incerta. 306	Sanguinis motus ad venas ut fiat? 143
De Sabbathi moralitate diſſenſio inter Theologos Proteſtantes. 277-281	Sanitati Dea quis cultus apud Gentiles exhibitus? 154
Sacerdotum apud Aegyptios ordinis. 540	Sarcophagus marmoreus Probi Amicii in templo Vaticano illuſtratus. 202
	Saturni motuum correctio. 445
	<i>Jovis & Mercurii luminis comparatio. 445</i>
	Saxonix Ducum linea Erneſtina Jo. Friderici, Jo. Caſimiri, Jo. Erneſti etc. Numiſmata. 302
	<i>Allenburgen</i>

<i>burgensis & Vinariensis contro-</i>	<i>Matth. III. 9.</i>	- -	486
<i>versia de Præcedentia.</i>	<i>XI. 19.</i>	- -	487
<i>Saxonice lingua veteris in Anglia</i>	<i>XXVII. 52. 53.</i>	- -	489
<i>tres epoche ac dialecti.</i>	<i>Marc. III. 21.</i>	- -	76
<i>Saxonicum Nummophylacium.</i>	<i>Act. VII. 14.</i>	- -	65. 66
19. 302	<i>Rom. III. 25.</i>	- -	228. 487
<i>Sceptrum a Judeis quando pri-</i>	<i>1. Cor. V. 5.</i>	- -	131
<i>mum ablatum, juxta Genes.</i>	<i>2. Thessal. II. 3. sqq.</i>	- -	94
<i>XLIX. 10. ?</i>	<i>1. Job. IV. 3.</i>	- -	93
<i>Schelstratenus notatus.</i>	<i>V. 16. 17.</i>	- -	488
<i>Schismatis in Ecclesia Romana</i>	<i>Habr. I. 10. 11.</i>	- -	234
<i>morte Gregorii XI oborti Histo-</i>	<i>III. 1.</i>	- -	488
<i>ria.</i>	<i>VI. 4. 5. 6.</i>	- -	489
201. seq.	<i>VII. 22.</i>	- -	228
<i>Schlichtingius (Jonas) refutatus.</i>	<i>Scriverii (Petri) in juvenalem no-</i>	- -	233
	<i>ta manuscripta.</i>	- -	521
<i>Schynvoet (Simonis) studium in</i>	<i>Scythæ Monachi unum ex Trini-</i>	- -	
<i>adornando Rumpii Museo</i>	<i>tate passum in carne dicentes</i>	- -	
<i>Amboinico.</i>	<i>desens.</i>	- -	347
50	<i>Secantium arcus ex aliis compo-</i>	- -	
<i>Scripturæ S. loca illustrata</i>	<i>sui, formula generalis.</i>	- -	261. sq.
<i>Gen. IX. 6.</i>	<i>Secretio qui fuerit?</i>	- -	399
- - -	<i>Seldenius (Joannes) notatus.</i>	- -	198
<i>V. 32.</i>	<i>Semen ipsum uterum ingreditur.</i>	- -	147
<i>XV. 5.</i>	<i>Seminis non substantia crassa, sed</i>	- -	
<i>XXVII. 5. 15.</i>	<i>sola spirituosâ ad ovulum pe-</i>	- -	
<i>XLVI. 26. 27.</i>	<i>netrat.</i>	- -	527
<i>XLIX. 16.</i>	<i>Sensibus quando fidendum? 288</i>	- -	
<i>Deuter. X. 22.</i>	<i>Septentrionalis literatura anti-</i>	- -	
- - -	<i>qua Thesaurus</i>	- -	97
<i>XXIII. 3.</i>	<i>Septentrionalium linguarum</i>	- -	
<i>Jos. XIV. 15.</i>	<i>Veterum utilitas demonstrata.</i>	- -	105. sq. 198
<i>Job. XL. 12.</i>	<i>Septuagintaviralis S. S. Biblio-</i>	- -	
<i>Psal. LXX. 10.</i>	<i>rum</i>	- -	
<i>Eccles. VII. 16.</i>		- -	
<i>Esa. VII. 14.</i>		- -	
- VIII. 20.		- -	
<i>Dan. II. 44.</i>		- -	
<i>VII. 3. sqq.</i>		- -	
<i>IX. 24.</i>		- -	

<i>num Versanis calculorum in-</i> <i>constantia.</i> 509. sq.	<i>macularum Solarium observa-</i> <i>tionibus confirmatus.</i> 320
Sergius II. Rom. Pont. num-Or <i>porci antea dictus?</i> 438	Solis longitudo <i>ascensionis recta</i> <i>ubi aequalis?</i> 444
Serici <i>infinite terminorum pro-</i> <i>portionalium quantitas.</i> 152	Solimanni II Imperatoris Turcici <i>Vita.</i> 206
Serofitas <i>nimia ut corrigenda?</i> 7	Sorborum <i>anatome.</i> 161
Serpens <i>in paradiso qualis?</i> 36	Spanhemii (Ezechielis) <i>Elogium.</i> 113
Servi Servorum <i>titulus a Roma-</i> <i>nis Pontificibus usurpatus.</i> 390	Spatia <i>infinite longa quando fi-</i> <i>niti quantitatem adaequent?</i> 152
Serum <i>sanguinis pseudo-mem-</i> <i>branas conficit.</i> 146	Specularium <i>corporum lumen</i> <i>triplex, refractivum, reflexi-</i> <i>vum & quaquaversum diffu-</i> <i>sum, huiusque experimentum.</i> 63
Siberi (Adami) <i>carmina in hono-</i> <i>rem B. Lutheri & Melanch-</i> <i>thonis.</i> 333	Sphaera & <i>partium ejus motus.</i> 312
Sigonius <i>notatus.</i> 311. 436	Spina <i>ventosa quid?</i> 58
Silesia <i>Togata, doctorum Elogia</i> <i>complectens.</i> 350	Spinosa <i>refutatus.</i> 547. 548
Sinus <i>laterales simpliciores sunt</i> <i>longitudinali.</i> 219	Spiralis <i>Logarithmica insignes</i> <i>proprietates.</i> 44
<i>longitudinalis glandula.</i> 265	Spiralium <i>linearum ad summum</i> <i>fastigium erectio.</i> 448
<i>falsoformis desideratur</i> <i>in Castore.</i> 440	Stannum <i>tormentis minime ido-</i> <i>nea materia.</i> 458
Sociniani, <i>meritum Christi negan-</i> <i>tes, refutati.</i> 79. 81	Stapetis <i>membranula arteriae</i> <i>confita.</i> 146
Solaris <i>luminis radii natura di-</i> <i>versa.</i> 60. sq.	Stella <i>marina Rondeletii, hodie-</i> <i>nis Capus Medusae.</i> 52
<i>solar candidus um-</i> <i>de componatur?</i> 62	Stephanus <i>Protomartyr, cum</i> <i>Mose conciliatus, circa famili-</i> <i>am Jacobi, qua cum eo in E-</i> <i>gyptum descendit.</i> 64
Solares <i>maculae immixtionem non</i> <i>quantitatis, sed obscuritate dis-</i> <i>parent.</i> 320	Stipici <i>num resurrexerunt statu-</i> <i>erint?</i>
Solis <i>radiorum reflexibilitas &</i> <i>refrangibilitas diversa.</i> 61	D d d d
<i>metus veriginis quantum</i>	

- rim? 407
- Stuartorum, *Scotia Regum, stirpis legitima origo asserta.* 363
- Sturmius *nomen.* 153
- Submersi moriuntur sine pota aqua. 168
- Suburra vicus urbis Roma: 282
- Succinum terrestre quale? 54. 55
- Suecica antiqua numismata illustrata. 120. sq.
- Suenonis, *rognomine furcatae barba, Regis Daniae nummus illustratus.* 122
- Sueones, seu Suedi, olim Suevi quoque ut & Sitba seu Stryba dicti. 120. 121
- Suidae Lexici varia editiones. 1. 4 editio Kästneriana. 2. laudata. 2.
- De Suidae Lexico iudicium. 4
- Suidas emendatus. 2. sq.
- Sulphurearum particularum abundantia in corpore ut corrigenda. 7
- Sulphuris communis analysis Chymica. 367. sq. 442
- Sunna Mahomedanis idem, quod Mishna Judaeis. 164
- Surdo ut audicus restitutus fuerit? 366
- Sylvestres fractus huius ad sylvam dominam, an ad eum, qui in ea uenit & foresta iure gaudet, pellenst? 532
- Synedriorum apud Aegyptios qua. dicitur? 340
- Synesius, licet heretodoxus, cur Episcopatus admittitur? 340
- Tabulae Domini de La Hire observationibus astronomicis probata. 320
- Tachardi (Guidonis) Lexicon Latino-Gallicum notatum. 137
- De Taciti editione Ryckliana iudicium. 113
- Tacitus illustratus. 103
cum Josepho conciliatus. 112
- Tangentium inveniendarum methodus generalis. 150
arcus ex aliis compositi, formula generalis. 361. seq.
- Termini infiniti quando finiti quantitates adaequent? 152
- Terminorum Geometricae proportionalium aggregata. 151
- Ferrae motuum Theoria noua. 365
- Testamenti Novi Fidelium praefidelibus Veteris prerogativa. 113
Veteris patres namque promissionibus spiritualibus fuerint destituti? 228
Novi Canon assertus. 302
- Thebaeorum Legionis Martyrum explosum. 308
- Theotifica versio Harmonia Evangelica. 327
- Thermometrum nouum. 315. 366
- Thomae a Kempis nomen auctoris libri

<i>Abri de Imitatione Christi?</i>	1563, in bulla vero Pii IV. d. 26.
299. sq.	Jan. an. 1563. finita dicatur?
<i>Ab Thorace ventriculus, lien & hepar reperta.</i>	426
171	Triglandi (Jacobi) Vita. 489
<i>Thrimfa quod olim moneta genus apud Anglos?</i>	199
<i>Thuani Elogia denuo in linguam Gallicam versenda & amplificanda.</i>	208
<i>Titulorum nomine cur sacra edes affecta.</i>	129
<i>Tonitru pulveris pyrii species est.</i>	316
<i>Tormentis stannum minime idonea materia.</i>	452
<i>Tormentorum ornatu non necessarius.</i>	452
<i>materia homogenea optima.</i>	452
<i>condiciones & tractio.</i>	453
<i>calibra major esse debet diametro globi.</i>	453
<i>Tractoriam quadratum hyperbola.</i>	150
<i>Tractus luminis a Sole ortus & occiduo procedens ad Horizontem perpendicularis observatus</i>	320
<i>luminis in Ceto & Eridano observatus pro cauda Cometa habitus.</i>	319
<i>De Traun Comitibus Oktonis Honorii vita.</i>	421
<i>Tridentinum Concilium cur in Actis Concilii d. 4. Dec. anni</i>	1563, in bulla vero Pii IV. d. 26. Jan. an. 1563. finita dicatur?
<i>Vapores aeris vibrationes pendulorum variant.</i>	371
<i>Vassallus unde dictus?</i>	104
<i>Vaticani Templi Roma dignitas & veneratio.</i>	202
<i>Vau conversivum Ebraorum quid proprie?</i>	404
<i>Venarum pulsus in palpitatione cordis.</i>	441
<i>Ventriculus, lien & hepar in thorace reperta.</i>	171
<i>Vesica urinaria supra os pubis feliciter in ischuria perforari potest.</i>	266
<i>Vestimenta & calcei Israelitarum</i>	

Valentianus num duas simul uxores habuerit? 242

Valesius notatus. 346

Vandalicum Glossarium a Joh. Philippo Palubeno promissum. 329

Vapores aeris vibrationes pendulorum variant. 371

Vassallus unde dictus? 104

Vaticani Templi Roma dignitas & veneratio. 202

Vau conversivum Ebraorum quid proprie? 404

Venarum pulsus in palpitatione cordis. 441

Ventriculus, lien & hepar in thorace reperta. 171

Vesica urinaria supra os pubis feliciter in ischuria perforari potest. 266

Vestimenta & calcei Israelitarum

390 INDEX RERUM NOTABILIORUM.

<i>in deserto non detriti.</i>	485	<i>de ortu?</i>	309
Ughellus notatus.	325	Uteri in gravida Anatome.	147
Vieussenius notatus.	148	<i>post coitum conspectus.</i>	147.
Vita hominis triplex.	518	W Agenseilii (Jo. Christophori)	
Vitæ longavitas ut acquirenda?		<i>Vita & Obitus.</i>	45
	518	Wenceslaus Imperator aliquan-	
<i>diurnitatis primava & ho-</i>		<i>diu in castro Wildpergensis a</i>	
<i>dierna causa.</i>	518	<i>fratribus Stahrenbergis desen-</i>	
Vitri colorum rationes.	62. sq.	<i>tus.</i>	187
Vitrum pro observandis Eclipsi-		X Enodochium pro eruditiss	
<i>bus utile quomodo aptandum</i>		<i>pauperibus Roma a Jo. Ci-</i>	
<i>tuboque applicandum?</i>	268	<i>ampino conditum.</i>	68
Vlada luminis Hugeniana quo-		Ximenius Cardinalis comparatus	
<i>modo construenda?</i>	261	<i>cum Cardinali Richelieu.</i>	85
Ungues adornati.	53	Y Quetaia est scrophularia	
Urachus in fætu humano uri-		<i>aquatica magna.</i>	266
<i>nam ad allantoidem deponit.</i>	265	Z Inzendorffiorum Comitum	
		<i>antiqua in Austria sedes.</i>	188
Urina per umbilicum reddita.	265	Zofimi Romani Pontificis incon-	
De S. Ursulæ & undecies mille		<i>stantia in causa Pelagiana.</i>	342
<i>virginum martyris fabula. un-</i>		Zofimus vindicatus.	337

ERRATA.

Page 151. l. 22 post *proportionalium*, lege *aquemultorum*. P. 270.
 l. 3. pro *sustendere* lege *subcendere*. P. 290. l. 29. pro
schismati lege *schisma*. P. 426. l. 7. deleatur. P. 496.
 l. 21. post *nempe jam*, lege, *vergente seculo decimo sexto*.





